T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS I

TRINVMMVS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIV

T. MACCI PLAVTI

TRINVMMVS

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO TERTIA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS I

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

GODOFREDO · HERMANNO

AD · EMENDANDVM · PLAVTVM

POST · MAGNVM · BENTLEIVM

DVCI · VNICO

FRIDERICVS · RITSCHELIVS

D · D · L · M

VENERABVNDVS

ANNO · CIƆIƆCCCXLVIII

ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ
οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις
τίμιαι· χρηστοὶ δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.

FRIDERICI SCHOELLII
PRAEMONITA.

Et aliis multis et mihi ipsi gratius fecissem, si novae potius editioni absolvendae operam navassem quam repetendae fabulae omnium tritissimae. At cum bibliopola honestissimus nuntiaret Trinummi Ritschelianae exemplaria exhausta esse ad unum omnia, non modo divis divini praeceptoris manibus, verum etiam studiis Plautinis hoc deberi existimavimus, ut ne diutius desideraretur. Nam cum evenit, quod praevidit Ritschelius, hanc fabulam crebrius quam alias in scholis academicis tractari, tum nemo omnino, qui rationibus criticis grammaticis metricis prosodiacis emendationis Plautinae imbui velit, hanc sospitatoris Plauti operam impune neglegit neglegetque.

Iam cum retractationem necessariam Loewius noster post Ritschelium Bergkiumque optime de hac fabula meritus nec vellet suscipere nec, si voluisset, per fati tristissimi necessitatem exsequi potuisset, ego detrectare non potui, qui iam Prolegomenon novam editionem curaveram.

Atque ipse iam Ritschelius extremo vitae tempore Trinummum tertio emittere in usum scholarum suarum destinaverat paucis in verborum contextu mutatis adiunctisque librorum scripturae potioribus hominum doctorum commentis, quae post alteram recensionem innotuerant. Sed perpauca quae huc pertineant scripta reliquit, non nulla per colloquium familiare mecum olim communicavit.

Itaque diu multumque incertus haesi, quamnam rationem in hac tertia editione adornanda inirem. Namque tribus fere lustris peractis non dubium est quin satis multa aliter atque olim conformaturus fuerit, qui senescere se multa in dies addiscentem praedicare solebat. Initio igitur in eis saltem contextum qualem ille constituit mutare institueram atque incohaveram [1]), quibus librorum scriptura aut recte vindicari aut certiore ratione corrigi posse videretur. At mox intellexi certos novandi fines sic inveniri non posse: ac verendum esse, ne Ritschelii manus nimis obscuraretur. Quapropter in paucis illis me continui, quae non divinarem, sed scirem ipsum mutare voluisse Ritschelium ceteroqui retinens vel ea, quae recte defendi nequeant quaeve ne ipse quidem hodie defensurus fuerit. Quod non tam pietatis ergo feci quam ob rem rationemque: atque exemplum habui illam praeceptoris nostri editionem, qua Septem contra Thebas Aeschyliae recensionem Hermannianam haud absimili consilio iteravit.

Minus etiam dubitare poteram, quin adnotationes Ritschelii in hac potissimum fabula copiosae locupletesque fideliter conservandae essent. Sed earum moles cum iam in altera editione fere obrueret codicum memoriam, cavendum erat, ne additis novis sive aliorum sive meis quibusdam meletematis prorsus modum excederet. Quare satius duxi contextui nihil subscribi nisi codicum testimoniorumque discrepantiam una cum receptarum emendationum auctoritate. Reliqua omnia in appendicem criticam relegavi, ad quam hoc signo (*) animos lectorum provocavi.[2]) Illic autem Ritschelii verba sic distinguere '. . . . .' quam additamenta cancellis designare malui. At praefationi quae addenda erant pauciora numero uncis saepsi inclinatisque insuper litteris inprimenda curavi.

---

1) Inde relictum est quod v. 32 sq. cum Buechelero inverti: neque enim compertum habeo utrum hoc commentum Ritschelii adsensum tulerit necne: sed cum casu quodam ex priore contextu meo remanserit, nolui delendo quod utique verum sit operas exercere.

2) Quamquam interdum, in canticis maxime, complures versus sic comprehendendi erant aut leviora aliis adnecti commodius videbantur.

Denique in describenda librorum scriptura quod non solum ſ pro s adhibui, sed etiam ę pro ç, ɼ pro t, ı pro i induxi, diserto Ritschelii praecepto obtemperavi: quo duce cur non modo *BCD*, sed etiam *FZ* librorum lectionem sic dederim, causa in propatulo est.[1])

His praemonitis etsi non deessent quae adiungerem, si paulo liberius hac praefandi occasione uti vellem, tamen hoc unum adiciam: nihil me antiquius habere, quam ut haec quoque editio aliquid conferat ad instaurandam memoriam virorum desideratissimorum Ritschelii Loewiiqve.

---

1) Cum iam et ipsa fabula impressa esset et Appendix typis describeretur, Goetzius meus animadvertit Loewium et nonnullas partes *B* codicis recognovisse et quaedam praeterea exemplari suo adscripsisse. Vnde pauca in appendicem adhibui uncis inclusa — pleraque enim aut ipse publicaverat aut fortasse noluit publicari —: hoc loco commemoro in inscriptione fabulae non TRINVMMS esse in *B*, sed V ante S ligatura iungi M litterae, idem v. 7 *auerıɼɼıſ* habet, v. 13 *re*, v. 23 ME ex SE, ut videtur (= Senex?), et punctum manu rec., non sec., additum, v. 60 *obrepſerıſ p* m. 1 in ras. ex ſ, v. 61 *Habeas* ex *Nabeas* (cf. quae monui in appendice p. 127 de caussa traiectionis), v. 77 *ıſɼec*, v. 263 *ſıbı* m. 1 ex *ſubı*. Praeterea ex apographo cantici corrigas v. 247 *Ibı ılla* (non *Ibılla*) et v. 288 *cęɼera* (non *cetera*) *C* quoque habere cum *BD*.

Scripsi Heidelbergae m. Iun. a. CIƆIƆCCCLXXXIV.

FRIDERICI RITSCHELII
PRAEFATIO

VII Prolegomena ad Plautum universum spectantia, sed ea et nova et olim editis pressiora, quoniam ultimum demum fasciculum voluminis primi comitabuntur, interim ex illis ea hoc loco anticipanda esse video, quibus quam brevissime ratio reddatur praesidiorum criticorum huius ipsius voluminis fabulis recensendis adhibitorum.

Posthabito igitur proletariorum codicum grege saeculo XV scriptorum consentaneum fuit operam nostram omnem niti fabularum Plautinarum fontibus quattuor, de quibus cum Opusculorum vol. II dissertatione prima et altera tum Prolegomenon priorum primis capitibus expositum est uberius. Nam quinti cuiusdam eiusque perboni, quem saeculo XVI inter Francogallos exstitisse certum est — membranas Turnebianas dico [1]) — hodie nec vola nec vestigium superest. Sunt autem quattuor illi hi quos infra scripsi.

A membranae palimpsestae olim Bobienses, nunc Ambrosianae, fabulis superstitibus unam et vicesimam sociantes Vidulariam, saeculi ut probabile est quinti, octavo autem recipiendis veteris testamenti libris 'Regum' nequiter elutae rasaeque, receptis raro exemplo oblitae, exesae, perforatae, situ et madore corruptae conglutinataeque, denique magna ex parte miserum in modum devastatae: Mediolani post An-

1) [*De his cf. quae accurate enuclearunt Loewius Goetziusque in praefatione Poenuli p. VII—XIV.*]

gelum Maium, Schwarzmannum[1]), memet ipsum, Geppertum VIII
omnium nuper et patientissime et felicissime a Guilelmo Studemundo tractatae retractataeque. Cuius de impeditissima saepe mutilae evanidaeve scripturae lectione testimoniis (exstant autem ad Trinummum pertinentia in Musei Rhenani vol. XXI p. 574 sqq.) cum par esset ut plurimum fidem haud cunctanter haberi, tamen, ipsam fidem ne destituerem, siquando aliquid dubitationis vel posse vel adeo debere oriri intellegerem, meam illiusque lectionem *Ar* et *As* notis discretas esse volui.[2]) Quae litterae legi omnino non potuere, totidem punctis intermediis[3]) significatae sunt: quarum ambigua species et facile fallax lectio, infra positis. Quod contra aliquotiens supra posita ipsius codicis sunt, quibus quidem sive ipsius librarii sive emendatoris manus primae scripturae litteras deleri corrigive iussit. A quibus tamen rursus ea puncta discernenda sunt, quae Q et (quamquam rarius) B litteris superne in dextra parte [*vel potius in medio*] adiecta librarius voluit QUE et BUS syllabarum notas esse (velut ATQ·, PLURIB·).

B Palatinae olim bybliothecae Heidelbergensis, inde ab anno CIↃIↃCXXII praedationis iure Vaticanus, membraneus formae oblongae, numero nunc 1615 inscriptus, scriptus saeculo XI in Germania, fabulas XX omnes complectens praemissa Querolo: tralaticio nomine 'Vetus Camerarii' appellatus a possessore. Satis probabili, sed pro illius aetatis rationibus, industria a Philippo Pareo excerptum, religiosius a memet Romae conlatum, nunc tamquam cum pulvisculo exhaustum habui Hugonis Hinckii Holsati diligentia.

C Palatinus membraneus formae quadratae, numero 1613 signatus, Parisiis, quo Roma raptus erat iterato scelere, Heidelbergam relatus huius saeculi anno XV, item in

1) Huius testimonia mecum communicata habui Fleckeiseni, in cuius manus transierunt, amicitia.

2) [*Accessit iam 'Al' i.e. scrupulosa Loewii recognitio, quam publici iuris fecit Anal. Plaut. (ed. a. 1877) p. 140 sqq. Rarissime Geppertum 'Ag' commemoravi.*]

3) [*Stellulas potius adhiberi non sine ratione postea iussit Ritschelius.*]

Germania (ubi aliquando inter copias bibliothecae S. Corbi-
IX niani Frisingensis[1]) fuit) scriptus saeculo XII[2]), fabulas XII posteriores a Bacchidibus ad Truculentum continens, sed eas sublata plerumque versuum distinctione in prosae orationis speciem perscriptas: 'codex alter Camerarii', item 'Decurtatus' dici solitus, ut cuius pars prior ab Amphitruone ad Epidicum pertinens perierit.[3]) Denuo cum cura ipse excussi,

---

1) [*Vide sis Opusc. phil. III p. 53 sq. adn.*]

2) [*Immo XI adeo saeculo tres istos librarios floruisse, quorum manus in codice discernimus, Zangemeisterus noster me edocuit.*]

3) Constitit is codex, ut scrupulosius nuper scrutanti apparuit [*cf. Opusc. phil. II p. 13*], dum integer est quaternionibus quadraginta sex, quorum tamen extremus in folio quinto desinit. Ex his sedecim primi complectebantur octo fabulas priores, quando superstitibus nunc quaternionibus primitus subscripti erant in fine numeri *XVII* ad *XLV* (non plenus enim ultimus subscriptione caret). Hi tamen numeri postmodum dedita opera deleti tamque fortiter erasi sunt, ut plerumque vix umbram sui reliquerint, substitutique in eorum locum manu vix minus antiqua ei qui hodie oculis apparent *I* ad *XXVIIII*. Ceterum statim ab initio duobus voluminibus fabulas Plautinas XX dispertitas fuisse quamquam continuatis quaternionum numeris, non post demum aliquo casu discissas, inde intellegitur quod hodierni codicis folium primum praeter nomina duodecim fabularum, in antica sui pagina perscripta ipsius codicis manu, omnino vacat scriptura. Parique ratione etiam in *B* seorsum scriptis octo prioribus fabulis post demum accessisse posteriores duodecim monstravi Proleg. p. XXIX. — Resuscitatis autem pristinis numeris illis magis etiam inter *C* et *D* intercedens affinitas summa patuit. Quippe in *D* primae fabulae tres cum dimidia quarta octo quaterniones complent numeris *I* ad *VIII* signatos una cum insequentis noni sex foliis primis (ubi leviculum numerandi errorem quendam, ut alia secundaria, nunc sciens omitto); posteriores fabulas duodecim, item ut in *C*, undetriginta quaterniones cum quinque foliis additiciis capiunt, quorum tribus et viginti prioribus litterae *A* ad *Z*, insequentibus numeri *I* ad *VI* subscripti sunt. Tantaque est utriusque codicis congruentia, ut et eosdem versus (ut plurimum vicenos senos) singulae paginae teneant, nec singuli quaterniones ipso ambitu, sed eo tantum discrepent, quod per totos codices constanti binarum paginarum intervallo quaternionum initia inter se distant. — Ceterum communis olim archetypi singulas paginas videri horum duorum librorum binis paginis, contra item singulis in priore saltem parte 'Veteris' *B* respondisse (quando in huius posterioribus summa librarii vel ut verius dicam librariorum inconstantia scribendique enormitas dominatur), probabiliter videor Proleg. p. XXXII sq. ratiocinatus esse.

comiter intercedente Ch. F. Baehrio Lipsiam mihi transmissum supremi magistratus Badensis liberalitate.[1])

D Vaticanus numerum 3870 gerens, saeculi XV initio x
ad Iordanum Vrsinum cardinalem perlatus e Germania a Nicolao Trevero, eiusdem et aetatis et patriae et formae et materiae et scripturae cum *C*, cui omnino tam est similis (quamquam paullo tamen minorem librarii diligentiam expertus), ut ex eodem utrumque archetypo manasse appareat, sed XII fabulis posterioribus praemittens Amphitruonem Asinariam Aululariam et Captivorum dimidiam partem usque ad III, 2, 4. Olim partim a me partim ab Henrico Keilio et Henrico Brunnio conlatum nunc potioribus quibusdam in locis mea caussa denuo inspexerunt Hinckius et prius Augustus Wilmanns.

Horum trium librorum primam et secundam manum additis *a* et *b* litteris distinxi. Et in *C* quidem cum correctiones omnes non sint aliae nisi quae eiusdem librarii manu inter scribendum fierent, contra 'Vetus' *B* (si a manu recentissima, Camerarii puto, discesseris quam silentio praeterire soleo) per primas fabulas XII, h. e. ab Amphitruone usque ad mediam fere Militem (praeter ceteras autem et longe quidem insigniorem in modum in hac ipsa fabula), antiqui correctoris curas passus est dedita opera nec infructuose in eo negotio versantis. Inde a Mercatore ad Truculentum talis consilii nulla vestigia apparent. Vaticanum autem *D*, praeter similes atque in *C* easque haud paullo frequentiores ipsius librarii correctiones, etiam recentior manus emendatrix saeculi XV (fortasse ipsius Poggii) tractavit, cuius scripturae non raro in ceteros illius aetatis codices Italos transierunt.

Ceterum ad recte aestimandam fidem et auctoritatem Ambrosiani codicis cum Palatinorum memoria comparati quod attinet, cum iam priorum Prolegomenon capite sexto cavendum esse ostendissem ne illius recensioni nimium tri-

---

1) [*Iterum recognoscere codicem editorem Heidelbergensem non minus consentaneum erat quam pauca eaque plerumque leviora post Ritschelium addenda aut corrigenda fuisse.*]

bueretur, tum Palatinorum in multis vel rebus vel singulis locis prae illa praestantiam et alibi per varias occasiones
xi identidem vindicavi et vindicandam esse etiam certius nuper professus sum in Fleckeiseni Annalibus philol. vol. xcvii (anni 1868) p. 342 [*Opusc. phil. III p. 791*]. Quod quidem genus omne futura Prolegomena persequentur accuratius.

Praeterea autem ne lateret, per quas vicissitudines ab illis fontibus ad editionum rivulos perventum esset, e quibus per trium et quod excedit saeculorum spatium Plauti lectio pependit, duorum librorum recentiorum mentionem fieri volui si non perpetuam, at prope perpetuam: qui quidem ex uno Vaticano *D* ducti sunt cum similibus omnibus. Eorum alter est

F codex Lipsiensis bybliothecae senatoriae, saeculo XV in membranis formae oblongae nitide scriptus ab Italo librario, verba poetae exhibens ab Italis illius aetatis hominibus, Francisco Poggio potissimum nisi fallit opinio, ut aliquo modo intellegi possent, partim vere vel utiliter correcta, partim etiam magis corrupta atque licenter interpolata. Eum mihi librum Senati Lipsiensis gratia per totam operam meam utendum permisit officiosissime. Eandem recensionem Italam, quamquam non sine aliqua discrepantia eandem, servat

Z editio princeps a Georgio Merula Alexandrino in lucem emissa Venetiis anno cIↄcccclxxii, quae posterioribus editoribus omnibus cum pro fundamento tum haud raro fraudi fuit: non Pyladi tantum Brixiano Plauti interpolatori audacissimo (qui tamen ipsam Trinummum cum Truculento non attigit), sed haud exigua ex parte etiam Ioachimo Camerario eiusdem sospitatori bene meritissimo. De quibus rebus omnibus, ut de editoribus ceteris, cum item singillatim disputatum sit l. s. s., duo tantum nunc habeo quae addam: primum, emendationes aliquam multas Bernardi Saraceni et Io. Baptistae Pii occupatas esse in Georgii Vallae commentario ab Ioanne Petro filio evulgato, Vallae igitur haud dubie et deberi et retribuendas esse; alterum, quae plerumque scripturae Aldinae editionis propriae habentur, in hanc tan-
xii tum non omnes ex Iuntina prima transisse et ad Nicolaî Angelii curas redire.

Nullius libri, sed mei nominis notam modestiorem volui hanc 𝕽 esse.[1])

Emendationes manu scriptas Scaligeri, Salmasii, Dousae[2]) sumpsi ex aliquot exemplaribus bybliothecae Leidensis, ex parte etiam Parisinae, quae enumerata habes Prolegomenon p. LIV inque praefationibus Bacchidum p. VIII, Persae p. XIII sq. Reizianas non paucas numero praebuit editionis Ernestianae exemplum quondam Hermannianum, cuius mihi usum Mauricii Hauptii beneficio concessum esse narravi in eadem Persae praefatione p. XI sq. Ceterum Reizio etsi sat saepe cum Francisco Guyeto convenit, tamen cum valde dubitem num huius ille curas cognitas habuerit (id quod etiam de Godofredo Hermanno dictum volo), in talibus plerumque utriusque nomen iuxta posui.

Praeterea vel emendationes vel admonitiones quasdam gratissimas et nunc debeo et olim me debiturum spero propensae cum in me tum in Plautum voluntati amicorum Alfredi Fleckeiseni Dresdensis, Ottonis Ribbeckii Kiloniensis, Hermanni Adolphi Kochii Portensis.

Tertium decimum inter fabulas Plautinas locum obti- XIII
nens Trinummus in Ambrosiano codice, dum integer est, folia sex et triginta occupabat, vel ut etiam rectius dicam, complicatorum foliorum duo de viginti paria[3]), quaterniones ea quattuor et dimidium complentia, quorum tribus in fine subscripti sunt numeri *LV*, *LVI*, *LVIII*. Ex hac multitudine hodie supersunt duo de viginti folia, quorum qui olim ordo fuerit, infra posita tabula planum feci: ubi paginarum

1) [*Ad cuius similitudinem facta* 𝕾 '*subeditoris*' *nota.*]

2) [*His iam accedunt Bentlei emendationes manu scriptae quas P. Schroederus Lond. a. 1880 edidit itemque cum in Captivorum editione eiusdem anni tum in Anecd. Oxon. t. I fasc. 3* (*ed. a.* 1883) *Eduardus Sonnenschein.*]

3) Casu tantum factum est ut duorum parium compage soluta nunc quattuor folia singularia exstent, quae sunt quaternionis LVI tertium et sextum itemque tertium et sextum quaternionis LVII.

numeri ad novum codicem spectant e Plautinis membranis promiscue compositum, adscripti illi Angeli Mai manu, litterae autem ad folia nunc deperdita.

paginae		fabulae partes	
35. 36	=	v. 1—19 et 20—22	LV
19. 20	=	23—38 et 39—57	
37. 38	=	58—76 et 77—95	
A. a			
B. b			
43. 44	=	172—190 et 191—209	
29. 30	=	210—226 et 227—244	
45. 46	=	244—264 et 264—282	
253. 54	=	283—298 et 298—315	LVI
39. 40	=	316—332 et 333—351	
7. 8	=	351—366 et 367—384	
255. 56	=	385—399 et 400—416	
265. 66	=	417—434 et 435—453	
9. 10	=	454—472 et 473—491	
41. 42	=	492—510 et 511—529	
267. 68	=	530—548 et 549—567	
C. c			LVII
D. d			
1. 2	=	637—654 et 655—671	
E. e			
F. f			
15. 16	=	736—754 et 755—773	
G. g			
H. h			
17. 18	=	835—848 et 848—863	LVIII
I. i			
K. k			
L. l			
M. m			
N. n			
O. o			
31. 32	=	1045—1060 et 1061—1078	

paginae — fabulae partes

P. p
Q. q
R. r
S. s
T. t
U. u
X. x [= Truculenti init. ad I, 2, 14]
Z. z

(P.–Z.) LVIIII

Ex his triginta sex paginis optime legi potuerunt 37. xv
44. 253. 254. 40. 256. 41. 267. 15. 16. 17. 32: non incommode lectio processit in paginis 35. 38. 29. 46. 39. 265. 9. 10. 42. 268. 1: mediocris condicio est paginarum 36. 20. 43. 30: male habitae sunt paginae 19. 45. 7. 255. 2. 31, ex parte etiam 8: omnium pessime 266 et 18.

Inscriptioni vel didascaliae vel argumento destinatam singularem paginam Trinummus in Ambrosiano non habuit, sed nomen tantum fabulae in ultima pagina quaternionis LIIII: cuius quidem paginae initio undecim versus extremos Menaechmorum [1]) scriptos esse, his autem subscriptum T. M(*acci plauti*) MENAECHMI (*explicit incipit*) TRINUMMU(*s*) FELICITER narravi Parergon p. 267 et in praefatione Menaechmorum p. VII.

Quodsi cum deperditorum Ambrosiani foliorum intervallis eas fabulae partes, quae inter servata mediae sunt, contuleris, facile intelleges quibusdam in locis aliquanto plura Ambrosianum codicem continuisse quam quae ibi hodie leguntur: intelleges autem hoc argumento, quod in universam indolem externam eius libri eadem aequabilitas et tamquam 'amussitata' concinnitas cadit, quae propria esse tam antiquorum codicum solet. Quo in genere ut subducendorum calculorum error caveatur, tria potissimum tenenda sunt,

1) Quo enim ordine, diverso ab eo qui Palatinorum auctoritate tralaticius est, fabulas XXI Varronianas Ambrosianus perscriptas habuerit, tabula docet in Opusc. phil. vol. II p. 238 proposita.

quae iam Parergon p. 441 designabam: primum, constanter undevicenorum versuum (h. e. 'linearum' quas hodie dicimus) singulas paginas esse Plautini codicis (nam superiectae sacrae
XVI scripturae modo XIX sunt modo XX versus): alterum, binorum versuum spatio personarum nominibus destinatorum singulas inter se scaenas discerni solitas esse: tertium, cum codicis versibus poetae versus metricos exaequari in iambicis scaenis[1]), contra septenarios non paucos propter nimiam pro membranarum angustiis longitudinem in binos a librario versus dispesci: nam in octonariis hoc consentaneum est tam saepe fieri, ut in id genus non magis quam in cantica ulla ratiocinatio cadat e versuum computatione ducta. Septenarii autem trochaici si quaesieris quotiens fere per binos versus continuentur, per totam fabulam scito hanc rationem pertinere (cui non repugnat aliarum fabularum condicio), ut in singulis illud paginis plerumque bis usu veniat, non numquam semel tantum, aliquotiens ter: ut vix falli videamur, si generatim numerando nonum quemque vel decimum tetrametrum bipertitum dixerimus.

Has igitur rationes ubi comparandis inter se codicis membranis fabulaeque partibus adhibueris, si forte in primis duobus quaternionibus quaedam non satis congruere vide-

1) Huius enim normae veritatem et vim argumentandi, qui sapit, non infringi eo perspicit, quod bis terve in tot milibus versuum etiam ad senarios talis divisio pertinuit. Non magis nos fugit scaenarum inscriptionem aliquando unius tantum versus ambitu contineri, ut ipsius Trinummi initio: verum nec omnino ab eis quae praeter morem fiunt, sed ab eis quae de more, iusta ratiocinatio proficiscitur, nec in hac quae agitur caussa aliam illud ipsum, si cupidius tantilla re uteremur, vim haberet, nisi ut non debilitaret, sed confirmaret argumentationem nostram: nam quo minus spatii inscriptionibus conceditur, tanto plus versuum requiritur ad complendam membranarum mensuram. Commemoranda autem haec putavimus, quia talia esse quae nobis obiecta sint hisque etiam ineptiora meminimus: qualia si uberius explicemus, verendum sit ne edocere velle pueros videamur. An quis serio postulabit, ut undevicenorum versuum constantiam demonstremus non violari eo, quod aut consulto librarius quorundam versuum spatia vacua reliquit, aut inconsulto omissa poetae verba postmodum sive in marginibus addidit sive in ipsam XIX versuum continuitatem minusculis litteris infersit? quamquam id factum est exemplis longe paucissimis.

buntur, has quidem offensiunculas reapse nullas esse ex eis XVII
quae subieci certissime cognoscitur. Nam ut a principio ordiar, paginae 35 primus versus scriptura vacat, prologi v. 8 et 9 in unum contracti sunt librarii errore. — In pagina 36 praeter prologi tres versus extremos nihil scriptum: paginam 19 post vacuum spatium unius versus scaena prima occupat et secundae inscriptio, quam rursum vacuus versus unus sequitur. — Paginae 37 iusta ratio abiecto panno constat qui in Palatinis integrum versum (*Sin immutare uis* . . .) peperit post 72: nam item additicii v. 73. 74 (*Aut si demutant* . . . et *Neque eos antiquos* . . .) ne ab Ambrosiano quidem absunt. — In paginas *Aa*, *Bb* apprime conveniunt qui inter v. 95 et 172 leguntur sex et septuaginta senarii: quando nec versu 126 (*Minas quadraginta* . . .) breviorem, nec post v. 147 uno auctiorem fuisse Ambrosianum vel probabile est vel certe ullam necessitatem habet. — Cum aliam atque vulgatur versuum discriptionem tum multas octonariorum divisiones paginae 29. 30. 45. 46. 253. 254 habent, quibus cantica continentur initio actus II posita. Quorum tres versiculos extremos qui excipiunt in pagina 254 quindecim septenarii, eorum unus tantum 312 per duos versus continuatur. — Item bipertitos pagina 39 habet duos 324. 330; pagina 40 unum 351[1]); pagina 7 duos 361. 369 (in proxima enim demum pagina locus est insiticio v. 368 *Sapientiae aetas* . . ., in ipsa autem p. 7 versui nunc 369 *Agidum eloquere* . . .); pagina 8 duos 381. 382; pagina 255 inter septem septenarios item duos 385. 388. — In pagina 256 undevicenarium numerum complet antea ineditus v. 409 (*Non hercle minus* . . .): item, hoc ut e proximo quaternione anticipem, in paginis 15 et 16 versus 746 (*Lubido: atque* . . .) et 769 (*Mendacilocum aliquem* . . .). — In eodem tertio quaternione ut pergam ad hoc ipsum genus exhauriendum, paginis *Cc* et *Dd* cum contineantur triginta tres senarii, quattuor vacui, septenarii autem XVIII
triginta quinque, necesse est horum septenariorum tres tantum divisos fuisse, vel adeo duos, si forte exstitit etiamtum in Ambrosiano, quem post v. 596 intercidisse conieci. — In

1) Vide ad eum v. adnotata.

pagina 1 divisus est unus 649, duo 669 et 670 in p. 2. — Pagina *G* pertinebat a v. 774 ad 792 (siquidem ab Ambrosiano afuisse miserum additamentum illud credibile est, quod vulgo habetur inter v. 788 et 789 *Sed quom obsignatas*...); pagina *g* a v. 793 ad 811. Ab hoc versu ad finem scaenae III actus III cum octo senarii supersint (quorum tamen uno 816 fortasse caruit Ambrosianus), quarti autem quaternionis pagina 17 a v. 835 incipiat, consequitur ut in paginis *Hh* eius cantici, a quo actus IV orditur, primi octonarii sedecim scripti fuerint per octo et viginti versus: quem ad modum, qui in pagina 17 subsequuntur cum exitu versus 835[1]) sex octonarii extremi eius scaenae, undecim versuum spatia implent, quippe bipertitis v. 837 et 838, ultimis autem duobus eam speciem referentibus quam adn. p. 112 [= 81] ante oculos posui. Hos autem qui in eadem pagina 17 sex septenarii excipiunt, eorum ultimus CAUSAUT vocibus terminatur, proximis KASCEEPISTULAS in paginam 18 traiectis, in qua praeterea tres septenarii per binos versus pertinent. — Item ter divisum est in septenariis paginae 31: v. 1046. 1049. 1055; bis tantum in p. 32: v. 1070 et 1078, de quo conferenda adnotatio nostra. — Vides in his quidem omnibus ad plenam mensuram nihil usquam vel deesse vel superesse.

Transactis igitur, in quibus nihil discrepantiae offendamus, ad contrarium genus transeundum est. Et primum quidem in tertii quaternionis LVII eas membranas, quas *Ee*, *Ff* litteris signavimus, non quadrat illius partis ambitus quae inter fabulae versus 671 et 736 nunc est media.
XIX Requiruntur enim quattuor paginarum versus sex et septuaginta: habentur hodie septem senarii, duorum versuum spatia inter actus tertii scaenas II et III, et trochaici septenarii quinquaginta septem[2]): nam non fuisse in Ambrosiano illos

1) de quo vide adnotationem.

2) Vel fortasse sex et quinquaginta tantum, si versu 672 (*Ille qui aspellit*...) Ambrosianus carebat: id quod cum sciri nequit tum nullius ad rei summam momenti est. Contra de v. 707. 708 dubitare noli quin et antiquissimi sint, quamquam non Plautini, et ab Ambrosiano minime alieni.

scriptos, quos propriis sibi turbis post v. 704 et v. 705 soli Palatini novem septenarios (692—694 et 686—691) iterant prorsus praeter rationem, satis existimari ex eis poterit quae iam Parergon p. 529 sqq. disputavimus. Superstitum igitur versuum numerus cum sit sexaginta sex, e LVII autem trochaicis secundum eam, quam in hoc genere obtinere normam vidimus, credibile sit quinque vel sex fuisse binis versibus dispestos, deesse versus circiter quattuor consequitur. Quodsi demonstrari sane nequit fieri non potuisse ut aut praeter normam deciens in LVII septenariis divideretur, aut aliquot versus per errorem bis scriberentur: tamen fatendum est non eodem modo iure quattuor in Ambrosiano libro versus exstitisse credi qui in recentioribus libris exciderint, verum tanto etiam maiore iure, quanto propius ad probabilitatem accedere, qui ex usitatis et legitimis, quam qui e raris et singularibus argumentatur, merito existimatur: praesertim cum aliis locis eiusdem fabulae ex Ambrosianis membranis reapse integri versus prodierint in ceteris codicibus omnibus elapsi, 409. 746. 769. Ad summam autem veri similitudinem probabilitas adducitur, si in illa ipsa parte fabulae aliquid desiderari ad sententiam apparuerit. Eius modi quiddam ibi indagasse sibi visus erat Eduardus Meierus noster, post v. 724 unum et alterum versum, quo transitus ad 725 muniretur intercidisse significans, non explicans Opusc. acad. II p. 329. De quo nobis cum illo non convenit, qui in istis quidem versibus nihil desideremus. Verum alius est locus isque vicinus XX illi, qui cum alios torserit tum eidem Meiero p. 323 sq. mutationem extorsit, quam vereor ut nunc ipse, si viveret vir honestissimus meritaque nobis pietate prosequendus, tuiturus esset. Hiant profecto non mediocriter Calliclis et Megaronidis hi sermones v. 731 sqq.:

CA. Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
ME. Parata dos domist: nisi exspectare uis,
Vt eam sine dote frater nuptum conlocet:
Post adeas tute Philtonem et dotem dare
Te ei dicas *e. q. s.*

Sentiens grave incommodum Bothius *Paranda dos domist* edidit: quod saltem *paranda dos est* dicendum erat sine *domi*, atque adeo rectius *sine mora paranda dos est*, ut haberet quo referretur quod consequitur *nisi exspectare uis*. Consentaneum est autem morandi exspectandique consilium ipsi Callicli in mentem venisse, eoque Megaronidem respicere v. 744 sqq.:

Nunc si opperiri uis aduentum Charmidi,
Perlongumst: huic ducendi interea apscesserit
Lubido: atque ea condicio uel primariast.

Nulla littera mutata opus est, si velut tales sese versus excepisse statueris:

Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
Sed illud sum animi incertus, nuncine ilico
Parari has a me nuptias aequom siet,
An exspectandum, dum eius huc redierit pater.
ME. *Mora quid opus est quaeso? quando equidem tibi*
Parata dos domist: nisi exspectare uis —:

plana cum constructione sententia. Etenim hoc sentit Megaronides: 'de differendo (h. e. de differendis nuptiis) noli cogitare' (caussam gravissimam in fine orationis subicit): 'nisi quod licet sane dotis dationem paulisper differre, si tibi in-
XXI commodum est nunc statim de thesauro sumere; sed hoc levius: sive enim nunc statim dabis sive paullo post nuptias, illud metuo ne non effugias civium maledicta.' Vides haec ita comparata esse, ut de lacuna cogitandum esset etiam sine ullo Ambrosiani codicis indicio.

Cum certior demonstratio, tum incertior instauratio est in quarto quaternione LVIII: cuius sex membranae mediae ea complectebantur quae inter v. 863 et 1045 interiecta sunt. Leguntur nunc in ea parte primum CXXXIV septenarii, deinde X senarii, postremo rursus septenarii XXXVII: quibus quoniam propter scaenae mutationem bis factam accedunt quattuor versuum spatia (largimur enim novam scaenam a v. 998 cum ceteris bonis libris Ambrosianum exorsum esse, quamquam id fieri praeter rationem censemus [*cf. p. LIX*]), habes versus CLXXXV. Atqui ad duodecim paginas explendas cum CCXXVIII versibus opus sit, videndum est de XLIII qui desunt.

In CLXXI trochaicis consentaneum est circiter XVIII fuisse longiores quam pro unius versus modulo: fuisse XLIII, credi nullo pacto potest. Ergo superstites hodie partes cum summam efficiant CCIII versuum, consequens est ut circiter XXV (vel saltem XXII) interciderint. Et ut liberalius agam, fac aliquanto saepius huius ipsius quaternionis tetrametros librarium dispescuisse: fac id quinquiens praeter normam factum esse, fac deciens, fac quindeciens, quamquam hoc prorsus esse nimium existimo, praesertim cum tanta sit in Ambrosiano libro aequabilitas scripturae: at aliquot tamen versuum numerus relinquitur, quos deesse ad explenda membranarum spatia concedendum sit. Nec difficile est, ubi aliquid desit, ipsa sententia duce investigare: quo facto intellegetur non unam esse continuorum versuum lacunam, sed compluribus per scaenam II actus IV locis vel singulos vel pauculos versus eius librarii oscitantia praetermissos esse, e cuius exemplo ceteri libri nostri ducti sunt.

Ac primum non possunt recte procedere credi Charmi- XXII
dis et Sycophantae hi sermones, quales a v. 871 vulgo leguntur:

Ch. Quid, adulescens, quaeris? quid uis? quid istas pultas?
Sy. heus, senex,
Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.
Lesbonicum hinc adulescentem quaero in his regionibus
Vbi habitet, et item alterum ad istanc capitis albitudinem,
Calliclem quem aibat uocari, qui has mihi dedit epistulas.

Nec enim sycophanta potest a summa adversandi contumacia ad promptissimam respondendi facilitatem sine ullo vinculo transire. Ergo excidit aliquid post *rationem dedi.* Quamquam non hic excidisse credo, sed eo in loco, in quo hunc ipsum versum a poeta conlocatum esse arbitror. Nam cum paucis post versibus (878) sycophantam Charmides sic adloquatur:

Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es? aut unde aduenis?

facile perspicitur his quidem verbis multo aptius illud esse responsum sycophantae *Census quom sum* e. q. s.: talia enim

re vera sciscitabatur censor, cuius hic administros *iuratores* dici Mommsenus monuit de trib. Rom. p. 21: contra quaerentem et fores pultantem quod senex, quid quaereret et pultaret, interrogabat, non potuit ullo modo insolens sycophantae videri. Verba nostra ut compendi faciamus, nihil vel in continuatis v. 871. 872 (*Quid, adulescens* . . . et *Lesbonicum hinc* . . .) desiderabis, vel in tali exemplo redintegratorum versuum 877 sqq.:

Sy. Fac me, si scis, certiorem, hisce homines ubi habitent, pater.
Ch. Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es? aut unde aduenis?
Sy. Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.
XXIII Ch. *Tamne saeuiter, adulescens? tu si tibi me postulas*
Dare operam, aequomst respondere mihi te, quod ego te rogo.
Sy. Multa simul rogas: nescio quid expediam potissumum.

Ac fortasse e tali supplemento illa *saeuiter* glossa repetenda est, de qua ad v. 1060 significavi: quantumvis incertam eam esse coniecturam concedendum sit.

Non multo post inter v. 896 et 897 aliquid desiderari, quo a Charmidis verbis secum murmurantis transitus ad sycophantae responsum paretur, rectissime sensisse Kochium puto. Ibi igitur prorsus probabile est olim tali fere Charmidis interrogationi locum fuisse longe simplicissimae:

Quid ais? istae quid ad hos homines attinent epistulae?

Non tam necessitate demonstrandi quam ratiocinandi probabilitate utimur, cum etiam post v. 901 quaedam deesse suspicamur. Convicturus sycophantam fallaciae alia ex eo Charmides quaerit, ad quae ille prorsus praeter veritatem respondet: unum, ad quod verissime, cum Seleuciae fuisse Lesbonici patrem dicit: cf. v. 112. 771. Illa quem ad modum cavillatur Charmides, ita hoc eum demirari consentaneum est, non autem alto silentio praeterire. Itaque nescio an non incommode in hanc sententiam loquentem senem animo nostro informemus:

CH. Vbi ipse erat? SY. bene rem gerebat. CH. ergo ubi?
SY. in Seleucia.
CH. *Mira sunt, qui hic scire potis est me fuisse in Seleucia,*
Vnde redeo huc. utut est, pergam porro percontarier.
Ab ipson' istas accepisti?

Porro iustam lacunae suspitionem versus 923 praebet atque iam Meiero p. 324 praebuit. Nam ibi quod Charmides *dixi ego* ait *iam dudum tibi: bene te potius dicere aequomst homini amico quam male*, id nec erat dictum antea nec potuit dici, cum male dicendi nulla dum sycophantae caussa fuerit. Nullo negotio mancam orationem velut hoc supple- XXIV
mento instauraveris:

dixi ego iam dudum tibi:
Non placet, qua te erga amicum uideo amicitia utier.
Bene te potius dicere aequomst homini amico quam male.

Nam amicitiam carpserat sane v. 909: *non placet, qui amicos intra dentis conclusos habet.*

Denique tribus interiectis versibus cum Charmides *sed ipse ubi est* quaerit, non aliud quaerit quam quod iam v. 901 quaesierat, cum interrogabat ubi fuisset Lesbonici pater epistulas sycophantae tradens. Redit nunc eo senex per ioci illius occasionem: *quid ergo ille ignauissumus mi latitabat?* Reliquisse se illum in Cecropia [?] insula sycophanta respondet: unde consequitur ut in hac insula acceperit, quas v. 901 Seleuciae acceptas epistulas narraverat: absurdum est enim prius traditas cogitari quam a Charmide discederet. Huncine igitur lapsum doli mali indicem ut ne animadverteret quidem Charmides? Non ita profecto, sed in talem potius speciem eius supplenda oratio:

CH. Sed ipse ubist? SY. pol illum reliqui ad Rhadamam in Cecropia insula [*vel* Rhadamantem in Cercopia].
CH. *Hercle memorem nugatorem: modo qui fui in Seleucia,*
Vt ille memorabat, ni mirum nunc sum in Cecropia insula [*cf. Append. crit. ad v. 928*].

Quis homost me insipientior, qui ipse, egomet ubi sim, quaeritem?
Sed nil disconducit huic rei.

Quinque quas commonstravimus lacunas etsi octo tantum versibus explevimus, tamen hoc non aliam vim habet, nisi ut horum paucitatem sufficere ad resarcienda sententiarum detrimenta intellegatur: Plautinum enim ingenium quis tam angustis finibus circumscribere audeat, ut non potuisse poetam aliquanto longius exspatiari facile largiatur? Quam-
XXV quam multo sane plures fuisse veri simile non putamus. De pluribus autem lacunis nec affirmari quicquam nec negari potest: tam enim inter se nexos aptosque et Charmidis cum sycophanta per reliquam scaenam II, et Stasimi cum Charmide in prima parte scaenae III sermones habemus, nihil ut ad integritatem desideretur, ac ne commodus quidem alicui incremento locus inveniatur, nisi forte post v. 944. Ibi enim licuit sane sycophantae iactantiam suam paullo longius persequi: verum longe deflectere de via ne hic quidem potuit, quia ad sycophantae in caelum ascensionem referuntur quae statim Charmidis verba sequuntur v. 947. Praeterea etsi unus sane est locus, in quo parum recte procedere, quales nunc leguntur, versus appareat, tamen ibi non de lacuna potius quam de transpositione cogitandum est. Hanc dicimus Stasimi orationem v. 1017 sqq.:

Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
Memoriae esse oblitum? an uero, quia cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Chiruchus fuit, Cerconicus, Crinus, Cricolabus, Collabus,
Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae.
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum hercle unus surrupiat currenti cursori solum?

Vbi quid sibi vult *an uero* illud? 'an vero memoriae es oblitus'? an 'an vero pudet te' vel 'non pudet te'? Nihili esse vides, quicquid comminiscare: non dubium igitur, quin desit aliquid cum verbo finito. Id si quaeris quale esse debeat, nihil in promptu est nisi 'an vero, quia cum honestis

nimirum hominibus bibisti, tuum te condalium recuperaturum putas?' Ita autem quid prodit aliud, quam quod in eandem prorsus sententiam paullo post sequitur: *inter cosne homines condalium te redipisci postulas?* qualis interrogatio paucissimorum versuum intervallo iterata quivis sentit quam inficete langueat. Qua cum ad constructionem opus sit priore loco nihil opus sit in posteriore, unius versiculi transpositione sic XXVI
omnia expediisse videmur:

an uero, quia cum frugi homonibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus,
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas?
Chiruchus fuit, Cerconicus, Crinus, Cricolabus, Collabus,
Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae:
Quorum hercle unus surrupiat currenti cursori solum.

Nullam in hac de quarto quaternione disputatione rationem habuimus versuum 936 sq. 980. 1005, quos a Plauto abiudicandos esse intelleximus. Quibus si liberum fuisse Ambrosianum putaveris, consecuturum sit ut etiam plus in Palatinis interciderit quam intercidisse supra ostendimus. Verum id tamen eo minus necessitatis habet, quo certius est aliis quoque non paucis interpretamentis additamentisque iam Ambrosianum interpolatum esse. Nec eum illis versibus caruisse, quos versui 1042 subiectos Plautina aetate posteriores diximus, hinc manifestum est quod ab ipso v. 1045 superstes pagina 31 codicis palimpsesti incipit.

Reliquum est ut de quinto quaternione LVIIII dicatur. Cuius etsi nihil hodie superest, tamen nequaquam id impedit quominus alicui ille usui sit. Ac primum sciendum est ordiri quaternionem LX a Truculenti versu I, 2, 15. Necesse est igitur eum qui praecedit quaternionem a Trinummi v. 1079 ad Truculenti I, 2, 14 pertinuisse. Complectitur id fabulae initium primum prologi versus XXI, sed mutili prologi, quem per duas paginas pertinuisse solum fidem facit Trinummi exemplum, ubi eius paginae, in qua desinit prologus, reliquam partem vacuam relictam esse supra adnotavimus. Sequuntur primae scaenae senarii LXXVII, alterius item

breviculi versus XIV: accedunt IV e scaenarum interstitiis: summam habes LXXXXV versuum, hoc est quinque paginas undevicenorum versuum, ut nec defiat quicquam nec super-
XXVII fiat. Iam, ne agere cupidius in rem nostram videamur, unam praeterea paginam inscriptioni fabulae et didascaliae dabimus, quae etsi in Trinummo nulla fuit, tamen in aliis fabulis reperta est: in qua pagina potuit etiam argumentum recentiore manu additum esse, ut in Pseudulo factum. Hinc efficitur per quattuor codicis membranas integras eam Truculenti partem pertinuisse quae est ante versum I, 2, 15: totidem igitur membranas, hoc est dimidium quaternionem LVIIII, finem Trinummi inde a v. 1079 complevisse. Iam fac eam fabulam in pagina *s* media desiisse: nam si in summa pagina desineret, in eadem continuari inscriptionem Truculenti consentaneum erat, ut factum est in fine Menaechmorum. Opus est igitur minimum CXLII versibus. At tot versus pars extrema Trinummi, qualis nunc legitur, nullo modo praestat. Reliqui sunt in scaena III actus IV septenarii XIV: scaena IV senariis constat XXII: actus V prima scaena, cuius initio quinque fuisse dimetros scriptos largimur, X versibus: ultima LXV septenariis. Quibus ubi addideris media inter scaenas spatia non VI tantum, sed adeo VIII (quando potuit in Ambrosiano nova scaena, ubi debuit, ordiri a v. 1176): summa efficitur CXIX versuum. In eis cum trochaici septenarii habeantur LXXXIV, quorum circiter novem credibile est per binos versus continuatos fuisse, vix licet ultra CXXVIII computando progredi, ut minimum XVI versuum numero a plena mensura absimus. Tot igitur sive per neglegentiam sive per aliquam calamitatem praetermissos esse in Palatinis certo ratiocinamur: quamquam fieri potest, ut XXVI exciderint, si non mediam partem ultimae paginae, sed eam paginam integram exitus Trinummi explebat in Ambrosiano codice.

Haec igitur cum ita sint, iam vide mihi quam apte in expositam rerum condicionem illud conveniat, quod membranarum mensuram minime curans e solis sententiarum argumentique rationibus de duabus lacunis iam olim conclusi Parergon p. 559 sqq. et 577 sqq. Nam primum inter v. 1166
XXVIII et 1167 dubitari nequit quin tale quiddam olim lectum sit,

quo Lysiteles, cum sua culpa corruptum esse Lesbonicum negasset, qua id alia caussa factum esset significaret:

Ly. Si id mea uoluntate factumst, est quod mihi suscenseas.
Verum incendium ubi, quod comedit, sibi paratum inuenerit,
Ipsus scis quam sit difficile offusa aqua restinguere.
Sed sine me hoc aps te inpetrare quod uolo.

Longe autem graviore hiatu apertum est post v. 1097 ea hausta esse quibus fidem suam Charmidi Callicles purgaret. Ea ut qualia fere fuissent quam brevissime ante oculos ponerem, hos quos infra scripsi versiculos ludebam exempli caussa:

Ca. Et salue et saluom te aduenisse gaudeo.
Ch. Quid salue! pol istanc ego salutem nil moror.
Illud uolo scire, tu qui seruaris fidem,
Qui me insciente, quae tibi commendaueram
Tuaeque peregre hinc abiens credideram fide,
Bona liberosque pessum dederis omnia?
Ca. Pol ueterem amicum re non conperta malis
Verbis obiurgare haud esse aequom censeo.
Nam et erras et mihi summam facis iniuriam.
Ch. Hascine tute emisti aedis, unde exis modo,
Meumque exturbasti hinc Lesbonicum filium?
Estne hoc quod dico an non est? responde mihi.
Ca. Emi egomet aedis, emi ut seruarem tibi.
Apsque eo esset, alii uendidisset filius:
Et has tu et una thensaurum illum perderes,
Quem illic apstrusum fidei mandaras meae.
Em saluas trado: tibi illas emi, non mihi.
Ch. Quid ais tu quaeso? pro deum atque hominum fidem,
Subito malefacti facis me dispudeat mei,
Amico pro benefactis qui male dixerim.
Ca. Quid igitur? iamne fidum credis me ac probum? XXIX
Ch. Credo, omnia istaec si ita sunt ut praedicas.

Et de argumento quidem universo huius supplementi cum non dubitem quin satis recte coniecerim, tamen nunc

vereor ne in singulis sermonibus componendis iusto liberalius egerim. Quos cur nunc in aliquanto breviorem ambitum coartandos fuisse sentiam, caussa haec est, quod illo ex tempore duarum praeterea lacunarum sedes investigatae sunt, quae sua sibi supplementa poscunt. Earum alteram deprehendimus v. 1182 sq.: ubi quid esse dicamus quod Lesbonicum Charmides his verbis adloquitur: *si tu modo frugi esse uis, haec tibi pactast Callicletis filia* — ? Quasi vero tale matrimonium pro praemio virtutis a Charmide habeatur vel pro beneficio ab ipso Lesbonico! qui quid de illo sentiant iuxta cum Callicle, satis ex eis qui subsequuntur sermonibus patet, quibus et hanc et si quam aliam pater iusserit se ducturum Lesbonicus profitetur, unam autem *miseriam* uni homini satis esse Charmides ait, negat Callicles. Ergo et poenam exigi peccatorum pater voluit et caelibis adulescentis intemperantiam in posterum caveri. Peccatorum autem illorum cum ne per se quidem consentaneum sit a patre nunc ipsum redeunte filiumque primum oculis conspiciente nullo verbo mentionem fieri, vix falli videbimur si in talem fere sententiam locutum esse Charmidem coniecerimus:

si tu modo frugi esse uis,
Ignoscentur, per stultitiam quae deliquisti antidhac.
Verum posthac ne in desidiam, qua adsueuisti, reccidas,
Haec tibi pactast Callicletis filia.

Duobus in hoc loco versiculis defungi licuit: haud paullo plus spatii eis Charmidis atque Calliclis sermonibus concedendum erit, quos post v. 1136 intercidisse Bergkius perspexit. Quos quidem ad illas ipsas Lesbonici cum Calliclis filia nuptias potissimum spectasse significavi in adnotatione.

XXX Tot igitur tamque ex parte gravibus lacunis eam fabulam laborare intellectum est, quam talem qualis vulgabatur plerique non incommode lectitavimus. Quodsi nimis incertam dixeris quam e membranarum Ambrosianarum intervallis argumentationem duximus, sic habeto. Cogitari sane potest (quid enim non potest?) velut integras paginas per errorem bis scriptas esse a librario vel dimidiam paginam aliquam

aliquo casu arbitriove esse vacuam relictam vel quae sunt similia paene innumerabilia. Tale quiddam qui amplectatur, etsi naturae vitio carere sensu probabilitatis simplicitatisque videbitur, certa tamen demonstrandi necessitate redargui nequit. Esto igitur: largiamur ei quod non concedimus. Ergo missam faciat Ambrosiani codicis condicionem omnem in solaque subsistat ea parte ratiocinationis nostrae, quae a pensitata vi sententiarum dispectoque nexu argumenti proficiscitur: vel sic, ut confidimus, earum quas certa via ac ratione commonstravimus lacunarum probabilitatem non poterit sibi non persuadere.

Ceterum lacunas quod non soleo verbis tantum significare, sed simul supplendi experimentum facere, id non vereor nequis ita interpretetur, ut vel ambitiosius vel iusto confidentius factum videatur: qui non ullo pacto versiculis velim exempli caussa propositis, sed ipsi de aliqua lacuna coniecturae fidem facere, idque ut certae viae demonstratione fiat credam ipsius artis rationibus atque adeo praeceptis flagitari. De quo siquis secus sentiat: quid quaeso ad rem ipsam interest, utrum prosa oratione an numeris adstricto sermone meam de eo, quod per se probabile sit, sententiam explicem? — Huc igitur praeter exempla supra prolata etiam illud pertinet, quod apertissimi ante v. 597 et sententiae et structurae hiatus tollendi hanc viam commendavi procul habitis verborum ambagibus:

> Gestandust peregre clupeus, galea, sarcina.
> *Nam ut mei eri ingenium noui truculentum admodum,*
> Effugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae. XXXI

Item hoc, quod post v. 147 sermonum integritati breviter significavi tali inserto versiculo satisfieri:

> Ca. Circumspicedum te, nequis adsit arbiter.
> Me. Non est. Ca. sed quaeso identidem circumspice.
> Me. *Noli uereri: tuta sunt hic omnia.*
> Ausculto siquid dicas.

Cum lacunis autem quoniam propinquae societatis vinculo is locus continetur qui est de interpolationibus, quam fere eo in genere normam secutus sim, paucis esse aperien-

dum video. Atque eas quidem interpolationes, quae e meris glossematis molestave interpretandi industria natae misere consutis pannis vix ac ne vix quidem rectis pedibus incedunt aut violatis linguae stilive legibus integritatem sermonis concinnitatemve sententiarum manifesto tollunt, a Plautinorum continuitate prorsus exclusas in adnotationem reieci, siquidem de earum futtilitate iam liceret omnium vel plurimorum consensu niti: ut factum est v. 48 et 49. 72 sqq. 92 sq. 368, item circum v. 427, post v. 788. Quod sicubi futuro demum consensu tali confidi posse videretur, in praesens cancellis [—] usus sum, ut v. 200. 209. 249. 263. 672. 816. 936 sq. 1005. Contra per se non inepta additamenta vel saltem tolerabilia, sed Plautina tamen aetate, ut visum est, posteriora, sive ea per novarum fabulae actionum occasiones accesserunt sive ingenio geniove indulgentis litterati hominis studio debentur, vel, ut una notione complectar, geminarum recensionum speciem prae se ferentia semicirculis (—) inclusi: cuius modi habes e satis antiqua aetate repetendos prologi versus 6 sq. et 18—21, item v. 707 sq., variae autem originis versus 126. 206 sqq. 225 sq. 231 sq. 311 sq. 322 sq. 470 sq. 702. 1043 sqq. 1052 sq. Quamquam fatendum est non tam certis finibus haec genera inter se discreta esse, quin aliquotiens potuerim vel fortasse debuerim alii dispertiendi notandique
XXXII rationi locum dare. Velut nunc me facti paenitet, quod non prorsus exterminavi v. 209. 249. 263, vel quod non cancellis saepsi v. 470 sq. Verum de his omnibus quoniam non potest breviter dici, singillatim et explicate alibi agetur: id quod etiam de transpositionibus dictum volo.[1])

1) [*Sequebatur:* Vnum tamen quiddam e futura disputatione hic occupabo. Vt enim dies diem docet, ita in hoc quoque genere iam intellexisse videor etiam longius progrediendum fuisse. Nisi enim omnia fallunt....grammatica vel metrica offensio est sive fluctuans in libris collocatio (*cf. Append. crit. ad v. 85*): cuius rei plurima eaque ex parte evidentissima documenta (v. c. v. 208) facile poterit qui volet ex exemplorum supra positorum varietate conquirere.]

Versuum inter se distinctionem, quam praeter pau- XXXIII
culas scaenas senariis scriptas nullam 'Decurtatus' cum Vaticano habent, cum non Ambrosianum tantum, sed plerumque[1]) etiam 'Vetus' codex servet, huius ipsius beneficio factum est ut, quae inde a Merula tamquam indiscreta congeries verborum Plautinorum haberetur, Pyladis ea curis aliqua tantum ex parte imparique successu digeri atque in ordinem redigi coepta, Camerarii demum opera iustae dimensioni singillatim discriptorum versuum cederet. Verum haec tamen laus ad eas tantum fabularum partes pertinet quae sermonibus continentur: quando in canticis satis habuit Camerarius vulgatam ante se versuum continuitatem propagare, qualis e Vaticano codice manaverat. Et tamen hic quoque ille plurimum potuit e Veteris memoria proficere: qui si in hoc genere non credetur ipsam poetae manum ubique referre, at ad eam redipiscendam utilissimis ducere indiciis solet nec raro ab illa propius quam ipse Ambrosianus abest. Quamquam in ipsius Trinummi canticis illis, a quibus actus II orditur, intercedentis inter utrumque librum discrepantiae caussa ratioque potissima haec est quod, quos versus Vetus singillatim scriptos, eos Ambrosianus binorum in unum contractione continuatos exhibet. Id autem omne quoniam non potuit ullo modo per adnotationis angustias satis vel plene vel plane quale esset aperiri, integra codicum exempla subicienda putavi quanta potuit fide expressa: primum Ambrosiani, alterum Veteris, illud Studemundi, hoc Hinckii [*utrumque Loewii*] merito nunc aliquanto quam olim accuratiora: tertio loco Decurtati. Quorum exemplorum inter se conlatione simul, per quos tamquam gradus saeculorum decursu depravatio serpserit, utiliter esse ante oculos positum existimo.

1) Rara sunt enim, si a levioribus quibusdam erroribus, quales etiam in Trinummo offendimus (ut v. 3. 1120—1124), discesseris, talium turbarum exempla latius patentium, quales in Pseudulo potissimum designavi praefationis p. XII sq.

I

p. 29 15 LYSITELES

MULTASRESSIMITUINCORDEMEOUORSO
MULTAINCOGITANDODOLOREMINDISPICOR
EGOMETMECOQUOETMACEROETDEFETIGO
MAGISTERMIKIEXERCITORANIMUSNUNCEST

p. 30 SEDKOCNONLIQUETNEQ·SATISCOGITATUMEST
UTRAMPOTIUSKARUMMIKIARTEMEXPETESSAM
UTRAMAETATIAGENDAEARBITRERFIRMIOREM
AMORINMEANREIOBSEQUIPOTIUSPARSITUTRAINPARTE
PLUSSITUOLUPTATISUITAEADAETATEMAGUNDAM
DEKACREMIKISATISKAULIQUETNISIKOCSICFACIAMOPINOR
UTUTRAMQ·REMSIMULEXPUTEMIUDEXSIMREUSQ·ADEAMRE~
ITAFACIAMITAPLACETOMNIUMPRIMUM
AMORISART**SELOQUARQUEMADMODUMSEEXPEDIANT
NUMQUAMAMORQUEMQUAMNISICUPIDUMKOMINEM
POSTULATSEINPLAGASCONICERE
EOSPETITEOSSECTATURSUBDOLEBLANDITURABRECONSULIT
BLANDILOQUENTULUSKARPAGOMENDAXCUPPESAUARUS
ELEGANSDESPOLATOR
LATEBRICOLARUMKOMINUMCORRUMPTORBLANDUSINOPS
CELATUMINDAGATOR
NAMQUIAMATQUODAMATQUAMEXTEMPLOSAUIISPER
CULSUSEST
ILICORESFORASLABITURLIQUITURDAMIKIKOCMELMEUM:

p. 45

SIMEAUDESSIAM*S
ABIILLECUCULUSOCELLEMIFIATETISTUCETSIAMPLIUSUISDARIDABITUR
IBIILLAMPENDENTEMFERITIAMAMPLIUSORATNONSATIS
*DESTMALINIETIAMAMPLIUS
QUODEB*BITQUODCOMESTQUODFACITSUMPTUINOXDATUR
DUCITURFAMILIATOTA
UESTISPICAUNCTORAURICUSTOSFLABELLIFERAESANDAL**GERULAE
CANTRICESCISTELLATRICESNUNTIIRENUNTIIRAPTORESPA
NISETPENI
FITIPSEDUMILLISCOMISESTINOPSAMATORKAECEGO
QUUMCUMANIMOMEOREPUTOUBIQUIEGET
QUAMPRETIISITPARUIAPAGETEAMORNONPLACES
NIKILTEUTORQUAMQUAMILLUDESTDULCEESSEETBIBERE
AMORAMARADATTAMENSATISQUODAEGRESIT
FUGITFORUMFUG*T*UOSCOGNATOSFUGATIPSUS*EMABSUo
CONTUTU
NEQ · EUMSIBIAMICUMUOLUNTDICIMILLEMODISAMORIGNORA͞DUST
PROCULADKIBENDUSATQ · ABSTANDUSTNAMQUIINAMO
REM*RAECIPITAUIT

p. 46 PEIUSPERITQUAMSISAXOSALIATAΠΑΓΕΤΕAMORTUASRES
TIBIKABETO
AMORAMICUSMIKINEFUASSUNTTAMENQUOSMISEROS
MALEQ·KABEAS
QUOSTIBIOBNOXIOSFECISTICERTAESTRESADFRUGEMAPPLI
CAREANIMUM
QUAMQUAMIBILABOSGRANDISCAPITURBONISIBIKAECEX
PETUNTREMFIDEMKONOREM
GLORIAMETGRATIAMKOCPROBISPRETIUMESTEOMIKIMAGISLUBET
CUMPROBISPOTIUSQUAMCUMINPROBISUIUEREUANIDICIS
FILTA LYSITELES

QUOILLICKOMOFORASSEPAENETRAUITEXAEDIBUS PATER
ADSUMIMPERAQUIDUIS
NEQ·TIBIEROINMORANEQ·LATEBROSEMEABSTUOCONSPECTU
OCCULTABO
FECERISPARTUISCETERISFACTISPATREMTUUMSIPERCOLESPERPIETATE~
NOLOEGOCUMINPROBISTEUIRISGNATEMI
NEQ·INUIANEQ·INFORONEQ·ULLUMSERMONEMEXSEQUI

p. 253 NOUIEGOKOCSAECLUMMORIBUSQUIBUSET
MALUSBONUMMALUMESSEUULTUTSITSUISIMILIS
TURBANTMISCENTMORESMALIRAPAXAUARUSINUIDUS
SACRUMPROFANUMPUBLICUMPRIUATUMKABENTKIUTCAGENs
KAECEGODOLEOKAECSUNTQUAEMEEXCRUCIANTKAECDIES
NOCTESCANTOTIBIUTCAUEAS
QUODMANUNONQUAEUNTTANGERETANTUMFASKABENT
QUOMANUSABSTINEANT
CETERARAPETRAKEFUGELATELACRUMASKAECMIKIQUOM
UIDEOELICIUNT
QUIAEGOADKOCGENUSKOMINUMDURAUIQUINPRIUSME
ADPLURESPENETRAUI
NAMKIMORESMAIORUMLAUDANTEOSDEMLATITANTQUOS
CONLAUDANT
KISEGOTEARTIBUSGRATIAMFACIONEUCOLASNEUEINBUAS
INGENIUM
MEOMODOETMORIBUSUIUITOANTIQUISQUAEEGOTIBIPRAECi
PIOEAFACITO
NIKILEGOISTOSMORORFA*CEOSMORESTURBIDOSQUIBUS

p. 254 BONISDEDECORANTSE
KAECTIBISIMEAIMPERIACAPESSESMULTABONAINPECTORE
CONSIDENT

* * *

II

f. 192 r.

Occluſiorēq› habeanᴛ ſᴛulᴛı loq̃nᴛı ã lyſıᴛeleſ
Mulᴛa reſ ſımı ᴛu ın meo corde uorſo
Mulᴛũ ıncogıᴛando dolorẽ ındıpıſcor
Ego m& me coquo quo & macero & defecıgo
Magıſᴛer mıhı exercıᴛor anımuſ hunc eſᴛ
Sed hoc non lıqueᴛ neq› ſaᴛıſ cogıᴛaᴛũ ſı
Vᴛram poᴛıus harũ mıhı arᴛẽ ex peᴛeſſam
Vᴛra ınaeᴛaᴛı agundae arbıᴛreſ fırmıorem
Amor ınme an reı opſequı poᴛıuſ parſı&
Vᴛra ınparᴛe pluſ uolupᴛaᴛı ſıᴛ uıᴛę adeᴛaᴛẽ agundam
Dehacre mıhı ſaᴛıſ hau lıqu& nıſı hoc ſı facıã opınor
Vᴛrãq› re ſımul ex puᴛẽ ıudex ſım rẽ uſq› adeã rem

Ita faciã ita plac& omnium primũ
Amoriſ artiſ eloquar quẽ admodũ ex pediant
Numquã amor quẽqũa
Niſi cupidĩ. hominem
Poſtulat ſe in plagaſ conicere
Eoſ cupit eoſ confectatur
Sub dole blanditur obre conſulit
Blandi loquentuluſ harpago mendax
Cuppeſ auaruſ eliganſ deſpoliator
Latebri colarum hominũ corruptor
Blanduſ inopſcelatĩ. indagator
Nã quã ad quod damat quã extemplo
Sauiſ ſagittatiſ per cuſ ſu ſt
Illico reſ foraſ labitur liquitur
Da mihi hoc mel meũ ſi meamaſſi audeſ
Ibi ille cuculuſ occelle mi fiat
Et iſtuc & ſi ampliuſ uiſ dari dabitur
Ibi illa pendentem ferit iam ampliuſ orat
Non ſat id eſt mali ni ampliuſ & iam
Quo debebit qđ com eſt qđ facit ſũpti
Nox datur ducitur familia tota

f. 192 v.

Veſᴛıplıce uncᴛor aurı cuſᴛoſ flabellı fere
Scandalıgerulę canᴛrı ceſ cıſᴛellaᴛrıceſ
Nuncıı renuncıı rapᴛoreſ panıſ & penı
Fıᴛ ıpſe dũ ıllıſ comıſ eſᴛ ınopſ amaᴛor
Hęc ego cũ ago cũ meo anımo & recᴛılo
Vbı quı egeᴛ quã preᴛıı ſıᴛ paruı
Agage ᴛe amor non pagaleſ nıhıl ᴛe uᴛor
Quã quã ıllud ẽ dulce eẽ & bıbere
Amor amara daᴛ ᴛıbı ſaᴛıſ quod egre ſıᴛ
Fugıᴛ forũ fugaᴛ uoſ cognaᴛoſ
Fugaᴛ ıpſe ſe aſuo conᴛuᴛu
Neque eum ſıbı amıcũ uolunᴛ dıcı
Mılle modıſ amor ıgnorandum eſᴛ
Procul adhıbenduſ eſᴛ aᴛqꝫ apᴛınenduſ
Nã quı ın amore pręcıpıᴛauıᴛ
Peıuſ perıᴛ quã ſı ſaxo salıaᴛ
Apace ſı ſamor ᴛuaſ reſ ᴛıbı habe
Amor mıhı amıcuſ neſuaſ unquã
Sunᴛ ᴛamen quoſ mıſeroſ male quę habeaſ
Quoſ ᴛıbı obnoxıoſ fecıſᴛı
Cerᴛun ſᴛad frugẽ adplıcarẽ anımum

Quã quã ıbı anımo laboſ grandıſ capıᴛur
Bonıſ ſibı hęc ex peᴛunᴛ rem fıdem honorẽ
Glorıã & graᷓ hoc ꝓbıſ pręcıum ſᴛ
Eo mıhı magıſ lubeᴛ cũ ꝓbıſ poᴛıuſ
Quã cũ ımꝓbıſ uıuere uanıdıcıſ lx filᴛo lyſıᴛeleſ

SENEX ADVLESC C·

ꝺ Quo ıllıc homo foraſ ſepeneᴛrauıᴛ ex aedıbuſ
ꝺ Paᴛer adſum ımpera quod uıſ
Neqˀ ᴛıbı ero ınmora neqˀ laᴛebro ſe
Meapſᴛuo conſpecᴛuſ occulᴛabo
ꝺ Fecerıſ parᴛuıſ ceᴛerıſ facᴛıſ
Paᴛrẽ ᴛuũ ſı ꝑcoleſ ꝑ pıeᴛaᴛem
Nolo ego cum ımꝓbıſ ᴛe uırıſ gnaᴛe mı
Neqˀ ın uıa neqˀ ın foro ullũ ſermonẽ exſequı
Nouı ego hoc ſeculũ morıbꝫ quıbuſ ſıᴛ
Maluſ bonũ malũ eſſe uolᴛ uᴛ ſıᴛ ſuı ſımılıſ
Turbanᴛ mıſcenᴛ moreſ malı rapax auaruſ ınuıduſ
Sacrum ꝓfanũ publıcũ prıuaᴛũ habenᴛ hıulcagenſ
Hęc ego doleo hęc ſunᴛ quẽ excrucıanᴛ
Hęc dıeſ nocᴛeſqˀ canᴛo ᴛıbı uᴛ caueaſ
Quod manu nonqˀ unᴛ ᴛangere ᴛanᴛũ faſ habenᴛ quo manꝫ apᴛıneanᴛ

Cęτera rape τrahe fuge laτe lacrumaſ
Hęc mıhı quon uıdeo elıcıunτ
Quıa ego ad hoc genuſ homınũ durauı quın prıuſ
Mead plurıſ peneτrauı ⁊ quoſ conlaudanτ
Nã hı moreſ maıorũ laudanτ eoſ dẽ laτıτanτ
Hıſ ce ego τe arτıbuſ gram̃ facıo neu colaſ neucınbuaſ ıngenıũ
Meo modo & morıb⁊ uıuıτo anτıquıſ
Quę ego τıbı pręcıpıτo & facıτo
Nıhıl ego ıſτoſ moror faceoſ moreſ & τurbıdoſ quıb⁊ bonı dedecoranτ ſe
Hęc τıbı ſı mea ımperıa capeſſeſ mulτabo ınpecτore c̃ſıdenτ.

---

* * *

III

f. 203 v.

LYSITEŁ ADULESCENTES

Mulτaſ reſ ſımıleſ ınmeo corde uorſo mulτum ıncogıτando·
Dolorem ındıpıſ cor ego m& meco quoquo eτ macero & defecτıgo

Magiſter mihi ex ercitor animuſ hunc eſt ſed hoc non liqu&
Neq;ſatiſ cogitatum ſi vtram potiuſ harum mihi artem exp&eſſam
Vtram a&ati agundę arbitrer firmiorem amor inmeanrei
Obſequi potiuſ parſi& vtram inparte pluſ uoluptatiſit vitę
Ad&atem agundam dehacre mihiſatiſ haud liqu& niſi hoc
Siſaciam opinor vtramq; rem ſimul exputem iudexſim re
Uſq; adeamrem itafaciam itaplac& omnium primum
Amoriſ artiſ eloquar quemadmodum expediant numquam
Amor quemquã niſicupidum hominẽ poſtulat ſe inplagaſ
Conicere eoſ cupit eoſ conſectatur ſubdole blanditur ab re
Conſulit blandiloquentuluſ harpago mendax cuppeſauaruſ
Eleganſ deſpoliator latebricolarum hominum corruptor
Blanduſ inopſ cęlatum indagator namq; adquod clamat
Quam extemplo ſauiſ ſagittatiſ percuſſuſeſt ilico reſ foraſ
Labitur liquitur damihihoc mel meum ſime amaſſi audeſ
Ibiille cuculuſ occellemiſiat &iſtuc et ſiampliuſ uiſdari
Dabitur ibiilla pendentem ferit iam ampliuſ orat nonſat
Id eſt mali ni ampliuſ &iã quodebebit quodcomeſt
Quod facit ſumpti nox datur ducitur familia tota
Veſtiplice uncto auri cuſtoſ flabelli fere ſcandali gerulę
Cantriceſ ciſtellatriceſ nuncii renuncii raptoriſpaniſ&peni

f. 204 r.

Fıt ıpſe dum ıllıſ comıſ eſt ınopſ amator hæc ego cum ago cum
Meo anımo etrecolo ubı quıeget quam precııſıt paruı apagete
Amor nonpalageſ nıhılte vtor quã quã ıllud eſt dulce eſſe &bıbere
Amor amara dat tıbıſatıſ quodegreſıt fugıt forum fugat uoſ
Cognatoſ fugat ıpſeſe aſuo contutu
Neqꝰ enım eum ſıbı amıcum uolunt dıcı mılle modıſ amor ıgnoranduſt
Procul adhıbenduſ eſt adqꝰ abtınenduſ nam quı ınamore
Precıpıta uıt peıuſ perıt quam ſıſaxoſalıat apace ſıſ amor
Tuaſ reſ tıbı habe amor mıhı amıcuſ nefuaſ umquam ſunt tamen
Quoſ mıſeroſ male que habeaſ quoſ tıbı obnoxıoſ fecıſtı
Cer tun ſt adfrugem adplıcare anımum quamquam ıbıanımo
Laboſ grandıſ capıtur bonıſ ſıbı hæc exp&unt remſıdem honorem
Glorıam & gratıam hoc probıſ prȩcıumſt eomıhı magıſ lub&
Cum probıſ potıuſ quam cum ımprobıſ uıuere uanı dıcıſ

PHILTO SENEX LYSITEŁ ADULESCNS

Quo ıllıc homo foraſ ſepenetrauıt exaedıbuſ pater adſum
Impera quoduıſ neqꝰ tıbı ero ınmora neqꝰ latebroſe me abſtuo
Conſpectuſ ocultabo fecerıſ partıuſ c&erıſ factıſ patrem
Tuum ſıpercoleſ per pı&atem nolo ego cum ımprobıſ te uırıſ
Gnate mı neqꝰ ınuıa neqꝰ ınforo ullumſermonem exequı
Nouı ego hoc ſeculum morıbuſ quıbꝰ ſıt maluſ bonum malum

Eſſe uulт uт ſıт ſuı ſımılıſ тurbanт mıſcenт moreſ malırapax
Auaruſ ınuıduſ ſacrum profanum publıcum prıuaтum habenт
bıulca genſ haec ego doleo haec ſunт quem excrucıanт
Haec dıeſ nocтeſq; тıbı canтo uт caueaſ quod manu nonqueunт
Tangere тanтum faſ habenт quomanuſ abſтıneaт

---

f. 204 v. Cętera rape тrahe fuge laтe lacrumaſ hęc mıhı cum uıdeo
Elıcıunт quıa ego ad hoc genuſ homınum durauı quınprıuſ
Mead plurıſ pen&rauı namhımoreſ maıorum laudanт
Eoſdem laтıтanт hıſce ego тearтıbuſ gram̃ facıo neucolaſ
Neu ınbuaſ ıngenıum meomodo eтmorıbuſ uıuıтo anтıquıſ
Quę egoтıbı pręcıpıтo & facıтo nıhıl egoıſтoſ moror faceoſ
Moreſ & тurbıdoſ quıb; bonı dedecoranт ſe hæcтıbı ſımea
Imperıa capeſſeſ mulтabona ınpecтore conſıdenт
LYSITELES ADULESCNS PHILIO · SENEX

* * *

Valde inaequalem Decurtati scripturam operae in quantum potuerunt imitati sunt. Omninoque ex propositis exemplis cum illud discitur, Palatinorum librarii quibus fere scribendi compendiis quam vel saepe vel raro uti consueverint, tum hoc evidens fit, quam vel diligenter vel indiligenter in dirimendis singulis vocabulis sociandisque vel dissociandis syllabis versentur, in quo genere multifariam, utrum tandem loco quoque voluerint, nulla oculorum acie satis dispicias. Igitur cum hoc tum illud discrepantiae genus etsi in apparatu critico saepe, ac fortasse saepius quam opus erat, commemoravi, tamen omnino exhaurire nec volui nec potui. — Ceterum *FZ* cum ipsa vocabula recte disiungant, tamen in discribendis versibus, etiam praeter cantica, liberius vagantur nec vel cum *CD* vel inter se satis consentiunt.

Horum igitur exemplorum cum congruentia tum discre- XLVIII
pantia cur ita, uti factum est in editione, ad constituenda metra horum canticorum usus sim, aliqua ex parte iam olim significavi Prolegomenon capite XVIII p. CCXCIV sqq., ubi positas vindicatasque artis leges ne nunc quidem ullo modo destituo, uberiore autem rationum enarratione in 'Vindiciis Plautinis' declarabo quas p. 34 [= 137. 150] pollicitus sum.

De personarum notis singulos conloquentium sermones distinguentibus quamquam singillatim dixi ad versus 39. 45. 49. 79. 196. 276. 333. 402. 729. 1069, tamen id genus universum video hoc loco quam paucissimis summatim complectendum esse. Et in Ambrosiano quidem sciendum est tales notas omnino nullas esse, sed pro eis spatia tantum singularum vel aliquotiens binarum litterarum suis in locis vacua relicta, miniatis ea litteris olim explenda, sed numquam expleta. Dispar ratio est nec sibi ipsa constans ceterorum librorum antiquorum *BCD*. Nam *B* quidem personarum notas in Trinummo habet primum a v. 276 ad 333, iterum a v. 402 ad finem fabulae, nullas in ceteris partibus. Contra in *D* illae comparent a v. 49 ad 78, rursus incipiunt a v. 1069 rarescentibusque a v. 1125 exemplis ad finem fabulae pertinent, ab-

sunt a ceteris partibus. Omnibus autem per totam fabulam omnino caret *C*. Verum his quoque tribus codicibus illud est cum *A* commune, quod, quibus in partibus personarum notis carent, ibi vacua spatia habent earum vicaria: quas partes ex eis quae supra dixi intellegis in *B* esse v. 39—222 et 333—391, in *D* v. 39—48. 79—222. 276—391. 402—815. 843—1068, quando in scaenis I, 1. II, 1. 3. IV, 1, quae non constant diverbiis, nulli omnino personarum distinctioni locus est. Iam vero illuc animus est advertendus, quod, ubi non
XLIX in medio versu, sed ab eius initio sermonem nova persona excipit, huius nota numquam in ipsius versus ambitum intrat, sed ei constantissime in margine praemittitur. Ergo quae partes fabulae personarum notis omnino carent, eae etsi in mediis quidem versibus personarum mutationem vacuis spatiis satis aperte indicant, tamen, quotiens talis mutatio in principium versus incidit, quoniam in margine spatii significatio fieri nulla potuit, prorsus in dubio relinquunt utrum ibi personae nota locum necne habuerit. Hinc igitur est quod in illis quas dixi partibus (in *C* igitur per totam fabulam) '*omitti*' personae notam quamque in mediis tantum versibus adnotare potui, non potui in primis, de quibus ut nihil sciri potest, ita in adnotatione prorsus tacendum fuit. Quam rationem omnem diligenter recordari debebit, qui recte interpretari nostra in hoc genere testimonia volet.

Haec autem si ita sunt, apparet de singulis recte existimari non posse, nisi, quae tandem sint in codicibus versuum principia, cognitum habueris. Et in *B* quidem, si a canticis discesseris, nihil fere hoc habet difficultatis vel dubitationis, ut qui paucis exceptis erroribus ipsam veram versuum mensuram tueatur communemque cum *A* distinctionem servet. Sed in *C* et *D* quoniam versuum metricorum ordo omnis sublatus est, quae nova prodierint graphicorum principia, dedita opera enarrandum video. Indiculum igitur subieci, quo haec principia, qualia in *C* sunt, per totam fabulam transcripta habes.

* * *

Prol. *equere — Fore quẽ — Nunc nequiſ — Dare — Nuc que abiit — Nomen* — 9 *Voluit — Edate — Inhiſce* — ‖ fol. 200v *Quoniam me — Quicũ — Seneſ — Eſt thenſauro* — 20 *Nomen — Hunc nomen*

I, 1 *eamicũ — Inme ne eſt — Nam ego — Inuituſ — Mores* — 30 *Seddũ — Succreuerunt — Niſi moreſ — Nimioqꝫ — Quam id qđ — Quẹ in rebuſ — Rei*

I, 2 *arẽ* — 40 *Nobis — Teqꝫ vt — Hic ille — Inſe culpam — Cuia uox* — ‖ fol. 201r. *Sin aliĩ — Aequaliſ* — 50 *Valen — Tua uxor — Eſt illã — Gaudere — Cupio — Viuit — Vitẹ — Sit* sp. *ſane* — 60 *Et tu meam — Namqꝫ enĩ — Faxọ — Nota — Agam — Viuitur ſed — Nã ego — Maliſ te — Numquiſ* — 70 *Quid igitur — Dicturum — Sin immutare — Ingenium — Omnib' — Audireqꝫ — Tibi iſta ec* — ‖ f. 201v. *Adcurare* — 80 *Non poteſt — Culpam — Sitanam nunc — Ecapitolio — Id tamen — Neſuſpicer — Tuamicum* — 90 *Edepol — Sunt quorum — Partem — Certiſſimuſ — Nonaccuſaſ — Adte aduem — Primũdũ* — 100 *Turpilucri cupidũ — Vulturium — Haec cũ — Mihi inmanu — Id eſt fuit — Vtcredaſ — Filiuſ* — 110 *Filiam — Qm̃ hunc — Gnatã ſuam — Hic ſi inimicuſ* — ‖ f. 202r. *Quẽ eſſe — Quin eum* — 119 *Aliquanto — Tute accedereſ — Malo — Hemiſtin — Emi adqꝫ — Inmanum — Edepol — Gladium* — 130 *Te inmanuſ — Quiex ẹdificar& — Illiargentum — Neqꝫ emereſ — Inconciliaſtin — Exturbaſti — Crede* — 140 *Metuſ — Simtatiturnitati — Neufacerem — Mihi quod — Quiſ adſit — Auſculto — Profectuſ* — 150 *Inhiſ ce — Nemoeſt* — ‖ f. 202v. *Idſoluſ — Suo ne — Poſſ& — Suum ſibi — Sihabeo* — 159 *Conlocem — Alium — Porro — Et meam — Pene ille — Quiarure — Inconſultu — Adeſuriuit* — 170 *Obſeruauit — Vouit totum — Caneſ — Officium — Me eithenſ aurum — Meopſecrauiſſ& — Fieri — Emiegom&* — 180 *Cauſa — Mihi nec — Haec ſunt — Confiteor — Auaritiam* — ‖ f. 203r. *Famaſ — Linguam — Vt me opera* — 190 *Prouintiam — Numquiduiſ — Quiduiſ — Hoc recepit — I ſanẹ — Itaeſ — Quãm abeo* — 199 *Neqꝫ ſtoliduſ — Neqꝫ confidenti loquiuſ — Ciueſ — Vna ibidem — Qui omnia — Quodquiſqꝫ — Sciunt id — Iuno* — 209 *Tamen illi — Nonfloccifaciunt — Mortaliſ — Eſſ& uiuere — Ego de — Profilii — Vſqꝫ abſtirpe — Niſi id* — ‖ f. 203v. 220 *Hoc itaſi — Neſciunt*

II, 1. II, 2 vide supra repraesentatas
301 *Semp ego — Tu ſeruiu — Pro ingenio — Meum animum — Quihomo — Vtrum — Anita — Sianimuſ — Si ipſe* — 310 *Tuſianimũ — Nimioſatiuſ — Qui animum — Clientiſ — Maee — Nenoctu — Neutibi — Sarta* — ‖ f. 205r. *Quid ex*

probraſ — Mihi quidem — Iſprobuſ — 320 *Bene facta — Qui ipſuſ — Obeam — Egome — Adulescenti — Minuſ — Bene uolo — Demeo — Quid iſ —* 330 *Qui eam — Negotiuſ — Nihil — Pater — Edepol — Quidē — Nihil — Quia — Demendico —* 340 *Nam & — Non ego — Sed ego — Vt itate — Deferere —* ‖ f. 205^{v}. *Pol pudere — Deum uirtutē — Bene parta — Vt potiuſ — Demaſ —* 350 *Inmunificoſ feiſ — Et illud — Necetibi — Iſtuc — Nihil eſt — Habemuſ — Simuſ — Quicquā — Audacter —* 360 *Qui illic — Ne obp̄bria — Age dū — Sapientia — Mentire — Namſapienſ — Eone multa — Multaſ opera — Vitę eſſe — Non ad̄atē —* 370 *Tumodo — Egeſtatem —* ‖ f. 206^{r}. *Ego pater — Luc& — Soror — Vxorē — Hoc pacto — Vllo pacto — Vxorem — Addideriſ —* 380 *Docta — Adq; antiquam — Te & amiciciam — Etſi aduerſatuſ — Dite — Quid id eſt — Tute concilieſ — Tranſigeſ — Tuum unū — Inbenignitate —* 390 *Lepiduſ — Agere cura*

II, 3 *Non optima — Sunt quāq; — Adq; animum — Conſulit — Factuſ —* ‖ f. 206^{v}. *Cum illa —* 400 *Sed aperiuntur — Cum ſeruo*

II, 4 *Minuſ — Accepiſti — Meminieſſe — Expotum — Lani —* 410 *Quā ſita — Iniſtiſ — Ibidem — Hem iſta — Siſumaſ — Sero — Comedit — Ratio compar & —* 419 *Argentum — Et ille — Pol opinor — Venit — TrapeZete* (sic) *— Debuiſti — Quaſidependit — Pro illo — Vt quidem —* ‖ f. 207^{r}. 430 *Nam nunc — Miſer & te — Tempuſ — Iſ hercleſt — Fieri — Philto — Tibi philto — Bene uult — Nequā —* 440 *Ego — Frugi — Miſit — Tuam — Sententia — Boniſ — Homo tueſ — Neq; dignum —* 450 *Vt tuam — Menouiſſe — Aequa — Sat intuſ — Hanc — Inuentum — Ire — Reſpondit —* 460 *Experior —* ‖ f. 207^{v}. *Vtrumq; — Hic dicit — Hercle — Ita — Factioneſ — Adcęnā —* 470 *Appoſitaſit — Sint — Aediſne — Niſi — Maliſ — Neq; illi — Apud —* 480 *Rem — Deuia — Nonhercle — Sine — Idoptumum — Optumuſ ſiſ — Et quam —* 490 *Diuiteſ — Salillū — Adq; ille — Animirā — Itaſiſ — Noneſſe —* ‖ f. 208^{r}. 499 *Sororē — Prodi inim. — Dibene — Dicebat — Cum adfinitate — Filio magnam — Sed& ſi — Saburbe —* 511 *Profecto — Noſtram — Anobiſ — Tibi ego — Communiſcor — concede — Dico —* 519 *Audacter — Illum — Eirei — Omnium — Moriuntur — Agro — Conſua d& — Noneſt —* 530 *Tribuſ — Oportd& — Neq; umquam —* ‖ f. 208^{v}. *Quinpeſ ſame — Abierunt — Cuiuſ eſt — Magiſ —* 539 *Itaſunt alternę — Oueſ — Tum autē — Hominū — Ita cuncti — Iſtuc — Iam antidit — Audiui —* 549 *Sicut — Aetatem — Detrundi — Hoſpicium — Malam rem — Etalibi — Arcanoſatiſ — Abalie narier — Meuſ quidem —* 560 *Lepide — Nam-*

qui — Redeo — Locutus — Vult — ‖ f. 209ʳ. *Et ego — Si-uelles — Deistoc — Dedote —* 570 *Agito — Quę res — Istic — Edepol — Spondeo — Ita uolo —* 580 *Dic hoc — Et gratulator — Mecum — Tu istuc — Conueniat — Quidpossit facto — Dote addere — Dampno — Neglegentiam — Quinquod — Idopsit —* 589 *Imodo imodo imodo — Vstram — Siquidem — Inambiguoest — Sed id si —* ‖ f. 209ᵛ. *Peregre — Factę — Latrocinatum —* 600 *Imperatum stet — Post quam*

III, 1 *Quomodo — Lesbonicum — Homini — Sine dote ille — Dices — Credidero — Istuc — Inquit —* 610 *Salua — Isus ultro — Hercle — Istam rem — Adqꝫ abeo — Festinā — Quando — Hic — Vt inimicos — Gratiam —* 620 *Cluā — Sed generum —* ‖ f. 210ʳ. *Nescio — Eunt uterqꝫ — Haud — Est lubido*

III, 2 *Sta ilico — Vt me ire — Lesbonice —* 630 *Facillumum — Neqꝫ meust — Quidfaceres — Quibene — Egone — Ideumfacis — Esmelior — Sint meam — Beneficium — Esse duco — Sentio —* 640 *Nectuis — Nam rēmeri — Itane — Vt uirtute — Atqꝫ honori — Tibi patqꝫ — Adquęrendum —* ‖ f. 210ᵛ. *Culpa — Amorem — Credis —* 650 *Virtutem — Amicis — Agrum — Corrigere — Quos tu — Vel exsignauero — Foedar inmeum — Quibam — Incidi —* 660 *At operam — Perpēi — Et postremo — Tute pone — Inoculto — Equidem — Sciote — Pectus — Ita est — Adqꝫ his —* 670 *Minus — Cum inopiast — Ille quias pellitis — Infamiumst —* ‖ f. 211ʳ. *Sedte — Si-istuc — Tum igitur — Adque erit — Nesciunt — Facile est —* 680 *Sedtu — Meamuis — Mequi — Esse agrumqꝫ — Numquam — Sicut — Soris causa — Quamte — Tam prospicere — Infamis —* 690 *Germanam — Dedisse — Perhibeatur — Etsi-sinedote — Quod obiectent — Abste — Isest — Te animatus — Inter —* 700 *Nequicquam —* ‖ f. 211ᵛ. *Inanis — Factis — Idme — Imp̄bior — Conlutulent & sisine — Mihi aut̄ quod —* 705 *Euge euge — Exsequi — Nolo — Inops — Meam sororem — Quā inmatrimonium —* 706 *Hic agit — Tuam teturis — Aut inconcilium —* 710 *Abcessero — Fabulabimur — Est eloquar — Sine dote — Sinalit — Numquam — Ille quidem — Abiit — Constringam —* 720 *Iubeam — Me futurum —* ‖ f. 212ʳ. *Meruisse se — Aerem — Meo ero — Mihi & pharetram — Placide — Talentum — Feram*

III, 3 *Vtmiharem —* 730 *Quin dos — Nonpotest — Cum eius — Nisiexpectare — Post adeas — Ideuis — Te incremen —* 740 *Tebenignem — Ex ea — Etde traxi — Perlongumst — Omnia istec — Agis adqꝫ —* 749 *Vtres se — Indomito — Hercle — Comederit — Neuipsam rem —* ‖ f. 212ᵛ. *Quo pacto — Dum occasio — Roges —* 760 *Gerra ene tu — Quidem hercle — Vt*

uerum — Siplac& — Conſilium — Iam quantum — Facere poſtea — Modum ignota — 770 *Quid dum poſtea — Veniat — Et ualere — Epiſtolaſ — Alteram illi — Porro — Dicat* — 780 *Prope modo — Aduleſcenti — Scite — Ab aduleſcente — Tibi tu — Quam quam — Epiſtolaſ — At tulerit* — ‖ f. 213ʳ. 790 *Paterni — Rem — Alium — Poteſt — Inhuiuſ modi — Quamuiſ — Iam confeſtim* — 799 *Quid eſt — Nam pol — Quidnunc ſtaſ — Depme — Operito — Exturba — Longo — Opuſ nihil — Illa cauſa* — 810 *Inſpectaſ — Natura — Probare — P&ere huc ſe — Iam conduco — Eumqꝫ huc — Eo ego — Actum*

IV, 1. 820 *Salſi potenti* — ‖ f. 213ᵛ. *Lętuſ — Qm̃ peneſ — Qm̃ ſuiſ — Adqꝫ ego — Nam te — Spurcificũ — Expertuſ — Sum in alio — Nobileſ — Dampnare* — 820 *Tractare — Fiduſ — Diſtraxiſſent — Bonaqꝫ — Quaſi — Imbreſ — Reuere antemnaſ — Apage — Quibꝫ* — 840 *Qui inplateam — Pol quãquam*

IV, 2 *Huic ego — Tribꝫ — Macedonia — Vmquam* — ‖ f. 214ʳ. *Miſere — Epiſtolaſ — Neqꝫ noui — Fungino — Hominiſ — Abduxit — Priuſ — Ampliuſ — Vt ille — Ipſe — Egoſipotero* — 860 *Vt me eſſe — Specto*

Ni illic — Contemplat — Edepol — Obſervare — Mihi ille — Sycophantię — Habeat — Agitandum — 870 *Hiſ foribꝫ — Quid iſtaſ — Rationem — Regionibꝫ* — ‖ f. 214ᵛ. *Callidem — Meum gnatum — Cui ego — Siſ certior — Aut quiſ eſ* — 880 *Rogitaſ — Singillatim — Meafacta — Age dum — Facimuſ — Si ante — Sit noctiſ — Factoſt et — Minuſculum* — 892 *Solide — E·loquere — Pater — Mihi eſt amicuſ — Epiſtolaſ — Occepi — Hanceme — Et item* — 900 *Mihi quoqꝫ — Vbi ipſe erat — Infeleutia — Dedit mihi ipſe* — ‖ f. 215ʳ. *Seſ quipede — Ridicule — Eſt cinomen — Audire — Negotii — Plac&* — 910 *Modo — Huic hodie — Remcommentatuſ eſ — Hominum — Tamquam — Adqꝫ oculiſ — Eſt principium — Noneſt* spat. *callicleinideſ — Non eſt* spat. *calimarchuſ — Floccifacio — Leſbonici* — 920 *Poſſum — Coniecturaſ ire perire — Anchareſ — Iſtic erit — Tepotiuſ — Satin — Ne male — Mihilatitabat — Sed ipſe* — ‖ f. 215ᵛ. *Inſula — Vbiſim* — 930 *Hoc quodte — Mirabileſ — Dicere — Terram — Illa — Nimium — Qui egomet — Neſciat* — 889 *Quid eſt — Hoc cotidianuſt — Siquid* — 939 *Quoinde — Amniſ — Itadico — Incęlum — Vſqꝫ aqua — Iouem — Mande porro* — spat. *o hercle* — spat. *ere oport&* — spat. *mit aut te — Hoſ ergo* — 950 *Quid aiſ — Illum* — ‖ f. 216ʳ. *Noueriſ nehominem — Quid quidem — An ille — Philippeum — Atqꝫ adamicũ — Mihi concreder& — Enimuero — Sihunc* — 960 *Quod ſibi — Neqꝫ oculiſ — Cui-*

ſicapitiſ — Adgrediunduſt — Veltrecentiſ — Atq; etiam — Mille — Mirum — Aduleſcenſ — Dem tibi — Italoquor — 970 *Tibidedi — Sumquam — Poſtulaſ — Nam nihil — Poſtquam — Priuſ — Teitidem —* ‖ f. 216v. *Quiſ ego — Id adme — Cauſa —* 980 *Tumnonceraſ — Aurum — Dediſſe — Annon — Dormitator — Quam obrem — Charmideſ —* spat. *eſ* spat. *iſ enim — Ipſuſ inquam — Ipſiſ ſimuſ —* 990 *Vapulaiſ — At &iam — Aduemſ — Ego obhanc — Sed enim — Ibi idillum — Vt ſciat — Quo dite*

Poſtquam — Tempuſ — 1000 *Pectuſ — Ante —* ‖ f. 217r. *Incorde — Num quem — Niſi qui — Eſt quihuc — Lub&*

IV, 3 *Staſime — Ne ſubito —* 1010 *Adpropera — Caueſiſ — Siabieriſ — Hominem — Eſ oblituſ — Et recurre — Exercitoriſ Nihili — Anuero — Facile — Crimmuſ — Ferriteri —* 1020 *Redipiſci — Curſori — Quidego — Num apponã — Peruſſe — Fugitiuuſt —* ‖ f. 217v. *Vtinam — Maiori —* 1030 *Baſilica — Erit ue&ra — Nam nunc — Ampreio — Fugereq; — Proſlagitio — More ſit — Inpoteſtatem — Liberi ea —* 1040 *Vbimaloſ — Lub& — Sedme&uo — Neq; iſti — Moreſ autem — Hercle iſtiſ — Publice — Vniuerſiſ — Male fidem — Meriti — Hoc qui inmentem —* 1050 *Siquid — Q̃mrepetaſ — Simage — Vel illud —* ‖ f. 218r. *Meuſeſt — Quodderam — Sedego — Idquod — Heuſ tua ſta —* 1060 *Quidſi ego me& — Et mere meliuſt — Dedi — Bene moneſ — Si bonuſ eſ — Id adme — Bonimaliq; — Per mitto — Sieriſ — Hemquiſ —* 1070 *Ipſe homo — Satin ego — Certe iſ eſt — Salue ſtaſime — Aliohoc mihi — Filium — Dime — Quę uolo — Domum —* 1080 *Iam* sp. *quid iam — Ego —* ‖ f. 218v. *Argenti — Occidi — Iſhabitatum — Vbinunc — Credidi — Periculiſ — Per predoneſ — Diſperii —* 1090 *Exercituſ — Viſne — Tum eſſe*

IV, 4 *Quid hoc — Ocallicleſ — Bona — Et ſaluumte — Vt predicaſ —* 1100 *Theſaurũ — Sed intuſ — Hem* sp. *ſtrenue — Face — Que impera uerim — Solutuſt — Actutum —* 1110 *Hac intro — Neq; demutauit —* ‖ f. 219r. *Sedhic unuſ — Obrem laboremeum*

V, 1 *Hic homo eſt — Ante ponenſ — Adſequitur —* 1120 *Modo — Suum enim — Nunc mihi — Filio — Suo mihi*

V, 2 *Neq; fuit — Arbitror — Nam ex ędificauiſ ſi& — Siquid — Nonuideor —* 1130 *Nam bene ficium — Quod datum — Eſt ita — Eum ſororem — Lyſiteli — Familiam — Conloqui — Orditur — Dudum —* ‖ f. 219v. *Nimiſ —* 1140 *Meo datutibi — Nequi eſſ& — Sedquid — Ferrent — Quando — Neu quiſ — Me eſſe — Scite — Bene uolenſ — Quidego —* 1150 *Soluſ — Quiſ hiceſt — Lyſteuſ — Nonegoſum — Hunc priorem*

— Deoſ — Deſponſatam — Immohaudnolo — Mihi sp. *ſpondeo — Nihil moror — Eſt quam —* 1160 *Illud — Te adnocato — Sponden — Spondeo idem hoc —* ‖ f. 220[r]. *Adq; edepol — Quid ego — Si id mea — Sedſine — Cieſ ſiquid — Caput —* 1170 *Cum ille — Me oraſ — Faciam — Miſerumſt — Hoc aperite — Subitoſt — Tamtumultuoſo — Tuuſ atq; — Patrem — Tanudiſti —* 1180 *Salue multum — Euenit — Hęc tibi — Siquam aliam — Miſeria — Nam ſipropeccatiſ — At··iam poſthac — Nunc qdcauſa eſt — Lic& — Plaudite*

* * *

LV Tanta igitur, quantam supra descripsi, cum sit librariorum in signandis personis neglegentia atque inconstantia, si, unde tandem probabilis qualis longo ex tempore fertur diverbiorum distinctio manaverit, quaeris, sciendum est eam laudem maxima ex parte Italis correctoribus deberi, quorum recensionem *F* et *Z* repraesentant. Qui si eo in genere non omnes errores caverunt, sed quaedam posterae aetatis editoribus emendanda reliquerunt, tamen id sunt consecuti ut omnino intellegi nec incommode legi Plautinarum personarum sermones possent.

Praeter ea, de quibus expositum est, duo singularia *B* habet sibique propria. Primum hoc, quod personarum notatio non fit ipsorum nominum binis ternisve litteris initialibus ut in ceteris codicibus usu venit (per alias fabulas etiam in *C*), sed singularibus g r a e c i s. Eius instituti cum modo plura modo pauciora vestigia servarint Poenulus Pseudulus Truculentus Bacchides, tum per ipsam Trinummum graecarum litterarum usus constans est: idque ita, ut et Megaronidis et Philtonis (in II, 2) nota ⲇ sit, Calliclis B, Lesbonici Є, Lysitelis Z, Charmidis Θ, Stasimi K, Sycophantae X. Vbi si mirabere duas personas una esse ⲇ nota signatas 1),

1) [*Earum alteram ex* Δ *potius derivandam esse Teuffelius sensit Annal. phil. t. CV* (*a. 1872*) *p. 485 sq. Cf. Anal. Plaut. p. 12 adn. Ceterum cf. quae de tota hac quaestione post Ritschelium disputarunt Fr. Schmidtius 'Ueber die Zahl der Schauspieler bei Plautus und Terenz und die Vertheilung der Rollen unter dieselben', ed. Erlang. a. 1870; C. Steffenius in Act. soc. phil. Lips. II p. 105—178; Hilmarus Bosse 'Quaest. Terent.' ed. Lips. 1874 p. 18 sqq.; G. H. Schmittius*

id qua ratione regatur quamque vim habeat, paucis nunc significare tantum liceat, accuratiore illud quaestione olim vel, si otium fuerit, propediem probandum. Nisi enim omnia fallunt graecae litterae illae non distinguendis tantum aliquo scribendi compendio personis inserviunt, sed ad actarum agendarumque fabularum consilium atque apparatum spectant: ita quidem, ut quae partes quot et quorum histrionum fuerint, totidem litterarum notis declaretur. Eamque rationem etiam in Bembinum codicem Terentii cadere, in quo personarum notatio graecis litteris facta per omnes fabulas pertinet constantissime, iam tum mihi visus sum intellegere, cum eum librum ante hos XXXIII annos curiose tractavi in
bybliotheca Vaticana. Itaque nisi mea me ratiocinatio fallit, LVI
Trinummus aliqua aetate acta est ab histrionibus septem, idque ita ut Calliclis Lysitelis Lesbonici Charmidis Stasimi Sycophantae partes singuli actores sustinerent, unius autem eiusdemque actoris et Megaronidis et Philtonis partes essent: id quod per argumenti et continuitatem et vicissitudines actuumque ac scaenarum et interstitia et nexus commodissime fieri facile unus quisque pro se experiri poterit. — Cum hoc autem graecarum litterarum usu illud est coniunctissimum, quod in fine fabulae CANTORIS nomen item graeca ω littera notatur: quod quidem adscita Persae subscriptione quae est *pantio* (h. e. *cantio*) satis firmasse videor Proleg. p. XXX.

Alterum, quod esse proprium Veteris codicis *B* significavi, ad integras scaenarum inscriptiones pertinet, in quibus plena perscribi conloquentium personarum nomina solent, addita plerumque singularum condicione ut SENEX, ADVLESCENS et quae sunt similia. His autem praescriptionibus mirum est in *B* saepe nullo intervallo subici C vel C· notam, ad quam nemodum animum advertit. Vides enim hoc factum in capite scaenarum II, 2. III, 1. 2. IV, 1. 3. 4. V, 1. 2: quo accedit eadem nota in uno Decurtato servata sc. IV, 2. Quae

---

'*Festschrift zur XXXVI. Vers. d. Phil.*' *ed. Carolir. a. 1882 p. 24 sqq. Adde Annal. phil. t. CXIX* (*a. 1879*) *p. 43 sqq. et fastidiosius iudicantem Fr. Leonem de Sen. trag. obs.* (*ed. Berol. a. 1878*) *p. 85 sq.: cf. Mus. Rhen. t. XXXVIII* (*a. 1883*) *p. 334.*]

nota, vel ut cum graecis grammaticis loquar παρεπιγραφή, quid sibi velit etsi nequaquam in propatulo est, tamen fors fuat an coniectura reperire possimus. Quodsi de unis scaenis II, 2. IV, 1. V, 1 ageretur, in promptu esset C· illud interpretari CANTICVM: sunt enim ista reapse cantica. Verum eam interpretationem non recipiunt cetera exempla. In quibus unum est, sc. III, 1, hac re singulare, quod ibi actionis certa aliqua pausa fit, quam cantu tibicinis expletam esse fidem facit Pseuduli versus 573: 'tibicen uos interea hic delectauerit.' Quamquam fatendum est, huc si referatur C· nota, exspectari eam in fine potius superioris quam in principio novae scaenae positam. Sed hoc ut largiamur, at in reliquis
LVII exemplis omnibus tam evidens est artissimo actionis vinculo nexarum scaenarum perpetuitas, ut alicui intercapedini musicae nullus locus sit. Sunt autem eae scaenae, si ab una IV, 4 discesseris, iuxta atque III, 1 illa trochaicis septenariis compositae omnes. Quales cum certissimum sit secundum veterum partitionem non ei generi adnumerari quod 'canticis' continetur, sed ei quod 'diverbiis' (prorsus enim diversa octonariorum ratio est), non poteris sane illis praescriptam C· notam interpretari CANTICVM, sed fortasse poteris CANTOR[1]). Hoc sentio: inter diverbia sola actorum voce recitata nec quicquam musicae artis adsciscentia, qualia sunt senariis iambicis scriptarum scaenarum, atque altera ex parte tibiarum modos perpetuantia cantica liberioribus numeris condita, potuisse medium quoddam genus tertium intercedere talium scaenarum iambicis paullo concitatiorum, quarum recitationem quadam tenus tibiae modulatio aliqua comitaretur, rarior illa quidem multoque quam in canticis modestior, sed modulatio tamen, quam sermonibus cantor adderet.[2]) Qua in caussa

1) (Nunc haud scio an paullo rectius hoc sic definire liceat, ut notam illam potius CANTIO interpretemur et per se simplicius et in Persae subscriptionem convenientius.)

2) [*Cf. quae de cantico et diverbio et accuratiora et rectiora mox enucleavit Ritschelius Mus. Rhen. XXVI (a. 1871) p. 599 sqq., XXVII (a. 1872) p. 186 sqq. = Opusc. phil. III p. 1 sqq., quaeque simul similiter disputavit Bergkius Philol. XXXI (a. 1872) p. 229 sqq. = Opusc. phil. I p. 192 sqq. De vero 'deverbii' nomine cf. post Dziatzkonem Ribbeckius de trag. Rom. (ed. Lips. a. 1875) p. 633.*]

illud non est neglegendum, non aliquot tantum, sed septenariis scriptas scaenas Trinummi omnes illam C· notam praecedere. Accedit quod, quem ea locum post praescriptas scaenae cuiusque personas habet, idem in veris canticis alii notationi item ad cantum spectanti tribuitur a Donato in praefatione Adelphon his verbis: 'modulata est autem tibiis dextris . . . . ., saepe tamen mutatis per scaenam modis cantata[1]), quod significat titulus scaenae, habens subiectas personis litteras M·M·C·' (hoc est interprete G. Hermanno Opusculorum I p. 295 'mutantur modi cantici': nisi forte 'mutatis modis cantatur' praeferes, vel 'modos mutat cantor'). Rem conficerent extraque dubitationem ponerent Ciceronis verba quae sunt in Tusculanarum disputationum I, 44, 107: LVIII
'non intellego quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam', si modo sana essent; nam cum ei qui praecedunt versus octonarii potius iambici habendi sint quamvis dissentiente Bentleio, vix dubitandum videtur quin vere *octonarios* Lambinus restituerit pro eo quod est *septenarios*.

Novum est sane quod proposui nec aperto testimonio ullo firmatum, sed id in tali tamen genere, in quo omnino pauca prodita sint memoriae, plurima hodie ignorentur. Nec gravate propositam coniecturam missam faciam, simul atque probabiliorem in medium prolatam videro. Nam unum quiddam, quod adversatur sane, in tanta ceterorum exemplorum congruentia non nimis moror: hoc dico, quod etiam ex iambicis scaenis una est cui C· praescriptum sit, quae est senariis constans actus IV quarta. Atque habet ea sane aliquid concitati in ipso principio nec eam quam ceterae iambicae tranquillitatem servat: ut facile suspicere rarioribus quibusdam exemplis tenuem tibiae accentum illum etiam ad talia diverbia pertinuisse. Nisi quis forte putaverit per errorem librario, quam notam identidem in superiore parte fabulae scripsisset, eandem hoc quoque loco imprudenti excidisse.

Versui 275 quod in *B* subscripta haec sunt in fine LXV

1) Sic enim proditum est in antiquissimo codice Parisino a G. Meynckio et E. Patzigio mea gratia conlato, non quod vulgatur *cantica mutauit*.

scaenae II,1: *lx ſilτo lyſiτeleſ*[1]), in eis quaeri potest numquid forte reconditius lateat, quod non immerito potuerit illis sociari ut tertium, quae et singularia esse et Veteris codicis propria supra disputavi. Quippe non inepte quispiam coniciat non litteras esse *lx* illas, sed numerorum notas, relictas eas e computatione stichometrica ipsius antiquitatis. Nam etsi reapse non sexaginta, sed tantum octo et quinquaginta versibus scaena II, 1 nunc est in *B* perscripta, tamen facile fieri potuit ut per saeculorum decursum aut aliquid versiculorum periret, aut bini alicubi contraherentur in singulos velut illi qui in Veteris folio 192 r. nunc sunt versus 30 sqq. Quamquam fatendum est, hoc qui amplectatur, ei simul duo alia credenda esse suapte natura non sane valde adposita ad persuadendum: primum, iam illa e qua tale artificium stichometricum repetendum sit aetate, qua etiamtum aliquo in flore essent studia grammatica, tam minutatim dissectis commatis locum fuisse qualia ibidem habes v. 34 sqq.; alterum, eadem aetate iam inrepsisse apertissima glossemata illa, quibus v. 38 sqq. onerati sunt. Nisi quod idem tamen nec immemor sum Sophoclii illius οὐδέν ἐστ᾽ ἀπώμοτον, et de hoc potissimum genere sic sentio, ut plurimas easque longe gravissimas veterum scriptorum interpolationes multo antiquioris quam plerumque creditur originis esse existimem. Verum ut in re ancipiti ἐπέχω in praesenti aliisque, quid tandem istae *lx* notae sibi velint, divinandum relinquo.[2])

LVIII Ceterum quod ad ipsam scaenarum inter se distinguendarum discriptionem[3]) attinet, ea res etsi non tam necessitate quam aliqua rationis probabilitate regitur, tamen

1) [*Adnotaverat Ritschelius:* lx puto pro EX h. e. ut videtur SENEX, certe non EXIT.]

2) [*Wagnerus per duos versus quibus ad insequentia transierit Lysiteles numerum LX olim expletum fuisse conicit. Falsa rettulit Spengelius, ut Loewius convicit Cens. p. 526 sq. Similem e Truculento memoriam cum recte adhibuissem, sed parum credibilia commentus essem praef. Trucul. p. XXXV sq., apte Ritschelii sententiam defendit atque fulcivit Dziatzko Annal. phil. t. CXXVII (a. 1883) p. 61 sqq.*]

3) [*De hac re vide nunc accuratius disputantem Spengelium in Actis acad. Bavar. a. 1883 (ed. a. 1884) p. 257 sqq.*]

una certa via insistendum esse intellegitur nec vagandum inconstantius. Itaque eas ego rationes secutus, quas Opusculorum vol. II p. 365 sqq. explicavi, cum novam scaenam contra libros ms. a v. 1176 exorsus sum, quippe ubi nova persona in proscaenium prodeat, tum duobus aliis locis, ubi nova non prodit, sed ex eis quae pridem aderant una restans secum sola loquitur, eandem scaenam continuavi. Eorum locorum altero, qui est v. 998, etsi senarii sunt quos solus in proscaenio restans Charmides trochaicis sermonibus subicit, tamen recte iam Italum correctorem interstitium scae- LIX
narum sustulisse inde perspicitur quod altero loco, v. 392, ubi inter Philtonis orationem et praegressa diverbia prorsus eadem ratio intercedit, eandem scaenam *B*, quamvis ipso adeo *A* dissentiente, reapse continuat.[1]) Cuius libri quanta in hoc genere fides sit, rursum hinc conligi potest, quod earum turbarum, quae et v. 301 et 862 codicum *CD* communes sunt, una cum *A* immunis mansit. Omninoque e metri mutatione non est mutandae scaenae caussa repetenda: ut, si a v. 392 et 998 novas scaenas ordiare, eodem iure etiam Megaronidis v. 199 oratio simili intervallo ab eis quae praecedunt segregetur. Ceterum idem ille Italus corrector, si a v. 392 discesseris, in *CD* peccata rectissimo iudicio correxit omnia: singulari tamen errore novas turbas v. 1115. 1120 invexit. Quem in omnibus princeps editio secuta est, e qua recentiora exemplaria pendent.

Quodsi quis tamen regulae constantiae nescio quo consilio licentiam varietatis praetulerit (videor enim meminisse eius modi aliquid alicubi me legere), vel tam peculiari sensui eo satisfactum esse videbitur, quod singulis in locis aliquid intervalli vacuum reliqui, ubi ille novarum quas probet scaenarum numeros inscribere ipse poterit prorsus arbitratu suo. Id igitur factum vides non tantum ubi mutantur metra ut v. 301. 392. 998, sed etiam ubi continuantur ut v. 199. 591. 717. 1110.

---

1) [*Vide Spengelium l. s. s. p. 276 sq.*]

De via ac ratione emendandi Plauti universa quibus verbis sensum meum ante hos XXII annos aperui Prolegomenon p. LVI sq., ea cum ad ipsam Trinummum etiam propius quam ad ceteras fabulas pertineant, ne nunc quidem supprimenda putavi. Sunt autem haec quae infra scripsi.

LX 'GODOFREDO HERMANNO, quem in primordio libri professus sum secundum BENTLEI divinum ingenium unicum ad instaurandum Plautum ducem esse, quantum et ego debeam et deberi in hoc genere universo ab omnibus sentiam, cum alibi dixi cum admirabundi animi significatione tum enucleatius in epistula illa Mediolanensi declaravi tum singulis paginis Trinummi nostri testatum feci. Qui quod in sua Trinummi editione, quam abhinc dimidium ferme saeculum emisit, multis locum concessit quae nec ab ipso nunc defensum iri videantur nec probari a nobis potuerunt: id ut ita esse intellegeremus, partim ipsius doctrina ac disciplina effecit, partim instrumentorum ad criticam factitandam necessariorum et plenior cognitio et verior existimatio. Hermanniani autem Bentleianique exempli, quo tam diu uti nesciit inertiorum tarditas, vim et virtutem nunc tandem laetamur ita enitescere et in dies magis invalescere, ut iam sperandum sit fore ut multorum coniuncta industria sui similior Plautus evadat: quando nec unius aetatis fuit nec hominis est unius emendare Plautum, qui persanari quidem vereor ut umquam possit. Ex illis me esse unum volo, et eum quidem qui ceteris emendandi instrumenta parem et tamquam fundamenta iaciam, quibus maiora aut limatiora superstruere futura aetas possit. Quodsi a talibus perfici incohatum opus videro, quales in critico genere acerrimi Alfredus Fleckeisenus et Io. Bernardus Lomanus Batavus nuper exstiterunt: quibus cum laude nunc, postquam viam olim probatam dereliquit, C. F. Kampmannus addendus: artis autem Plautinae felicissimus interpres Theodorus Ladewigius: bene actum erit de Plauto. Ceteros non moror: ea est enim huius potissimum generis, quod veterum poetarum latinorum tractatione continetur, ratio et condicio, ut, qui sapere aut nolit aut naturae vitio nequeat, ignorandus sit, procul abdendus, abstinendus.'

Illo autem ex tempore in quam uberem proventum no-

stratium hominum studia Plautina creverint, iam omnium in conspectu est. Qui cum magna ex parte olim tantum incohata felicissimo successu perfecerint nostramque operam perutiliter vel suppleverint vel emendaverint, tamen etiam alia pars exstitit eorum qui spreta artis ac disciplinae severitate in pristinam ignaviam relaberentur 'licentiariorumque', ut Bentlei appellatione utar, nimirum laudem (nec enim desunt plausores) cupidius mehercule quam consultius affectarent atque adeo caeco quodam impetu sectarentur. Contra quos cum generatim dixi in praefatione alterius voluminis Opusculorum, tum speciatim non paucis exemplis per id totum volumen, item in 'Novis excursibus', promiscue disputavi, explicatius autem in 'Vindiciis Plautinis', quarum ad v. [*239 sqq. et*] 385 mentio facta, ita argumentabor ut prosodiacas potissimum atque rhythmicas rationes, de quibus omnium maxime falli multorum opiniones video, dedita opera persequar: quibus quidem meletematis volam nova quae promisi Prolegomena superstructa esse. In utroque autem numero doleo eum mihi nominandum esse, qui nostra memoria cum eruditione tum sagacitate inter Plautinos homines facile primas tenet ipsique potissimum Trinummo plus quam alius quisquam salutis attulit, Theodorum Bergkium. In quo viro mirum est quam singulari temperamento ingenii et usus et abusus emineat: tam ille praeclare inventis subtiliterque disputatis inconsideratissima commenta et artificia prorsus incredibilia leviter miscere solet, velut, ut uno exemplo defungar quod nego eo in genere superari posse, cum huius fabulae versu 819 Plautum potuisse *nugae acent nisi* scribere hariolatur. Eius 'Censuram' quotiens simpliciter commemoro in adnotatione, intellegi volo proecdosis nostrae censuram Diariis antiquitatis studiorum anni 1848 insertam a pagina 1124 ad 1149.[1]) Item Fleckeiseni 'Censuram' eam dico quae exstat in Annalium philol. et paedag. voluminibus LX (a. 1850)

1) [*Repetita est in Opusculis philologicis Bergkianis editis a Rudolfo Peppmueller (Hal. Sax. a. 1884) Vol. I p. 3—29 cum censura recognitionis Fleckeiseni p. 89—106 et 'commentatione de Plauti Trinummo' p. 53—70 ineditisque ad eandem fabulam adversariis p. 615—644.*]

p. 234—263 et LXI (a. 1851) p. 17—66; eiusdem autem LXII 'Epistulam', quam ad me datam praemisit Plauti sui tomo primo in publicum emisso anno 1850.[1])

Praeterea quid sim consilii in singulis secutus ad adornandam huius fabulae editionem, cum maxima ex parte per se pateat, tum breviter professus sum in schedis Teubnerianis ('Mittheilungen') huius anni p. 23 sq. In commemorandis igitur eis, quae a prioribus editoribus, interpretibus, criticis ad expoliendam Trinummum in medium adlata essent, ut paullo liberalius agerem, etiam illud me movit quod praevidi hanc ipsam fabulam crebrius quam alias in scholis academicis tractatum iri, ad fingendas autem excolendasque adulescentium mentes imprimis fructuosa esse dissensionum iudicatio errorumque refutatio solet, unde vel veritas vel ad eam adpropinquans probabilitas emergat. Hac tamen in parte tota adnotationis nostrae ne quid levitati aut inconstantiae tribuatur quod necessitatis fuit, hoc mihi ipse debeo ut de temporibus operae meae paucis significem. Sciendum est enim eam ita absolutam, ut posset si vellem typothetis tradi, iam autumno superioris anni fuisse, sed per insequentem hiemem, quae propter muneris professorii officia tota fuit longe diversis studiis impendenda, in scriniis tamquam pernoctasse. Vnde eam vere hornotino repetitam cum aliquantulum recognoscerem, non debere ea neglegi intellexi, quae per interiectorum mensium intervallum aliorum studiis nova in lucem prodiissent ad emendationem Trinummi spectantia. Talia igitur pridem scriptis tum curiose adieci, sed uncinis [—] inclusa omnia. Quo praeter alia pertinet Bergkii libellus ut bonae frugis consuetique acuminis, ita rarae malignitatis erubescendaeque petulantiae plenus, inscriptus 'Beiträge zur lateinischen Grammatik', quo ille honori famae fidei suae nuper consulendum putavit notabili sane, quamquam non novo morum specimine: idque ne lacessitus quidem, sed ultro. Nec minus diligenter tam honeste quam

1) [*Item Loewii 'Censuram' simpliciter nominavi, qua ille Spengelii editionem castigavit Annal. phil. t. CXI* (*a. 1875*) *p. 525—539. Interdum etiam censuram editionis Ritschelianae alterius adhibui, quam nescio quis inseruit Leutschii Ind. phil. t. III* (*a. 1871*) *p. 310 sqq.*]

ample compositum volumen C. F. W. Muelleri excerpsi, quo LXIII
prosodiam Plautinam omnem est complexus: quamquam non possum non fateri (libere enim dicendum est quod expertus sentio) pauca me in eo repperisse non improbabilia, ut v. 673, omnino probabile unum quiddam v. 1108, sed id Gepperti perspicacitate occupatum. — Rursus autem, dum sub operarum manibus tardatur opus per bellicorum tumultuum atque triumphorum interpellationes militariumque officiorum necessitates, alia non pauca, ut fervent hodie haec studia, 'quasi herba inrigua succrevere uberrume'.[1])

Praeterea audio inter alios Plautinos etiam Trinummi LXIX
aliquot versus tractatos esse in Fuhrmanni dissertatione quadam Gryphiswaldensi quae est 'de particularum comparativarum usu Plautino': quae tamen scriptio in manus meas numquam venit.

Scripsi Lipsiae m. Oct. a. CIↃIↃCCCLXX.

1) [*Sequebantur adnotationis supplementa p. LXIII—LXIX ad versus* 111. 149. 169. 209. 227. 265. [275*: cf. p. LVII sq.*]. 292. 335. 339 sq. 375. 378. 494. 495. 525. 538. 540. 559. 692. 780. 800. 806. 807. 832. 840 sqq. 848. 874. 928. 1166*: quae suis locis adhibuimus.*]

CONSPECTVS METRORVM

a versu 223 ad 300

Praefatione tota iam typis exscripta cum nuntiaret typographus numerum foliorum, qui commodus esset bybliopego, nondum plenum esse, peteretque ut se ne destituerem sed aliquid supplementi mitterem, non abs re esse putavi canticorum illorum, quae sunt ab initio actus II Trinummi, metra proponere singillatim discripta, quamvis ea harum rerum peritis etiam sine tabula non obscura ut opinor. In quibus quae incertiora ceteris visa sunt, feliciore si fieri potest studio olim retractanda praefixo asterisco notavi.

II, 1

223—231 bacchiaci tetrametri acatalecti
232 bacchiacus dimetrus acatalectus
233. 234 iambici septenarii
235 bacchiacus dimetrus catalecticus

*236	trochaicus octonarius (an septenarius?)	
237. 238	trochaici septenarii	
239. 240	bacchiaci tetrametri acatalecti	
241	bacchiacus dimetrus acatalectus	
242	trochaicus septenarius	
243—251	cretici tetrametri catalectici	
252	trochaicus octonarius	
253	trochaicus septenarius	
254. 255	iambici dimetri acatalecti	
256	iambica tripodia catalectica	
*257	trochaicus aut tetrametrus aut dimetrus acatalectus	
*257b	bacchiacus trimetrus acatalectus	
258	creticus tetrametrus catalecticus	
259—262	bacchiaci trimetri acatalecti	
264. 265	trochaici octonarii	
266—271	cretici tetrametri catalectici „ trimetri acatalecti	alterni
272—274	„ tetrametri catalectici	
275	creticus trimetrus catalecticus	

II, 2

276	creticus tetrametrus acatalectus	
*277 278	bacchiaci tetrametri acatalecti	
*279. 280	cretici tetrametri catalectici	
281	creticus tetrametrus acatalectus	
282	iambicus octonarius	
*283. 284	cretici tetrametri catalectici	
285. 286	trochaici septenarii	
287. 288	„ octonarii	
289	trochaicus dimetrus catalecticus	
290	trochaicus octonarius	
291	trochaicus dimetrus acatalectus	
292	trochaicus octonarius	
293—300	cretici tetrametri catalectici „ trimetri catalectici	alterni

T · MACCI · PLAVTI

T R I N V M M V S

(GRAECA · THENSAVRVS · PHILEMONIS
ACTA · LVDIS · MEGALENSIBVS*)

*) *Vide Parerga Plaut. et Terent. p. 339 sq., Prolegomena Plautina p. CCCXX sqq.*

ARGVMENTVM

Thensaúrum clam apstrusum ábiens peregre Chármides
Remque ómnem amico Cállicli mandát suo.
Istóc apsente mále rem perdit fílius.
Nam et aédis uendit: hás mercatur Cállicles.
Virgo índotata sóror istius póscitur.
Minus quó cum inuidia eí det dotem Cállicles,
Mandát qui dicat aúrum ferre se á patre.
Vt uénit ad aedis, húnc deludit Chármides
Senéx, ut rediit: quóius nubunt líberi.

PLAVTI TRINVMMS (*sic*) INCIPIT. ARGVMENTVM · *B*. INCIPIT TRINVMMVS PLAVTI *CD* (*) 1. Thenſaurum *B, sed* n *littera eradi coepta.* Tenſaurum *D.* enſaurum *C.* Theſaurum *FZ* clam *addidit* ℞. *om. libri* apstrusum] p *pro* b *perpetuarimus ante* s *et ante* t: *quamquam libri* (*praeter B*), *nisi ubi contrarium testamur, servare* b *solent* abe enſ (abe enſperegre) *B.* abienſ *ceteri* (*) 2. callidi *F: et sic v. 4. 6* 3. abſentẽ alerem *B.* abſente malerem *C* 4. mercator callideſ *B* 6. quo cum] cocũ *B* dotim *D.* dotum *C* (*) 7. dicat] dat *F* se *Camerarius.* ſeſe *libri* (*) 9. quo iuſ *B.* cuiuſ *ceteri* (*) nubunt liberi *Valla, Saracenus.* nubunt˜ eri *BD.* nubunturire *C.* nubuntur heri *FZ*

PERSONAE

LVXVRIA cum INOPIA PROLOGVS
MEGARONIDES SENEX
CALLICLES SENEX
LYSITELES*) ADVLESCENS
PHILTO SENEX
LESBONICVS ADVLESCENS
STASIMVS SERVOS
CHARMIDES SENEX
SYCOPHANTA
CANTOR

*) *De* LYSITELIS *forma a Spengelio probata cf. Bergkius Opusc. phil. t. I p. 635.*

PROLOGVS

LVXVRIA. INOPIA

LVXVRIA

Sequere hác me, gnata, ut múnus fungarís tuom.

INOPIA

Sequór: sed finem fóre quem dicam néscio.

LVXVRIA

Adést: em illaec sunt aédes: i intro núnciam.
Nunc né quis erret uóstrum, paucis ín uiam
Dedúcam, si quidem óperam dare promíttitis.
(Nunc ígitur primum quaé ego sim, et quae illaéc siet

---

1. *Nonius p. 197, 9:* accusatiuus pro ablatiuo .... Plautus .... Idem Trinummo: 'sequere ... tuum'

PROLOGVS *om. libri* LVXVRIA INOPIA *DFZ. om. A* (*in quo primus paginae versus scriptura vacat*) *BC* 1. LVXVRIA *om. libri* equere *CD* KACME *A: atque ita Bothius.* ac me *Nonius.* me mea *ceteri libri Plautini* *Ceterum* me me agnaт auт *B,* meme agnaтa uт *C* fungaſ *Nonius* тuum *libri cum A: et sic* (*in utroque pronomine*) *constanter, ubicumque non testamur contrarium* (*) 2. INOPIA *FZ. om. BCD cum A* ſed *libri cum A: et sic constanter, nisi ubi contrarium notabitur. Idem valere de* apud illud haud *et similibus volumus* fidẽ forẽ *B* (*) 3. LVXVRIA *FZ. om. BCD cum A* ad eſт (*sic*) *superiori versui continuat B* EM *A.* hem *ceteri* illaec *Fleckeisenus Censurae p. 245.* ıllae *DFZ cum A.* ılle *BC* ı ınтro *FZ cum A.* lıntro *BCD* nuncıam *BD.* nunтıam *C.* nunc ıam *FZ* (*) *Versus* 6. 7 *non videri Plautinae originis esse probabiliter sensit C. Dziatzko 'de prologis Plaut. et Terent.'* (*ed. Bonnae a. 1863*) *p. 25* (*) 6. ıgıтur prımum *B cum A: atque ita Guyetus.* prımum ıgıтur *ceteri* que ego *C* ILLAEC *A.* ılla hec *B.* ılla haec (*vel* hęc) *ceteri* ſıet *F cum A, Pius.* ſcıeт *ceteri* (*)

Huc quae ábiit intro, dícam si animum aduórtitis.)
Primúm mihi Plautus nómen Luxuriae índidit:
Tum illánc mihi esse gnátam uoluit Ínopiam.
Sed éa quid huc intro íerit inpulsú meo,
Accípite et date uocíuas auris dum éloquor.
Adulésccns quidamst, quí in hisce habitat aédibus:
Is rém paternam me ádiutrice pérdidit.
Quoniam eí, qui me aleret, níl uideo esse rélicui,
Dedi eí meam gnatam, quícum una aetatem éxigat.
Sed de árgumento ne éxspectetis fábulae:
Senés, qui huc uenient, í rem uobis áperient.
(Huic graéce nomen ést Thensauro fábulae:

7. Nuc que abiit introducam *C* aduortitiſ *Z cum A.* aduertitiſ *F.* auertitiſ *BCD* *Versus* 8—10 *sic turbatos exhibet A:*
SEDEAKUCQUIDINTROIERITINPULSUMEO
PRIMUMMIKIGNATAMESSEUOLUITINOPIAM
omissis mediis omnibus 8. mihi *B cum A.* mi *ceteri, raro id in codicibus exemplo* 9. illanc mihi esse gnatam *R.* hanc mihi ganatam eſſe *B.* mihi hanc gnatam gnatam eſſe *CD, item om. altero* gnatam *FZ* (*) 10. ea *B cum A. om. ceteri* quid huc *Bothius.* huc quid *libri cum A* intro ierit *vel* introierit *libri* (*et vacuo quidem spatiolo ante* quid intro *C*) inpulſum (*vel* inpulſū) eo *BCD* (*) 11. et date | Edate *C* UOCIUASURES *A.* uaciuaſ auriſ *BCDZ.* uacuaſ aureſ *F* (*) 12. aduleſcenſ *libri cum A prope constanter, praeter F in quo* adoleſcenſ *esse solet* quidam eſt *libri cum A, nisi quod* quid nam eſt *Da* AEDIB· *A* 13. meadi utrice *B.* meadiutricem *C ante rasuram* 14. QUONIAMEIQUI *A:* Qm̄ ei qui *B.* Quoniam *C:* Qm̄ *D.* qui *FZ* AL*ERET *A, ubi tertiam litteram et Studemundus et Loewius putat aut* I *aut* T *fuisse.* alaeret *B* nihil *pro* nil *libri cum A constanter, nisi ubi aliud testamur* uideo esse] UIDE*****E *A: ubi scriptum fuisse* UIDEOSESSE *Studemundus suspicatur* RELLIQUI *A.* reliqui *ceteri: quod etsi sat constat quadrisyllabum esse servata scribendi norma Acciana, tamen perspicuitatis caussa usitatiorem* c *litteram substituere solemus Bentlei exemplo* (*) 15. DEDIEIMEAM *A: atque ita Pareus.* Dedi e meā *B.* dedi meam *ceteri, vacuo spatio praemisso C. Cf. Parerg. p. 526* una aetatem *cum Vollbehrio R.* aetatem *libri cum A* (*) 16. expectetiſ *libri praeter A* 17. uenient, i rem *R Proleg. p.* XCVIII: UENIENTIREM *A.* uenienti irem *B.* uenient hi rem *ceteri, nisi quod* rē *supra versum D* UOUOBIS *A* *Versus* 18—21 *Plauti non esse sentiebat R Parerg. p. 233 sq. Post poetae aetatem additos esse Liebigius 'de prologis Ter. et Plaut'* (*Gorlicii a. 1859 edito programmate*) *p. 39 et Dziatzko l. s. s. p. 25 ratiocinati sunt: quo adde eiusdem commentationem vernacule scriptam* 'über die Plaut. Prologe' (*Lucernae ed.*

Philémo scripsit: Plaútus uortit bárbare:
Nomén Trinummo fécit. nunc hoc uós rogat
Vt líceat possidére hanc nomen fábulam.)
Tantúmst. ualete: adéste cum siléntio.

19. *Donatus in Ter. Eun. prol. 7:* qui bene uertendo] bene pro ualde. et uertendo in linguam latinam transferendo. Plautus 'uertit barbare'. *Quibus quae subiunguntur:* aut uertendo corrumpendo, *ipsius Donati non esse apparet*

a. 1866) p. 2 sqq. (*) 18. GRAECENOMEN *A: atque ita Guyetus.* nomen grece *ceteri, nisi quod* nom̃ *B*, non *C*, graece *Z* thenſauro *cum BCD etiam A.* theſauro *FZ* fabule *CD* (*) 19. uertit *libri cum A et Donato* babare *C* 20. hoc uoſ *BCDFZ.* UOSKOC *A* (*) 21. hanc] hoc *F, 'libri veteres' Lambini* 22. tantum eſt *libri cum A* ad eſt ecũ *B.* ADESSECUM *A* (*)

ACTVS I

MEGARONIDES

Amícum castigáre ob meritam nóxiam
Inmoénest facinus, uérum in aetate útile
Et cónducibile. nám ego amicum hodié meum

23—26. *Cornificius Rhet. ad Herenn. II, 23, 35*: uitiosa ratio est, quae ad expositionem non est accommodata uel propter infirmitatem uel propter uanitatem. infirma ratio est, quae non necessario ostendit ita esse, quem ad modum expositum est. uelut apud Plautum: 'amicum castigare .... et conducibile'. haec expositio est: uideamus quae ratio afferatur: 'nam ego amicum .... noxia' *e. q. s.* — *Cicero de invent. I, 50, 95:* si non ad id quod instituitur accommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in uitio reperietur: si ....; aut si ratio alicuius rei reddetur falsa ....; aut si infirma, ut Plautus: 'amicum .... noxia' 24. *Festi epitome p. 109, 23:* immunis, uacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum 'immune est facinus'. — *Placidi glossae p. 59, 2 D.:* inmoene: improbum, culpandum, uel interdum munere liberatum

Act. I Sc. 1. MEGARONIDES SENEX *B.* MECARONIDES *D.* *om. A* (*cum vacuo spatio unius versus*) *et C* 23. AMICUM *A cum Cornificio et Cicerone.* e amicum *C.* Me amicum (*ortum ex* ME[GARONIDES.] Amicum) *BF, sed ut punctum post* Me *manus sec. addiderit in B.* Nae amicum *DZ* MERITAMNOXIAM *A cum Cornificio et Cicerone.* meritã ñ mala noxiã *B.* merita non mala (*cum vacuo spatio*) noxia *C, sine spatio D.* merita mala noxia *FZ* (*) 24. Immoene est *Bothius, quam formam testatur Placidus: cf. Proleg. p.* XCVI *sq.* Inmene eſt *BCD.* IMMUNEEST *A cum Cicerone, Festo, Cornificii cod. Paris. m. pr.* Immane eſt *FZ cum Cornificii Par. m. sec. librisque ceteris* in&ate *C* 25. HODIEAMICUMMEUM *A.* amicum meum hodie *Cornificii libri plerique* (*)

Concástigabo pró conmerita nóxia:
Inuítus, ni id me inuítet ut faciám fides. 5
Nam hic nímium morbus móres inuasít bonos:
Ita plérique omnis iám sunt intermórtui.
Sed dum ílli aegrotant, ínterim morés mali
Quasi hérba inrigua súccreuere ubérrume: 9
Eorúm licet iam métere messem máxumam 11
Neque quícquam hic uile núnc est nisi morés mali. 10
Nimióque hic pluris paúciorum grátiam
Faciúnt pars hominum quam íd quod prosint plúribus.
Ita uíncunt illud cónducibile grátiae,
Quae in rébus multis ópstant odiossaéque sunt 15
Remorámque faciunt reí priuatae et públicae.

---

37. 38. *Festus p. 277, 2: de* remeligines *et* remorae *vocabulis agens his versibus utitur, quorum tamen in lacera membrana nihil hodie praeter* aeque su *et* publi *syllabas superest*

---

26. congaſtigabo *CF.* non castigabo *Cornificii libri plerique,* castigabo *cod. Tur. m. pr.* conmerita] comm- (*item* inm-) *perpetuavimus pro* comm- (imm-), *etiam ubi in libris aut* comm- *est* (*ut hic in A quoque*) *aut* (*quod singillatim adnotare putidum sit*) cõm-. *Hoc loco* commiſſa *Cornificii codd.* NOXIAE *vel fortasse* NOXIAM *As, aut illud aut* NOXIA *Al* 27. NIIDME *A, Hermannus.* ni me id *libri ceteri* (*) FACIAT *A* 29. PRERIQ· *Asl* (PLERIQ· *Ar*). plerique '*libri veteres*' *Lambini, Scaliger, Dousa.* plerumque (*vel* plerũque) *ceteri* omniſ *BCD.* omneſ *FZ.* KOMINES *A* (*) 30. egrotant *BCD.* AEGROTANTI *A* (*) 31. erba *B* irrigua *FZ* (*non* A) SUCCREUERE *A: atque ita Scaliger, Dousa fil., Reizius.* ſuccreuerunt *libri ceteri* (*nisi quod* ſubcr. *F*) uberreme *B.* uberrime *CF cum A.* uberrime *DZ* (*) 32 sq. *Hos versus Buechelerus invertit Mus. Rhen. XXVII (a. 1872) p. 477* (*) 32. quorum *F* METEREMESSEM (*vel* MESSIM) *A.* metere meſſe *B.* meſſem metere *ceteri* MAXUMAM *As, F.* maximam *ceteri cum Al* (*) 33. NUNCESTUILE *A, non profecto plausibilius* 34. pauciorum] paucique *F* (*) 35. QU AM *ex pergamenae defectu dirimit A: cf. v. 52* quod profint *BCD cum A.* quod profit *FZ* PLURIB· *A* (*) 36. conductibile *BCD* (*non A*) 37. OPSTANT *pro* obstant *solus A* ODIOSSAEQ· *A: de qua scriptura cf. Opusc. phil. II p. 715.* odioſaeque *FZ.* odioſeque *BCD* 38. priuate *BD* publice *BCD*

CALLICLES. MEGARONIDES

CALLICLES

Larém corona nóstrum decorarí uolo:
Vxór, uenerare, ut nóbis haec habitátio
Bona faústa felix fórtunataque éuenat —
Teque út, quam primum póssit, uideam emórtuam.

MEGARONIDES

Hic illést, senecta aetáte qui factúst puer,
Qui admísit in se cúlpam castigábilem.
Adgrédiar hominem.

CALLICLES

Quóia hic uox prope mé sonat?

MEGARONIDES

Tui béneuolentis, sí ita's ut ego té uolo:
Sin áliter es, inimíci atque iratí tibi.

Act. I Sc. 2. CA^{L}LICLES MEGARONIDES *A.* *om. C.* gallıcıeſ megaronıdeſ *extremae scaenae superiori adglutinata B, ut solet.* MECARONIDES CALLIDES SENES II *D et* (*nisi quod* MEG. *et sine* II) *F.* Callıcleſ Megaronıdeſ ſeneſ duo *Z* 39. CALLICLES] Cal. *Z. om. ceteri de constanti fere in scaenarum exordiis more, secundum quem prima loquitur quae in praemissis personarum nominibus primum locum tenet. Nullas autem personarum notas per hanc totam scaenam* (*itaque usque ad v. 276*) *B, per totam fabulam C, praeter v. 49—78 item per totam fabulam usque ad v. 1069 D habent, sed ut in mediis quidem versibus* (*v. ad v. 45*) *vacua spatia cum in B tum in CD relicta sint: quode accuratius expositum est in praefatione* •arem *C* decoralı *B* 40. ᴠᴏʙɪs *A* habeт aтıo *B* 41. frauſтa *C* forтunaq^{TA}' C *ead. m.* euenat *Pareus.* eueniaт *libri cum A* 42. quam] cum *Lambinus* possit *Lambinus, Dousa ms.* poſſim *libri cum A* (*) 43. ılle eſт *libri cum A* Mᴇ. *personae notam om. F* ғᴀᴄᴛᴜsᴛ *A.* facтuſ eſт *ceteri* 44. cu^{l}pam *B ead. m.*

45. Cᴀ. *personae notam vacuo spatio relicto om. B. Eius modi spatia et hic et alibi etiam in CD apparerent, nisi propter neglectam in his libris versuum distinctionem proximae post personarum notas voces saepe* (*ut hoc ipso loco*) *ipsos versus exordirentur, initiis autem versuum personarum notae constanter in marginibus praemitterentur, ubi spatii significatio fieri nulla potuit. Vide praefationem* quoia hic 𝕽. ǫᴜɪᴀʜɪᴄ *A.* cuıa *ceteri* (*) 46. si *om. A* ıтa eſ *libri cum A* ᴛᴇ *A, Bentleius, Hermannus. om. ceteri* 47. eſ *BFZ.* ᴇsᴛ *A ut videtur.* reſ *CD* adq' *C, quam scripturam huius ipsius codicis propriam esse dixit 𝕽 Proleg. p.* xcix

CALLICLES

O amíce, salue.

MEGARONIDES

Et tu édepol salue, Cállicles.

Valén? ualuistin?

CALLICLES

Váleo, et ualui réctius.

MEGARONIDES

Quid túa agit uxor? út ualet?

CALLICLES

Plus quam égo uolo.

MEGARONIDES

Bene hérclest illam tíbi ualere et uíuere.

CALLICLES

Credo hércle te gaudére, si quid míhi malist.

MEGARONIDES

Omníbus amicis, quód mihist, cupio ésse item.

CALLICLES

Eho tú, tua uxor quíd agit?

MEGARONIDES

Inmortális est:

Viuít uicturaque ést.

CALLICLES

Bene hercle núntias,

---

48. *Duos pro hoc uno versus libri cum A exhibent:*
O amıce ſalue aтque aequalıſ. uт ualeſ
Megaronıdeſ? ME. eт тu edepol ſalue, Callıcleſ:
ubi adq' *C* — equalıſ *B*, aequaleſ *Da* — callıdeſ *CDF*. *Quorum media verba e glossemate esse vidit Lomanus Spec. crit. p. 70 sq., Misc. phil. p. 195 sqq.* (*) *Ceterum a v. demum 49 personarum notae in D incipiunt, nec tamen ultra v. 78 pertinent* *Versus* 50 *et* 51 *inter se transponit A* 50. Valenт *B*. UALESNE *A* UALUISTINE *unius litterae* (T *vel* I *uel* E *teste Loewio*) *spatio ante eam vocem interiecto A* (*) 51. TUAAGIT *A*. agıт тúa *ceteri*, *nisi quod* agaт тua *C* (*) 52. ercle eſт *B*. hercle Eſт *ceteri cum A* I LLAM *A* (*cf. v.* 35) UALERE *A*, *Bothius*, *Bentleius*. bene ualereт *B*. bene ualere *ceteri* (*) 53. Crede *B* тe gaudere тe ſı *D* MI *Ar*: ME *As*. *Cf. Proleg. p.* CCXCII malı eſт *libri cum A*, *nisi quod* male eſт *F* 54. mıhı ſт *B*. mıhıſт C. mıſт *D*. mıhı eſт *FZ cum A* item *Bothius*. FIDEM *A*. idem *ceteri* (*) 55. EHOTUTUA *A*. eho тua *BCF*. ..eho тua *cum 2 litterarum ras. D*. eo tua *Z* (*) ımm. *libri cum A* 56. nunтıaſ *C cum A*. nuncıaſ *B*. nunтıaſ *D* (de *supra scr.*). denunтıaſ *F*. de-

Deosque óro ut uitae tuaé superstes súppetat.

MEGARONIDES

Dum quídem hercle tecum núpta sit, sané uelim. 20

CALLICLES

Vin cónmutemus? túam ego ducam et tú meam?

MEGARONIDES

Nempe énim tu, credo, me ínprudentem obrépseris. 23
Habeás ut nanctu's: nóta mala res óptumast. 25
Nam ego núnc si ignotam cápiam, quid agam nésciam. 26

CALLICLES

Ne tu hércle faxo haud néscias quam rem égeris: 24
Faxo haúd tantillum déderis uerborúm mihi. 22

MEGARONIDES

Edepól proinde ut diu uíuitur, bene uíuitur.
Sed hoc ánimum aduorte atque aúfer ridiculária:
Nam ego dédita opera huc ád te uenió.

---

nunciaſ *Z* 57. TUE *C* 58. ME. *addidit Camerarius. om. libri* ſIT *cum spatio BC.* ſIT. ME. *D.* ſIT. CA. *FZ. personae notam sustulit Camerarius* (*) 59. CA.] ME. *FZ* commuTemus *libri cum A Versus* 60—64 *sic transposuit* ℞ (*), *quorum hunc ordinem libri cum A tenent:*

1	Faxo haud tanTillum	64
2	Namque enim Tu credo	60
3	Nė Tu hercle faxo	63
4	Habeaſ uT nacTuſ	61
5	Nam ego nunc ſi ignoTam	62

Vbi v. 1 KAUT *pro* haud *solus A* TANTIILLUM *Asl.* tantullum *Z* (*Ar*) 2. ME. *Acidalius. om. libri* Nempe ℞. Namque *libri* (NAMQ· *A*) tu] TE *A* crebro *F* me inprudentem ℞ *Proleg. p.* LXXXII *sq.* M*INPRUDENTEM (*ubi* ME *et* MI *eadem probabilitate legi posse Loewius adnotavit*) *A.* mihi inprudenti *ceteri* 3. CA. *Acidalius. om. libri* nae *solus F* hecle *C* haud nescias ℞, *erutum ex* KAUT** SCIAS *Ar: pro quo ipsum illud* KAUTNESCIAS *Asl* (*nisi quod* NI *legi posse Loewius dixit*) haud ſciaſ *ceteri* 4. CA. *FZ.* ME. *ceteri* NANCTUS *A.* macTuſ *B.* nacTuſ *ceteri: pro quo* nactu's *Hermannus* opTuma ſiT *BC et aut sic aut* opTumaſT *DZ.* OPTUMAEST *A, F* 5. NESCIA˜ *A* (*) 65. ME. *FZ, Lomanus.* CA. *D, Hermannus* proinde] PROME *A* diu uiuitur, bene *Acidalius.* bene uiuiTur diu *libri cum A* (*) 66. ME. *Hermannus. om. libri* adque *C* 67. UENIO *A.* aduenio *ceteri* (*) CA. *FZ.* ME. *D: eaque personarum permutatio in D pertinet usque ad v.* 79

CALLICLES

Quíd uenis?

MEGARONIDES

Malís te ut uerbis múltis multum obiúrigem.

CALLICLES

Men?

MEGARONIDES

Númquis est hic álius praeter me átque te?

CALLICLES

Nemóst.

MEGARONIDES

Quid tu igitur rógitas, tene obiúrigem?
Nisi tú me mihimet cénses dicturúm male.
Nam si ín te aegrotant ártes antiquaé tuae,
Omníbus amicis mórbum tu incutiés grauem,
Vt té uidere audíreque aegrotí sient.

CALLICLES

Qui in méntem uenit tíbi istaec dicta dícere?

MEGARONIDES

Quia omnís bonos bonásque adcurare áddecet,
Suspítionem et cúlpam ut apse ségregent.

---

68. obiurigem *Ꝛ*. OBIURGITEM *A*, *Camerarius*. obıurgem *ceteri* (*nisi quod in C potius* obuırgem *est*) (*) 69. MENE *A* preτer *BC* me atque te] me adτe *C*. te atque me *Z* 70. NEMOST *A*. nemo eſτ *ceteri* ME. *om. FZ* QUIDTU *A*. quıd *ceteri* ıgıτur? ME. rogıτaſ *FZ: correxit Acidalius* obiurigem *Ꝛ* (*cf. ad v. 68*) *coniciendo erutum ex* OBIUR**EM *Ar: pro quo nunc ipsum* OBIURIGEM *Asl praebuit.* (tene)o bı urgenτẽ *B*. obıurgıτem *ceteri*, *nisi quod* obıu^{r}gıτẽ *D* 71. TUMEMIKIMET *A*. τuτe (*vel* τu τe) mıhı me *ceteri* 72. egroτanτ *BCD* ARTESANTIQUAETUAE *A: atque ita Camerarius.* arτeſ anıı que τuę *B*. arτeſ anııq' τuę *C*. arτeſanıȷ q' τuae *D*. arτeſ annıq' τuı *F*, *et ita 'aliubi legi' dicit Pius.* arτeſ anımı τuı *Z* *Sequuntur in libris tres versus hice:*

Sın ımmuτare uıſ ıngenıum morıbuſ, 72b
Auτ ſı demuτanτ moreſ ıngenıum τuum, 73
Neque eoſ anτıquoſ ſeruaſ, aſτ capτaſ nouoſ 74

Vbi v. 74 SERUOS *A*. *Eorum versuum primum om. A, tertium Ꝛ damnavit Parerg. p. 513 sqq., medium in edit. II in interpolationis societatem adscivit* (*) 75. TUINCULTIES *A*. τu ın cu cıeſ *B*. 76. audıręq' *D* egroτı *BCD* 77. quı *libri praeter Z, in quo* quıd *est* ıſτa ec *CD* (*) 78. omnıſ (*non* omneſ) *libri* ADCURARE (*fort.* ACC.) *Al* (*) 79. *Hinc desinere in D not. pers. cf. ad v. 49*

CALLICLES

Non pótis utrumque fíeri.

MEGARONIDES

Quaproptér?

CALLICLES

Rogas?

Ne admíttam culpam, ego meó sum promus péctori:
Suspítiost in péctore alienó sita.
Nam múnc ego si te súrrupuisse súspicer
Iouí coronam dé capite ex Capitólio,
Qui in cólumine astat súmmo: si id non féceris,
Atque íd tamen mihi lúbeat suspicárier:
Qui tu íd prohibere mé potes ne súspicer?
Sed istúc negoti cúpio scire quíd siet.

MEGARONIDES

Habén tu amicum aut fámiliarem quémpiam,
Quoi péctus sapiat?

CALLICLES

Édepol haud dicám dolo.

Sunt quós scio esse amícos, sunt quos súspicor: 54
Sed tú ex amicis cértis mi es certíssumus. 57

ſuſpitionẽ *C.* ſuſpicionem *ceteri* (*) apſe *B* abſ ſe *Z.* ab ſe *ceteri cum A* 80. potis *Bothius.* poteſt *libri cum A* CA.| *spatium BCD, nullum A* (*) 82. ſuſpicio eſt *libri* (*etiam C*) *cum A* 83. SURRUPUISSE *A*, *Pareus.* ſurripuiſſe *ceteri, nisi quod* ſubr. *F* 84. EX *A.* e *ceteri* 85. Qui *Scaliger, Beckerus de com. Rom. fab.* (*ed. Lips. 1833*) *p. 40.* Quod *libri cum A* COLUMINE *A.* culmine *ceteri* (cul minea ſtat *B*). *Cf. Proleg. p.* LXV aſtat (*non* adſtat) *omnes cum A* fecereſ *B* (*) 86. adque *C* iubeat *C* 87. qui] quid *Z cum Al* 88. iſtud *DZ* NEGOTI *A.* negotii *CD.* negocii *BFZ* CUPIOSCIRE *A.* ſcire cupio *ceteri* QUIDSIET *A.* quidquid (c. supra) ẽ *B ead. m.* quicquid eſt *ceteri* (*) 89. aut| UT *A* 90. Quoi (*sic*) *B.* cui *ceteri cum A* 91. AMICOSESSE *solus A* ſuſpcor (i supra) *B.* ſuſpicos (r supra) *D.* ſuſpicer *F* *Sequuntur in libris, etiam A, hi versus:*

Sunt quorum ingenia atque animoſ non poſſum noſcere, 92
Ad amici partem an ad inimici perueniant. 93

Quorum priore ATQ· *A.* adque *C* — non poſſim *Z:* nequeo *Acidalius, Bentleius in Ter. Ad. III, 1, 10: atque* Q·O *i. e.* QUEO (*sine negatione*) *reapse prodiit ex A* —: *posteriore* peruenant *Pareus.* peruenat *B.* perueniat *CD.* *Vtrumque versum recte damnabat* R *Parerg. p. 521* (*) 94. tua *ante rasuram B* MIKIESCERTIS *pro* certiſ

Siquíd scis me fecísse inscite aut ínprobe,
Si id nón me accusas, túte obiurgandú's.

MEGARONIDES

Scio,
Et si ália huc causa ad te ádueni, aequom póstulas.

CALLICLES

Exspécto siquid dícas.

MEGARONIDES

Primumdum ómnium
Male díctitatur tíbi uolgo in sermónibus.
Turpílucricupidum té uocant ciués tui;
Tum autém sunt alii, quí te uolturiúm uocant:
Hostísne an ciuis cómedis, parui péndere.
Haec quom aúdio in te díci, discruciór miser.

CALLICLES

Est átque non est mi ín manu, Megarónides:
Quin dícant, non est: mérito ut ne dicánt, id est.

MEGARONIDES

Fuitne híc tibi amicus Chármides?

CALLICLES

Est ét fuit.
Id ita ésse ut credas, rém tibi auctorém dabo.

---

105. *Donatus in Ter. Hec. IV, 2, 4:* merito ut caperet odium illam mei] bene dixit merito: nam ut nos immerito quis oderit, non est in nostra manu. haec est exceptio. Plautus in Trinummo: 'quin dicant .... id est'

---

mihi eſ *A pessime* certiſſimuſ *libri cum A* 95. SIQUIT *A* SCEIS *A ut visum est: ubi eiusdem probabilitatis* SCIES *esse Loewius dixit. om. Z* INPROBE (*non* IMPR.) *A* (*) 96. non me *cum Reizio Hermannus.* me non *libri* tute obiurgandus *Bothius.* τυτε ipſe obiurganduſ eſ *libri* es. MEG. scio *Acidalius.* eſ ſcio *libri* (*) 97. ME. eτ *FZ* alia huc *Camerarius.* huc alia *libri* equum *B.* aequum *ceteri* (*) 98. expecτo *libri* ME. *om. Z* 99. uolgo *B.* uulgo *ceteri* 100. Turpi lucricupidũ *B.* Turpilucri cupidum *CDZ* 101. τum *FZ.* τu *ceteri* uulτurium *libri* (*) 102. comedeſ *B* 103. Hec *B* cum *libri* dici, discrucior *R ante plurimos annos, item Kampmannus de* AB *praepos. (ed. Vratisl. a. 1842) p. 19, Fleckeisenus Exerc. Pl. p. 13.* diciſ ex crucior *B.* diciſ excruτior *CD.* dici excrucior *FZ* (*) 104. mihi *libri* 105. *vacuum spatium ante* quin *C(D?)* 106. ME. *FZ. om. ceteri sine spatio* 107. (*)

Nam póstquam hic eius rém confregit fílius
Vidétque ipse ad paupériem prostratum ésse se
Suámque filiam ésse adultam uírginem,
Simul éius matrem, suámpte uxorem, mórtuam:
Quoniam hínc iturust ípsus in Seleúciam,
Mihi cónmendauit uírginem gnatám suam
Et rém suam omnem et illúm corrumptum fílium.
Haec, sí mi inimicus ésset, credo haud créderet.

MEGARONIDES

Quid tu ádulescentem, quem ésse corrumptúm uides,
Qui tuaé mandatus ést fide et fidúciae,
Quin eúm restituis? quín ad frugem cónrigis?
Ei rei óperam dare te fúerat aliquanto aéquius,
Siquí probiorem fácere posses, nón uti
In eándem tute accéderes infámiam
Malúmque ut eius cúm tuo miscerés malo.

CALLICLES

Quid féci?

MEGARONIDES

Quod homo néquam.

CALLICLES

Non istúc meumst.

MEGARONIDES

Emístin de adulescénte hasce aedes? quíd taces?

---

109. pauperiem ℟. paupertatem *libri* prostratum *Bergkius.* proſtractum *B.* protractum *ceteri* (*) eſ ſeſe *B* 111. suampte ℟. ſuamque *libri* (*) 112. Qm̃ *BCD* iturust ipsus *Hermannus.* iturũ ſti pſe *B.* iturum ſtipſe *CD.* ituruſt ipſe *Z.* ituruſ eſt ipſe *F* in Seleuciam *Camerarius.* inſe leutiam *B.* inſe leuticam *vel* in ſeleuticam *ceteri* 114. ſuã *supra versum D* corrumptum ℟ *Proleg. p.* CII. corrũtũ *B.* corruptum *ceteri* 115. Hęc ſi mihi *B.* Hic ſi *ceteri* hauc *B: quod potest sane, ut antę* c, *ad* hau *scripturam spectare* 116. ME. *om. CD* tua *pro* tu *B* adoleſcentem *hoc loco C* corrumptum ℟ *ut v. 114.* corruitũ *BCD.* corruptum *FZ* (*) 117. Quid *ante rasuram B* fide *B.* fidei *ceteri* 118. reſtuiſ *D* conrigiſ *BC.* cõrigiſ *D.* corrigiſ *FZ* 119. aequuſ *C.* equiuſ *Z* (*) 120. posses *cum Reizio Hermannus.* poſſiſ *libri* 123. meum eſt *libri* 124. Hemiſtin *CD* adoleſcente *libri omnes* hasce *Fleckeisenus ut v. 3.* haſ *libri* aedaſ *Ca, unde eadem m. effecit* aedæſ (*sic*). aedeſ, *non* aediſ, *ceteri* (*)

Vbi núnc tute habitas.

CALLICLES

Émi atque argentúm dedi
(Minás quadraginta, ádulescenti ipsi ín manum).

MEGARONIDES

Dedísti argentum?

CALLICLES

Fáctum, neque factí piget.

MEGARONIDES

Edepól fide adulescéntem mandatúm malae.
Dedistíne hoc facto ei gládium, qui se occíderet?
Quid séctiust [aut quid interest] dare te ín manus
Argéntum amanti homini ádulescenti, animi ámpoti,
Qui exaédificaret suam íncohatam ignáuiam?

CALLICLES

Non égo illī argentum rédderem?

MEGARONIDES

Non rédderes,
Neque de íllo quicquam néque emeres neque uénderes,
Nec quí deterior ésset, faceres cópiam.
Incónciliastin' eúm, qui mandatúst tibi?
Ille quí mandauit, ésxturbasti ex aédibus?

136. *Festi epitome p. 107, 10:* inconciliasti: comparasti, commendasti, uel ut antiqui, per dolum decepisti. *Quae sane ad hunc ipsum versum spectare videntur*

125. adq' *C* agentũ (r) dıdı *D* 126. quaragınta *B* adul. *pro* adol. *soli BC* (*) 127. Dedisti *Camerarius.* Dedıſtın *libri, huc inlatum e v. 129* (*) 128. fide *Schneiderus Gramm. lat. I, 1 p. 138.* fıdeı *libri, nisi quod* fıdelı *F* adul. *pro* adol. *soli BC* male *CD* 129. hoc facto *BCD: cf. Lachmannum in Lucr. p. 63 sq.* hoc pacto *FZ* (*) 130. *spatium praecedit in D* sectiust *R.* ſecutuſ eſt *BCD.* ſecuſ eſt *FZ* (*) 131. *aut* homınıſ *aut* homınũ *C ante rasuram* adulefcentı *C.* ad ulefcentıa *B.* adolefcentı *ceteri* ampoti *Loewius Act. soc. phil. Lips. t. V p. 306 sq. (cf. II p. 469).* ã potı ł ımpotı *B ead. m.* ıampotı *C.* ıã potȷ *D.* ıam perdıtı *F.* ımpotı *Z* 132. ınchoatam *libri. Cf. Fleckeisenum Epist. p. x, Brambachium Orthogr. lat. p. 291 sqq.* ıgnauıam *FZ.* ıgnauıum *BC.* ıgnıtuıum *D* 133. reddere *CD* 136. Inconcılıaſtı *F* (*) mandatuſ eſt *F* 137. ılle *CD.* Illı *B.* ıllum *FZ* exturbasti ex *R praef. Stichi p. XXVI.* eum exturbaſtı ex *libri* (*) edıbuſ *D*

Edepól mandatum púlcre et curatúm probe.
Crede huíc tutelam: suám rem melius gésserit.

CALLICLES

Subigís maledictis mé tuis, Megarónides,
Nouó modo adeo ut, quód meae concréditumst
Tacitúrnitati clám, fide et fidúciae,
Ne enúntiarem quoíquam neu facerém palam,
Vt míhi necesse sít iam id tibi concrédere.

MEGARONIDES

Mihi quód credideris, súmes ubi posíueris.

CALLICLES

Circúmspicedum te, néquis adsit árbiter.

MEGARONIDES

Non ést.

CALLICLES

Sed quaeso idéntidem circúmspice.

MEGARONIDES

* * * * * * * *
Auscúlto siquid dícas.

CALLICLES

Si taceás, loquar.
Quoniam hínc est profectúrus peregre Chármides,

---

138. *vacuum spatium ab initio C* pulchere *B.* pulchre *ceteri* 139. tutelam *Scaliger, Gulielmius Quaest. Plaut. in Trin. c. 3, post hunc etiam Bergkius Diar. antiq. stud. a. 1834 p. 1006.* τuτe ıam *vel* τu τe ıam *libri, prorsus ut v. 1058* τuam *F et 'prisca exemplaria' Pii* rem melius *Hermannus.* melıuſ rem *libri* geſſeraτ *ante corr. C* (*) 141. quod meae *FZ.* quomeę *B.* cũ aeę *C.* cũ aee *D* concreditum est *Camerarius.* concredıτum ſim *B.* concredıτuſ Sım *CD.* concredıτum ſıτ *FZ* (*) 142. τaτıτurnıτaτı *C* fıdeı *libri* 143. nee nuncıarẽ *B.* ne enunτıare *F* quo ı quã *B.* cuıquam *ceteri, nisi quod* τıbı cuıquam *D* facẽrẽ *D*

145. *post* Mıhı *erasum est* auτ̃ *in B* poſıuerıſ *B.* poſuerıſ *ceteri* 146. arbitrer *F* (*) 147. ME. Non est. CA. set quaeso *ℜ.* Nobıſ eτ quaeſo *Callicli continuata et cum superiore v. constructa libri* ıdenτıdem *F.* ıdenτı clem *B.* ıτıdenτıdem *CDb.* ıτıdendıdem *Da.* ıτıdem ıdem *Z* *Lacunae notas ℜ post v. 147 posuit, quae velut talem versum absorbuerit:*

Noli uereri: tuta sunt hic omnia

(*) 149. Quoniam hinc est profecturus *Scaliger.* Quonıam (Qñ *B*) hınc eſτ profecτuſ *libri* (*) peregere *Z* charmedeſ *C*

Thensaúrum demonstráuit mihi in hisce aédibus,
Hic ín conclaui quódam. sed circúmspice.

MEGARONIDES

Nemo híc est.

CALLICLES

Nummum Phílippeum ad tria mília.
Id sólus solum pér amicitiam et pér fidem
Flens me ópsecrauit suó ne gnato créderem,
Neu quoíquam unde ad eum id pósset permanáscere.
Nunc si ílle huc saluos réuenit, reddam suóm sibi;
Si quíd eo fuerit, cérte illius fíliae,
Quae míhi mandatast hábeo dotem cúnde dem,
Vt eam ín se dignam cóndicionem cónlocem.

MEGARONIDES

Pro di ínmortales, uérbis paucis quám cito
Aliúm fecisti me: álius ad te uéneram.
Sed ut óccepisti, pérge porro próloqui.

CALLICLES

Quid tíbi ego dicam, qui íllius sapiéntiam
Et meám fidelitátem et celata ómnia
Paene ílle ignauos fúnditus pessúm dedit?

MEGARONIDES

Quidúm?

CALLICLES

Quia, ruri dúm ego sum unos séx dies,

---

166. *Nonius p. 525, 20:* quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quo-

---

150. theſaurum *FZ* demonſtrauit mihi in hiſce *B.* mihi demonſtrauit in hiſce *ceteri* (*) edibuſ *D* 151. condaui *C* circum iſpice *B* 152. Nemo hic est. CA. nummum *Ꞧ.* Nemo est:: nummorum *libri, nisi quod* Nemoſt *B* attria *B* millia *solus B* (*) 153. solum] ſum *F* amiciciam *BCF* per *om. F* 155. neu *Hermannus.* neue *libri* quo iquam *B.* cuiquam *ceteri* undę *C* permanaſcere *Z.* permaneſcere *ceteri* (*) 156. nam ſi *F* reuenit] redierit *F* (*) 157. qui deo *B* certe *Bothius* (*cf. Langenus Symb. p. 26*). certo *libri* 158. mandata est *Camerarius.* mandata ſi *libri* cunde *Ꞧ.* unde *libri* (*) 159. condicionem *pro* condit. *unus B* 160. dii *BF* 161. ad te *FZ.* ate *ceteri* (*) 162. occipiſti *B* 165. poene *B.* pene *CDZ* ignauuſ *libri. De quo genere idem valet quod de* tuos suom *dictum est ad versum 1* ſpeſſũ *B* 166. ruri *Nonius.* rure *libri Plautini*

Me apsénte atque insciénte, inconsultú meo,
Aedís uenalis hásce inscribit lítteris.

MEGARONIDES

Adésuriuit ét inhiauit ácrius.
Lupus ópseruauit, dúm dormitarét canes:
Gregem úniuorsum uóluit totum auórtere.

CALLICLES

Fecísset edepol, ni haéc praesensissét canes.
Sed núnc rogare hoc égo uicissim té uolo:
Quid fúit officium meúm me facere, fác sciam.
Vtrum índicare me eí thensaurum aequóm fuit,
Aduórsum quam eius me ópsecrauissét pater?
An ego álium dominum páterer fieri hisce aédibus?
Qui emísset, eius éssetne ea pecúnia?
Emi égomet potius aédis: argentúm dedi

---

tiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. .... Plautus Trinummo: 'quia ruri .... inscribsit literis'

(*et sic quidem* ru redũ *B*) dum ego sum *Kochius*. dum ego *B*. dum ſum ego *ceteri cum Nonio* (*) unoſ *BCaFZ*. uno *CbD* 167. apſeute *pro* abſ. *B* atq (*sic*) *C*. at *Da* inconsulto me *Nonius* 168. *ante* aedeſ *personae spatium CD* aedis uenalis *Nonius*. aedeſ uenaliſ *B*. aedeſ uenaleſ *ceteri, nisi quod* edeſ *Z* inſcripſit *Nonii codd.* conſcribit *F* literiſ *F* (*) 169. ME. *om. FZ* Adesuriuit et *R*. Adeſuriuit magiſ et *libri* inebrnauit *Ca*. in ebriauit *CbDa*. inebriauit *Db* (*) 170. *ante* lupuſ *vacuum spatium C* adſeruauit *F* dormitaret *Lambinus, Dousa ms.* dormitarent *libri* 171. uniuerſum *libri* Vouit *C* totum *libri praeter* tecum *Z* (*) auortere *B*. auertere *ceteri* 172. CA. *om. FZ* p̃ſenſiſ& *C*. praeſenſiſſent *FZ* caneſ *cum ceteris etiam A* 173. rogare] orare *C* hoc ego *Hermannus*. ego *libri cum A* (*) 174. FAC *A, Hermannus*. face *ceteri* 175. Virum *B*. idicare *C* theſaurum *DFZ* (*non A*) AEQUM *A*. aequum *ceteri*. *In hoc quoque genus idem cadit de quo ad v. 1 et 165 significavimus* 176. Aduerſum *libri cum A* quam *BCD cum A*. quod *FZ* (*) opſecrauiſſet *pro* obſ. *BC*. OBSECRAUISSEPATER (*littera* T *a correctore add.*) *A* 177. hiſce aedibuſ *DFZ, Fleckeisenus ut v. 3. 124*. hiſcedibuſ *B*. hiſ cedib' *C*. KISAEDIBUS *Ar: aut sic aut* KICAEDIBUS *Asl* 178. eiuſneeſſetne *D* (*) 179. Emi *e corr. C,*

Thensaúri causa, ut sáluom amico tráderem.
Neque ádeo hasce emi míhi nec ussuraé meae:
Illí redemi rússum, a me argentúm dedi.
Haec súnt: si recte seú peruorse fácta sunt,
Ego mé fecisse cónfiteor, Megarónides.
Em méa malfacta, em meám iam auaritiám tibi:
Hascíne propter res máledicas famás ferunt?

MEGARONIDES

Παῦcαι: uicisti cástigatorém tuom.
Occlústi linguam: níhil est quod respóndeam.

CALLICLES

Nunc égo te quaeso ut me ópera et consilió iuues,
Conmúnicesque hanc mécum meam prouínciam.

MEGARONIDES

Pollíceor operam.

CALLICLES

Ergo úbi eris paulo póst?

---

cum librarius coepisset Eo *scribere* AEDES *unus A* 180. thefauri *FZ* (*non A*) faluom *B.* faluum *ceteri cum A* 181. KASCEMI *A* nec, *non* neque, *libri cum A hoc loco* (*non ante* adeo) USSURAE *Ar, sed* USSURAE *Asl* (*puncto a correctore supra scripto: illud Fleckeisenus Epist. p. x adn.* ufurae *ceteri* 182. ruffum *BCD* (*et D quidem sic* redemir̄ fum): *de qua forma vide, praeter Proleg. p.* CIV, *Opusc. phil. II p. 544 sqq. 715.* rurfum *FZ cum A* 183 *sq. interpunxit Bergkius Cens. p. 1136 (15)* Hacc *C ut videtur* SI *A.* feu *ceteri* (*) recte *CD* PERUORSAE *Ar, sed* PERUORSAE *Asl* (*puncto a correctore add.*) 184. EGOME *A, Lambinus, Dousa ms.* egomet *ceteri, nisi quod* emet (go *superscr.*) *D* 185. Em *B cum A.* hem *ceteri. Nec aliter paullo post* malfacta ℞ *Opusc. phil. II p. 721.* malefacta *libri, nisi quod* malafacta *C* meam iam auaritiam ℞. MEAMAUARIMEAM *A.* meam auaritiam *ceteri* (*et hac quidem per totum versum syllabarum distinctione* Em m̄e amale facta em me amauari tiã tibi *B*) (*) 186. *personae spatium praecedit in CD* Hascine propter res *post Pareum Hermannus.* KASCEMIKIPROPTERRES *A.* Hafcine me propter ref *ceteri, nisi quod* Nafcine *BaF* maledicas famas ferunt *Salmasius, Hermannus.* maledictaf famaf ferunt *BCDFZ, item Leidensis Gronovii.* MALASFAMASFERUNT *A, aut errore aut ex correctione metrica* (*) 187. Παῦcαι *Studemundus Hermae I p. 305:* ΠΑΥC∗Ι *A.* Paufa *ceteri* infifti *Z* ∴gatorem *B, sed* ∴cafti *B mrg.* 188. occlufti *BC cum A.* occidifti, *sed superscr.* oclufti, *D.* occlufifti *FZ* QUOD *A.* qui *ceteri* 189. te *superscriptum D* quefo *D* mea *F* uiuef *F* 190. COMMUNICESQ· *A* prouintiam *C* (*) 191. policeor *F* CA. *addidit Camerarius: et spatium habet A* (*de quo v. ad v. 196*). *om. ceteri libri* paulo post? ME.

MEGARONIDES

Domi.

CALLICLES

Numquíd uis?

MEGARONIDES

Cures tuám fidem.

CALLICLES

Fit sédulo.

MEGARONIDES

Sed quíd ais?

CALLICLES

Quid uis?

MEGARONIDES

Ýbi nunc adulescéns habet?

CALLICLES

Postículum hoc recépit, quom aedis uéndidit.

MEGARONIDES

Istúc uolebam scíre. i sane núnciam.
Sed quíd ais, quid nunc uírgo? nempe apud tést?

CALLICLES

Itast,

---

194. *Gellius XVII, 6, 7:* ... sicuti nunc quoque in uenditionibus recipi dicuntur, quae excipiuntur neque ueneunt. quo uerbo Plautus quoque in Trinummo usus est in hoc uersu: 'posticulum .... uendidit', id est, cum aedis uendidit, particulam quandam quae post eas aedis erat non uendidit, sed retinuit. — *Nonius p. 54, 10:* recepticium ....: sed uera haec est eius nominis interpretatio, quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie receperit. Plautus Trinummo: 'posticulum .... uendidit'. — *Idem p. 384, 11:* recipere, exceptum facere. Plautus Trinummo: 'ubi nunc adulescens habet? posticulum .... uenderet'

---

domi *idem Camerarius: et hic quoque personae spatium est in A.* paulo poſτ domı *ceteri* (*) 192. cureſ *Z cum A.* cur ē *B.* cur eſτ *C in ras.* cureſτ *D.* cura *F* FIET *A, item F* 193. ME. *om. CD* quı daıſ *B* 194. RECIPIT *A* quam *B.* cum *ceteri cum A* aedıſ (*non* aedeſ) *libri cum A, Gellio, Nonio* UENDẸDIT (?) *A.* uendereτ *Nonius posteriore loco* (*) 195. uolebaτ *B.* uolebaτn *C* ſanȩ *C* nuncıam, *non* nunc ıam, *BD.* nunτıam *C* 196. quid nunc uirgo? nempe *Megaronidi continuant A* (*in quo etsi personarum notae nullae perscriptae sunt, tamen in mediis versibus singularum vel binarum litterarum spatia relicta sunt*) *BCD* (*in quo* nēpe *superscr.*), *Bothius.* CA. quid? ME. nunc uirgo nempe *FZ* APUT *unus A* τe eſτ *libri cum A* ITAST *A.* ıτa eſ *BC.* ıτa ēſ *D.* ıτa eſt *FZ* (*)

Iuxtáque eam curo cúm mea.

Megaronides

Recté facis.

Callicles

Numquíd, priusquam abeo, mé rogaturú's?

Megaronides

Vale.

Nihil ést profecto stúltius neque stólidius,
[Neque méndaciloquom néque adeo argutúm magis,]
Neque cónfidentilóquius neque peiiúrius,
Quam urbáni adsidui cíues quos scurrás uocant.
Atque égomet me adeo cum íllis una ibidém traho:
Qui illórum uerbis fálsis acceptór fui,
Qui omnía se simulant scíre neque quicquám sciunt.
(Quod quísque in animod hábet aut habiturúst, sciunt:
Sciúnt, quid in aurem réx reginae díxerit:
Sciúnt, quod Iuno fábulatast cúm Ioue:)
[Quae néque futura néque sunt, tamen illí sciunt.]

197. *Nonius p. 322, 3:* iuxta est .... rursum similiter .... Plautus Trinummo: 'iuxtaque .... mea'

197. mea] ea *F* 198. Ca. *om. C* NUMQUIT *A:* Numquid *Camerarius.* num *ceteri* priuſ ‖ Quãm *C* rogaτuruſ *libri cum A, praeter* rogıτaτuruſ *Z* (*)
199. stultius] ſτulτıcıuſ *B* STOLIDUS *A* 200. *Versum seclusit* Ꝛ mendaciloquum *Bergkius 'Comment. de Trinummo' (Ind. lect. hib. Marburg. a. 1849) p.* IX *eodemque anno Fritzschius l. s. s. p. 5.* mendacıloquıuſ *libri cum A* ADEO *A. om. ceteri* (*)
201. PEIIURIUS *A, vindicatum a Studemundo p. 588 duce Vsenero Annal. philol. t. 91 (a. 1865) p. 226 sq.* perıurıuſ *ceteri*
202. urb.^{a}nı *B ead. m.* adsidui *pro* ass. *AB* QUOSCURRAS *A*
203. adq' *C* ego ^{meτ}me *D.* ego me me *F* (*) 205. NEQ•QUICQUAM *A:* neque quicquam *F.* nequıcquã *B.* necquıcquam *CD*
206. animod Ꝛ. animo *libri cum A* KABITURUST *A, B m. rec.* (habiturus est *Camerarius*), *Bentleius Sched. de metr. Ter. p.* XVI *ed. Cant.* habıτuruſı *Ba.* habıτaτurı *CD.* habıτurı *FZ* ſunτ *Z. om. F* (*) 207. Sciunt quid *cum Reizio Hermannus.* Scıunτ ıd quod *libri cum A, nisi quod* ſcıunτ garrıre ıd quod *F* regıne *C*
208. Sciunt quod] ITEMSCIUNTIDQUOD *solus A* fabulata ſı *BCD.* fabulaτa ſıτ *Z.* fabulaτa eſτ *F cum A* (*) 209. *Versum seclusit* Ꝛ FUTURANEQ•SUNTTAMEN *A, Bentleius.* fuτura neque facτa sunτ τamen

Falsón' an uero laúdent, culpent quém uelint,
Non flócci faciunt, dúm illud quod lubeát sciant.
Omnís mortalis húnc aiebant Cálliclem
Indígnum ciuitáte ac sese uíuere,
Bonís qui hunc adulescéntem euortissét suis.
Ego de eórum uerbis fámigeratorum ínsciens
Prosílui amicum cástigatum innóxium.
Quod si éxquiratur úsque apstirpe auctóritas,
Vnde quídque auditum dícant: nisi id adpáreat,
Famígeratori rés sit cum damno ét malo:
Hoc íta si fiat, público fiát bono;
Paucí sint faxim quí sciant quod nésciunt,
Occlúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

ceteri (*) 210. falſon an *B cum A.* falſo an *F.* falſo nam *ceteri* 211. IUBEANT *Al, aut hoc aut* LUBEANT *As* (*) 212. Omnıſ mortalıſ *BCDZ, ut v. 29.* omnıſ mortaleſ *F.* OMNESMORTALES *A* callıdem *F* 213. ac sese *Gulielmius Verisim. I, 24.* hac eſſet *BCD.* hac eſſe *FZ.* KAEÇESCIET *A* (*sic Loewius, ubi etiam de* SC *et* ET *litteris dubitarunt Ars*) (*) 214. QUI *etiam As:* (QUE *Ar*) adul. *pro* adol. *AB* EUORTISS** (*h. e.* EUORTISSET) *As:* (EUORTISSE *Ar*). euertıſſet *ceteri* suis] OMNIBUS *A* (*) 215. de eorum uerbıſ *B.* DEORUMUERBIS *A.* de uerbıſ eorum *CDZ.* de uerbıſ ıllorum *F* famıgeneratorum *C* INSCIENS *A.* ınſcıuſ *ceteri. Cf. Proleg. p.* LXIV *sq.* 217. EXEQUIRATUR *A* apſtırpe *B.* ab ſtırpe *ceteri* 218. quidque *Acidalius.* QUIDQUID *A.* quıcquıd *ceteri* appareat *libri cum A* (*) 219. Famigeratori res *Gulielmius Quaest. in Trin. c. 1, Scaliger: atque ita A.* famıgerator ıre *BD.* famıgenerator ıre *C.* famıgerator ne *FZ* dampno *C* 220. bono] bo *C* (*) 221. Pauci sint faxim *Camerarius: atque ita A.* paucıſ ını faxım *BCD.* paucıſſımı faxım *FZ* 222. ſtultıloquentıam lyſıteleſ *BCD*

ACTVS II

LYSITELES

Multás res simítu in meó corde uórso,
Multum ín cogitándo dolórem indipíscor.
(Egomét me coquo ét macero ét defetígo:
Magíster mihi éxercitór animus núnc est.)
Sed hóc non liquét nec satís cogitátumst,
Vtrám potius hárum mihi ártem expetéssam,
Vtram aétati agúndae arbitrér firmiórem:
Amórin me an réi opsequí potius pár sit:
(Vtra ín parte plús sit uolúptatis uítae
Ad aétatem agúndam.)
De hac ré mihi satis haú liquet: nisi hóc sic faciam, opínor,

---

Act. II Sc. 1. LYSITELES *A.* LISITELES ADOL *D.* LYSITEL ADVLESCENTES *C.* Lyſitele**ſ** adoleſcenſ *F.* Lyſiteleſ adol' *Z.* *om. B sine spatio hanc scaenam superiori continuans* *Versuum huius cantici quae sit in codicibus discriptio, ante oculos positum est in praefatione* (*) 223. Multa *B* ſimitu *B cum A: de qua forma praeter Proleg. p.* CXLIII *vide Opusc. phil. II p. 258 sq.* ſimileſ *CD.* ſimul *FZ* CORDEMEO *A* uerſo *F* 224. MULTA *A* INDISPICOR *A.* indiſpiſcor *Da* 225. EGOMETMECOQUO *A, Bentleius.* egomet me coquo quo *BCD.* egomet me concoquo *FZ* (*) defecigo *B.* defectigo *CD* 226. NUNC *A.* hunc *BCD.* hinc *Z.* hic *F* 227. NEQ· *A.* neque *BCD* COGITATUMEST *A, Camerarius.* cogitatum ſi *ceteri* (*) 228. ueram *FZ* 229. Vtrainaetati *B* agunde *D.* AGENDAE *A* arbitreſ *B* 230. Amorin (*vel* amor in) me an rei *BCD cum A.* amori ne an rei *FZ* opſequi *pro* obſ. *B* parſ *D* sit *cum Reizio Hermannus: atque ita A.* ſiet *ceteri* (*) 231. utram in *C* sit uoluptatis *Hermannus: atque ita A.* uoluptati ſit *ceteri* (uoluptatis sit *Angelius*) 232. adetate agunda *B* *Hunc versum e glossemate esse olim iudicabat* ℞ *Proleg. p.* LXIX *seclusitque cum una cum antecedente post Fleckeisenum* (*) 233. HAU *AB.* haud *ceteri* sic *Pius: atque ita A.* ſi *ceteri* (*)

Vt utrámque rem simul éxputem, iudéx sim reusque ad eám rem.
Ita fáciam: ita placét.

Ómnium primum amóris arteis quem ád modum expediant éloquar.
Númquam amor quemquám nisi cupidum póstulat se hominem ín plagas
Cónicere: eos petit, eós sectatur, súbdole ab re cónsulit:
Blandíloquentulúst, harpagó, mendax, cúppes,
Despóliator, látebricolarum hóminum corrúmptor,
Celátum indagátor.

Nám qui amat, quod amát quom extemplo eius sáuiis percúlsus est,

---

239[b]. *De glossa* cuppes: fastidiosus, superbus, cupidus *cf. Loewius Cens. p. 533*

---

234. UTUTRAMQUE *A*. utramque *BCD*. utranque *F* (ut)utramque rem *om. Z* (*) ſim re Vſque *CDF*. ſim reuſ Quę *Z* RE͂ *A*
235. faciam ita] faciam ut *F* (*) 236. ART**S (*hoc est haud dubie* ARTEIS: *nam de* ARTUS *cogitari nequit*) *A*. artiſ *ceteri praeter* arteſ *F* quemadmodum expediant eloquar *Lindemannus*. eloquar quemadmodum expediant *libri, nisi quod* SE *ante* EXPEDIANT *add. A* (*) 237. quenquam *BF* postulat se hominem *R*. hominem poſtulat ſe *libri cum A* (*) 238. conicere *solus F* PETITEOSSECTATUR *A*. cupit eoſ conſectatur *ceteri* subdole *R Proleg. p.* LXIX. ſubdole blanditur *libri cum A e glossemate* ab] ob *B*
239 *sqq. sic scriptos B habet:*

Blandi loquentuluſ harpago mendax
Cuppeſ auaruſ eliganſ deſpoliator
Latebri colarum hominũ corruptor
Blanduſ inopſcelatũ indagator

A quo exemplo in singulis (praeter distinctionem syllabarum) non discrepant ceteri, nisi quod eleganſ *omnes*, DESPOLATOR (*cf. Nonius p. 480, 12*) *et* CORRUMPTOR *A* (*vide ad v. 114. 116*), cęlatũ *CD*, celati *FZ* (CELATUM *etiam A*). *Glossemata esse* auaruſ, eleganſ, blanduſ, inopſ *vidit Hermannus praef. p.* XI (*) 242. NAMQUIAMATQUODAMAT *A*. Nã quã ad quod damat *B*. namq' adquod clamat *C*. nã quã ad quod clamat *DZ*. nec quenquam Adclamat *F* quom *Bothius*. quam *libri cum A* (quã *B*) eius *praeter libros addidit R* SAUIISPERCULSUSEST *A*. ſauiſ ſagittatiſ percuſſuſ eſt *CD et, nisi quod* percuſſuſt *B*. ſuiſ ſagittiſ percuſſuſ eſt *F*. ſeuiſ ſagittiſ p. e. *Z* (*)

Ílico rés foras lábitur, líquitur.
'Dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdes.'
Átque ibi ille cucúlus: 'o océlle mi, fíat:
Ét istuc et si ámplius uís dari, dábitur.'
Íbi pendentém ferit: iam ámplius órat:
[Nón satis id ést mali, ni ámpliust étiam,]
Quód bibit, quód comest, quód facit súmpti.
Nóx datur: dúcitur fámilia tóta:
Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferae, sándaligerulae,
Cántrices, cistéllatrices, núntii renúntii,
Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est,
Inóps amator.

Haéc ego quom cum meo ánimo reputo [et récolo ⏑ ⏑ –],

---

243. *Festi epitome p. 116, 21:* Liquitur: labitur, fluit (*cf. post Fleckeisenum Annal. phil. CXI [a. 1875] p. 539 Loewius ibid. p. 656*) 250. *Nonius p. 81, 19:* comest pro comedit .... Plautus .... Idem Trinummo: 'quod et bibit ..... sumpti.' *Idem p. 184, 26:* sumpti pro sumptus. Plautus Trinummo: 'quod ebibit .... sumpti' 252. *Nonius p. 12, 13:* uestispici appellabantur uestium custodes serui, quod frequenti diligentia uestes inspiciant. Plautus Trinummo: 'nox .... custos' *De glossa* uestiplica: femina quae uestes plicat *cf. Loewius Cens. p. 534*

---

243. Illico *unus B (non A)* Labitur] dabitur *D* loquitur *F* (*) 244. SIMEAUDESSIAM*S *A* audiſ *FZ, Hermannus* 245. Atque ibi ille *R.* ABIILLE *A.* Ibi ille *ceteri* o ocelle *Lindemannus.* occelle *BCD.* OCELLE *A, item FZ* (*) 247. Ibi *Hermannus.* Ibi illa *BDZ.* ibilla *C.* IBIILLAM *A.* ad illam *F* (*) 249. SATIS *A.* ſat *ceteri* IDESTMALI *cum ceteris etiam A* ETIAMAMPLIUS *A.* ampliuſ etiam *ceteri, et C quidem cum uacuo spatio post* etiam *Totum versiculum interpreti Buechelerus tribuit* 250. quod bibit *FZ.* QUODEB*BIT *A.* quo debebit *BCD.* quod et bibit *Nonius priore loco* (ecbibit *Mercerius*), quod ebibit *altero* (*) SUMPTUI *unus A (cf. Opusc. phil. IV p. 169)* 252. Vestiplica *R Proleg. p.* LXIII, *quod ex glossis firmavit Loewius.* UESTISPICA *A.* ueſtiplice *BCD: nec per se* uestiplicae *minus quam* uestiplica *placet.* uestiſpici *Nonius ex eoque F.* ueſtiſpicii *Z* (*) uncto *C* flabellifere *BCZ.* fabellifere *Da* ſcandali gerulę *C.* SANDALIOGERULAE *Al* (I *prorsus obtecta, pro* O *etiam* C *vel* G *legi potest*) 253. nuntii renuntii *F cum A.* nuncii renuntij *D.* nuncii renuncii *BCZ* 254. Raptoriſ *C* 257. KAECEGO ‖ QUUMCUMANIMOMEOREPUTO *A.* Haec ego cum ago

Vbí qui eget, pretí quam sit párui: 257ᵇ
Ápage amor, nón places, níl ego ted útor.
Quamquam íllud dulcést, esse et bíbere,
Amór amari dát satis quod aégrest:
Fugít forum, fugát suos cognátos,
Fugát se ipsus áp suo contútu
[Neque eum sibi amicum uolunt dici].
Mílle modis amor ígnorandust, prócul abdendus átque apstandust.
Nám qui in amorem praécipitauit, péius perit quasi sáxo saliat.
Ápage te sís, amor: tuás res tibi habéto.
Ámor, amicús mihi né fuas:
Súnt tamen, quós miseros mísere maleque hábeas,

---

258. *Donatus in Ter. Eun. IV, 6, 18:* apage sis] Plautus in Trinummo: 'apage amor'. *Cf. v. 266*

---

cum meo animo eт recolo *ceteri, nisi quod* recтilo *B,* eт *om. Z*
147. 'ME. Nemo hic est. CA. quaeso *Bergkius Cens. p. 1135* (*15*). *Fortasse* Noenumst. CA. Sed quaeso *R cum Fleckeiseno. Quamquam potest etiam* Tutumst *glossemate* nobis *expulsum esse.*' Noenust *coni.*

Truc. I, 2, 8. II, 6, 62 Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII (a. 1872) p. 178. At ubi sit, quaeso? Ca. Identidem c. 𝔖. *Ante hunc versum talem excidere potuisse Bergkius putavit Opusc. phil. I p. 619* (arbiter,) Sermonem nostrum qui aucupet. Me. Tutum probest Nobis. Ca. Te quaeso i. c. *Alia supplementa, ex quibus* Noui: sed quaeso *Callicli tribuatur fere cum codicibus, Loewius excogitavit in Act. soc. phil. Lips. t. IV p. 344 sq. 'Fatendum est tamen vel sic post v. 147 quoque desiderari responsum Megaronidis ad similitudinem Mostell. v. 472 sqq.' Sane Brixius gestu voltuque satis Megaronidem respondere putat nihil mutans. Sed neque* Nobis *recte adplicatur (cf. Mil. v. 1137) neque* Si taceas loquar *quadrat, si nil nisi* Ausculto si quid dicas *ille loquitur.*

149. 'Quoniam profectus hinc est *Bothius.* Nam q. h. e. p. *Hermannus.* Q. h. profectust ire *Fleckeisenus.*' Me. Dic. Ca. Quoniam h. e. p. *vel* Me. Taceo. Ca. Quom h. e. p. *Bergkius l. s. s.* profecturus *('ut v. 112, probatum id et Fritzschio p. 4 et Crainio Diar. gymn. Berol. a. 1866 p. 472: cf. de mensura Nov. exc. Pl. I p. 54') quod post* peregre *traiciebat* ℜ *'cum aegre mihi persuadeam duos versus continuos caruisse penthemimeri, hephthemimeri autem proximus non videatur sat commode liberari posse', ipse sensit in praef.[2] p. LXIII se fastidiosius statuisse, 'quando in hac ipsa fabula adeo tres se excipiunt adscita hephthemimeri aequales: 1105—1107.'*

150. 'in hisce demonstrauit mi aedibus *Hermannus.* d. mihi in hisce a. *tuebar Proleg. p. CCXXX. CCLXXXII sq.* mihi in his d. a. *commendabam praef. Stichi p. XXVI (pro quo potui etiam* in his mihi d.)*: idque etiam nunc praeferrem, nisi scrupulum iniceret pro* hisce *substitutum* his *(v. ad. v. 3).' Possis* mihi monstrauit hisce in a. *vel* demonstrauit mi hisce in a. *conl. Vidul. fragm. V, 3 Stud.*

152. 'Nemo hic est. Ca. nummum ℜ *Proleg. p. LXXIX: probatum id Bergkio l. s. s.' At cf. v. 69. Most. v. 474. An:* Nemost. Ca. Est n. p. ad tria milia? *v. Poen. V, 6, 26.* 'nummorum *genetivus nec versu 848 recte defenditur nec Mostellariae v. 357, quem ipsis codicibus ducibus sic corrige* Vél isti, qui hosticás trium nummum caúsa subeunt súb falas *(cf. quae disputavi in Suetonianis Reifferscheidii p. 504 [Opusc. phil. III p. 241])' nec Phormionis v. 38 prorsus aliter comparato quo comparato rem sibi confecisse videtur Engelbrechtus in Stud. Terent. (ed. Vindob. a. 1883) p. 18 sq.* nummum aúreúm Philippum *Langenus suasit Symb. p. 87 artificiosius hoc ex ipsa* nummorum *forma extricans tralaticia: at cum* Philippeum *vitiosam esse formam demonstraverit,* auri *ante* ΑΤΤΡΙ(Α) *intercidisse conicio. Ceterum* tremilia *Spengelius suspicatur conl. Quint. I 5, 15.*

155. id *delebat Brixius cl. v. 153: v. ad 141. De* permanescere *forma cf. Kochius Mus. Rh. XXVI (a. 1871) p. 551 et Loewius Cens. p. 533.*

156. 'rediet *Appulei VI, 19 (p. 109, 7 Eyss.) exemplo coni. Kochius conl. v. 618. 1089. 1178. 1182: quo adde a nobis ad v. 265 adnotata.'* reuenat *Bergkius l. s. s. p. 620.* reuenit *nescio an explicandum sit ad analogiam* uerberit temperit edit duit *formarum. Indicativum praesentis alienis exemplis defendit Fr. Allenus (Remnants of early lat., ed. Bost. a. 1880) p. 83. Cf. tamen I. Rothheimerus de enunt. condit. Plaut. (ed. Gottingae a. 1876) p. 22.*

158. 'ille unde *Hermannus.* ei unde **ℜ** *olim Parerg. p. 526 (sed prius Pareus ed. III)*: olim unde *in proecdosi:* cunde *ad illorum exemplum quae tractavi Mus. Rhen. t. XXV p. 311 (Opusc. phil. III p. 142 sq.).'* ut inde *Spengelius vitiose (cf. Nunt. erud. Gott. a. 1875 p. 1052 et Loewii Cens. p. 533).* Quae m. m. ⟨ab eo⟩, dotem habeo unde d. **𝔖** *cum Bergkio Opusc. phil. I p. 620.*

161. '*Pro* alius *mire Scaliger* atque *vel* quam.'

163. 'dicam? qui *vulgabatur:* dicam, qui (*i. e.* quomodo) *Brixius.' Hoc Bergkio quoque probatum. At cf. Beckerus in Studem. stud. I p. 245* (quin?) *et Cavallinus (Nordisk Tidskr. f. Phil. og Paed. I, a. 1874) p. 274 sqq. 'De* illius *mensura cf. Proleg. p. CCXVI, Opusc. phil. II p. 686, ubi exposita nequaquam labefactari Muelleri de pros. p. 341 sqq. credo.* sapientia Et mea fidelitate celata *Salmasius.' An:* Quid tibi ego dicam? hui! illius sapientiam *e. q. s.?*

166. 'rure *haud dubie e prisca* rurei *scriptura.' Cf. Goerbigius nominum quibus loca signif. usus Plaut., ed. Halberst. (diss. Hal.) a. 1883 p. 6 sq.* 'dum ego sum *ut v. 978 et ubi non? in archetypo qui fons*
SUM
fuit Palatinorum, puta DUM EGO *fuisse.' At recte Asin. v. 220, Mil. v. 1082 opposuit Brixius. Neque ad* dum dego *potius B revocaveris.*

168. inscripsit (*Non.*) *probat Bergkius Opusc. phil. I p. 620.* 'conscribit *cum F quidam libri veteres Lambini, qui alios dicit* proscribit *legere.* scribit *Dousa ms.'*

169 *sq.* '*Hunc versum vitiato sane metro proditum in codicibus, quae res saepe indicio interpolationis est, fuit qui a Plauto abiudicaret. Quo etiamsi ad nexum sententiarum sine detrimento careamus, tamen exquisitius genus dicendi facit ut e simplici potius glossemate, quo* magis esuriuit *adscriberetur explicando* adesuriuit *verbo, numerorum scabritiem repetamus. Cf. Proleg. p. LXIX. CLII. CCXCIII: id quod probavit Fleckeisenus Cens. p. 64 cum plerisque.* Adesuriuit mage, inhiauit *Hermannus. De mensura* (inhiauit) *fallebatur Lachmannus in Lucr. p. 290': qui tamen consentientem habet Vahlenum in Hermae t. XV (a. 1877) p. 259.* Adesuriuit magis et inhians acrius Lupus obseruauit *Bergkius l. s. s. simul* dormitarent *defendens. Cf.* **ℜ** *Opusc. phil. II p. 654 sq.* acrius Lupus: obs. *vulgo distinguebatur idque inter alia commenta vindicavit Fritzschius Anal. Pl. (ed. a. 1878) p. 6 adsentiente Brixio.* acrius. Lupus ops. **ℜ** *itemque Bergkius in ann. phil. CI (a. 1870) p. 824 (383). Distinguas:* acrius, Lupus, obs.: *ab neutro enim membro divelli potest.* obseruauit: dum *disiunxit Hermannus, iungens* canes, gregem. *Denique Kiesslingius v. 169 proximo subiecit, quod mirere et Wagnero placuisse et Vahleno l. s. s.: quasi dormitante demum cane adesuriverit lupus priusque observaverit quam inhiaverit.*

171. 'secum (*cf. Z*) *Valla, Saracenus, Acidalius.'* tuto *Bergkius l. s. s.:* 'totum *defendit Scioppius Susp. lect. V, 13, item L. Spengelius in Seebodii Nov. horr. phil. et paed. III (a. 1828) 4 p. 104, Doederlinus Synon. IV p. 358. Vide ad. v. 1046.* uniuersim *Bothius.'*

173. 'uicissatim (*sine* hoc) *Scaliger, Bothius. Cf. Opusc. phil. II p. 254.'* ego hoc *recte Kellerhoffius de colloc. verb. (ed. Argentor. a. 1881) p. 81.*

176. 'quod *Acidalius et* me eius *transponens Hermannus. Cf. Nov. exc. I p. 43.' V.* 178 eiusne esset *Bergkius l. s. s. p. 621.*

183 *sq.* '*Interpunxi cum Bergkio reiectis quae olim proposueram cum Parerg. p. 515 tum Proleg. p. LXXXV sq. deque ipsa illa interpunctione in contrariam partem sensi praef. Mil. glor. p. XXI. De* si — seu *cf. Proleg. l. s. s. et p. CCCXXIV sq., ubi laudato Bentleio adde Madvigium ad Cic. de fin. I, 6, 20' et Muellerum in progr. gymn. Ioach. ed. Berol. a. 1871. V.* 184 'Quae ego me *Lomanus Spec. p. 73. In* egomet *Kochius suspicatur* ego med *latere ad eorum exemplum quae Nov. exc. I p. 30 sq. composita sunt.' Ceterum hos v.* 183 *sq. nullus equidem dubito, quin pro versuum* 185 *sq. dittographia habendi sint: nam neque post* haec sunt *quadrat* em — tibi *neque* si — facta sunt — fecisse confiteor *recte excipit* em mea malfacta.

185. 'auarimeam (*A*) *fortasse ex* auaritiam iam *natum est. Ceterum dubitari potest, num forte* Em méa iam malefacta, ém meam auaritiam tibi *poeta dederit: quando hiatui quidem vix locus est.* meă *synizesi posse monosyllabum fieri negandum est (cf. Opusc. phil. II p. 508): ut vel propterea nec Hermannus nec Fritzschius verum adsecuti sint, quorum illi* En mĕa tibi málefacta, én m. a. t. *placuit, huic* En tíbi mea málefacta, én m. a. t. *Muellero de pros. p. 685 sq.* meas auaritias *in mentem venit.'* Em mea tibi malefacta, em auaritiam meam *idem Additam. p. 64.* ⟨em⟩ ém meam a. t. *Spengelius. An:* Em méa malfacta, em meam ⟨ómnem⟩ a. t.*?*

186. '*Etiamsi facili negotio cum Fleckeiseno Epist. p. XXIX* Hascin mihi (*vel* Hascine mi) propter res *efficias, tamen non tantum tam elumbes ita numeri prodeunt* Hascín | mi própter rés ‖ malás | famás | ferunt, *quales a Plauto profectos esse aegerrime mihi persuadeam (ut saltem* Hascine propter res míhi malas f. f. *praeferendum fuerit), sed etiam additum* mihi *tam miram locutionem* famas alicui ferre (*differt enim v. 689) procreat, quam vix habeas qui a latinitate defendas. Ceterum me servato* maledicta differunt *Camerarius,* maledictis differunt *Dousa Plaut. explan. IV, 22. Alia Scioppius Susp. lect. V, 13, Gronovius Observ. IV, 3 proposuere, quorum nihil ulli usui est. Pro* ferunt *cum Pareo* serunt *substituit Bothius.' Cf. Persae v. 351 sq.* Hascine mi opter res maledicas famas ferunt! *Bergkius l. s. s. p. 621. Praeter locos a Bergkio allatos in glossario Ambr. B 31 sup.* opter: propter *exstare Loewius indicavit. Exclamationem, non interrogationem (ut vulgo) Bergkius agnovit: vide sis Warrenum in Diar. philol. americ. II (a. 1881) p. 50 sqq.*

190. *Hoc loco versus nonnullos deletos esse Bergkius suspicatur l. s. s. p. 621 sq.* 'Communitesque *Gulielmus Qu. c. 3 miro iudicio: contra quem rectissime iam Gronovius dixit Observ. IV, 3.'*

191 *sq.* 'paulo post? Ca. domi *Iuntina Angelii.* Me. paulo post domi? *Scaliger. Personarum distributionem C. F. Hermannus. (v. praef. Stich. p. XIX) hanc commendabat:* Me. domi. Numquid uis? Ca. cures tuam fidem. Me. fit sedulo. Sed —. *Vulgatum ordinem recte defendit Brixius.'*

194. 'quom uendidit (uenderet)] *de hoc discrimine vide nunc Luebbertum Stud. gramm. II p. 60 sq. subtiliter disputantem.'*

196. 'Ca. Quid nunc? Me. uirgo nempe *Acidalius.'*

198. rogaturus, *non* rogaturu's, *Olsenius l. s. s. p. 23.*

200. 'mendaciloquius *nullo modo defendere Lachmannus in Lucr.*

p. 129 debuit: cf. Proleg. p. CCXXXI. Parum concinne inter veros comparativos interposita ea constructio quae per magis *fit (alia enim ratio est versuum Eunuchi V, 4, 12 sq.) in causa fuit cur olim spreta tam proclivi quam quae Bergkio Fritzschioque placuit mutatione, paulo sane liberius digniorem Plautina elegantia versum hunc effingerem:* Mendáciloquius níl neque adeo argútius. *Nunc non dubito (etiam propter languide iteratum* -loquius) *interpolationi tribuere, qualis non raro ipsis epithetis cumulandis amplificandisque grassata est (velut v. 239 sq.).'* mendaciloquius *cum aperte ex v. 201 illatum sit — etsi Niemeyerus de Pl. fab. rec. dupl. (ed. Berol. a. 1877) p. 26,* oboriuntur *(Stichi v. 165) atque adeo* euenat *eiusdem generis exempla habet! — vix audacius de* mendacidicum *depulso cogites.*

202. 'urbani adsidui ciues] *acute Eussnerus comparauit* homines urbani industrii *in petitionis commentariolo VIII, 29': cf. ad v. 46.*

203. '*Si quod sentio libere dicendum est, videtur mihi Plautus sine pronomine* egomet adeo *scripsisse, similiter (non pariter) atque v. 412.*'

206. '*Cf. Nov. exc. I p. 73. De* habēt *vereor ut recte cogitaverim Proleg. p. CLXXXIV sq., de aliqua transpositione minime vereor ne recte Fritzschius p. 5.* animo aut habet *receptum in proecdosi probavi Muellero de pros. p. 63': item Wagnero.* animo habent aut habituri sciunt *Spengelius.* Id quod quisque in animo habet *ex versu sequenti (cf. v. 208 A) huc trahens* id quod 𝕾.

208. 'Sciunt quid *Bothius (contra v.* 207 Sciunt quod *Guyetus, Bentleius). Cum praemissum in A* ITEM *et insertum* ID, *tum satis ingratus a coniunctivo ad indicativum transitus facile faciunt ut hunc versum additicium esse suspicemur, quode iam Bergkius Cens. p. 1136 (16) cogitabat. Sed videtur progrediendum esse longius: nam etiam v.* 206. 207 *tot a sententiarum nexu et ratione incommodis laborant, ut minime culpandus videatur qui hos versus* 206—209 *universos a Plauto abiudicet, quamquam eos saltem, qui sunt* 206—208, *ex ipsa nisi fallimur antiquitate repetendos.'* Item id quod *vel adeo* Item ut quod *(deleto* Sciunt) *ex aperta A interpolatione Plauto obtrudere (quod vitiosum est) Vahlenus animum induxit idque persuasit Niemeyero l. s. s. p. 22. Praestat vero* Sciunt quom Iuno fabulatast c. I.

209. 'neque futura neque sunt *cum certis de causis ferri non posse Proleg. p. CXIII ostendissem, ipse* sunt neque futura sunt *(sine* tamen) *probabam,* fuerunt neque sunt tamen *Bergkius l. s. s. Liberius Hermannus deletis* Quae *et* sunt: Neque facta neque futura tamen. *Totus autem versus, nisi omnia fallunt, confictus est ad exemplum versus 206. Quem qui defendere volet, cogitare de breviata* tam *forma* tamen *vocis vicaria poterit hoc exemplo:* Quae néque sunt neque futúra sunt, tam illí sciunt. *Nisi quod nec satis fidei in tali quidem constructione ipsa illa* tam *forma habet et totum versum subtilius expensa sententiarum ratio a genuinis segregat.' Non rectius coni. Placido p. 44, 14. 45, 14 cogitares de* futarunt *inferendo pro* futura, *quod ipsum exemplis dissimilibus Niemeyerus defendit l. s. s. p. 18.*

211. lubeant *pluralem coni. Prisc. XI p. 561, 11 H. et Wagnero ad Aul. III, 5, 17 defendit Kochius in Annal. phil. t. CVII (a. 1873) p. 841.*

213. 'hac esse et *Taubmannus* [*itemque Bergkius l. s. s. p. 622*]. hac et se *Acidalius, Hermannus.*'

214. 'omnibus *servato Bergkius de Trin. p. X* (63) Bonisque h. a. euortisse o. *parum id considerate: ut recte oblocutus sit Fleckeisenus Cens. p. 245 sq.* (*cf. Proleg. p. LX. LXVI*)' *neque consideratius Niemeyerus l. s. s. p. 24 coll. v. 446 post Muellerum* Bonis qui húnc — omnibus *amplectitur, dum metricum in altera rec. correctorem exagitat, plane omittens quaerere* omnibus *pro* suis *num sententiae huius loci accommodatum sit.*

216. Prosului *Fleckeisenus Cens. p. 253.*

218. *Nihil profecit M. Pennigsdorfius de* QVISQVE *et* QVISQVIS *pron.* (*ed. Hal. a 1878*) *p. 14.* Vnde quidquid auditum aiant: n. i. a. ℨ: *nam* quidquid *exquisitius est quam quod errori vel interpolationi tribuas, cum contra* aiant *et alliteratione commendetur et similium locorum corruptela* (*cf. Capt. v. 691 al.*). Et unde auditum dicant *vel* Et unde quidquid autument, ni appareat *Bergkius l. s. s. p. 622. Ceterum* AVDITU *et* ADPAREAT *non recte Schwarzmannus ex A testatus est apud Fleckeisenum Epist. p. XIV.* 'dicant et ni id *Meierus Opusc. acad. II p. 323: sed cf. v. 468 sqq.* (83. 85). *Proximo versu* Famigeratoris res *Acidalius.*'

220. '*Totum versum cum Guyeto suspectat Kochius*' *obloquente Bergkio l. s. s., qui* Pauci sint faxim . . . Hoc ita . . . *et* Occlusiorem quo h. st. Hoc ita . . . . *ex duplici recensione derivabat.*

223 *sqq.* '*Elaborarunt in cantico constituendo post Hermannum Bothium meque ipsum Proleg. p. CCXCV sqq. Bergkius cum Censurae p. 1137* (*16 sq.*) *tum accuratius Ind. lect. Marburg. hib. a. 1849* (*p. 54 sqq.*), *Fritzschius Ind. lect. Rostoch. eiusdem anni idemque uberius Ind. lect. Rost. aest. a. 1861, Crainius de compositione canticorum Plautinorum* (*ed. Berol. a. 1865*) *p. 19 sqq., aliqua ex parte etiam O. Seyffertus de bacchiac. versuum usu Pl.* (*ed. Berol. a. 1864*) *identidem, Studemundus de canticis Pl.* (*ed. Hal. a. eodem*) *p. 16. 21 sq. 28 sq. 40 sq. 58 sq., Spengelius T. Macci. Pl.* (*ed. Gotting. a. 1865*) *p. 144 sq. 151. 168 sqq. A quibus sumpsi sicubi quid recte vel probabiliter institutum videretur* (*qualia tamen fatendum est, si a Bergkio, item Fritzschio aliquotiens, discesseris, esse perpauca*)*: nam singula quaeque ab illis proposita, eaque quam maxime inter se dissidentia, enumerare infiniti et laboris et spatii foret nec ut puto ullius utilitatis. Omnino multo mihi modestius, quam plerisque placuit, servanda esse memoria codicum visa est, praeter cetera autem eisdem potissimum ducibus exaequandorum inter se versuum enuntiatorumque concinnitas spectanda, quam mirere ultra modum neglectam esse.*' *Adde Redslobii Symb. crit. ad Pl. fab.* (*ed. Vimariae a. 1879*) *p. 9 sqq., Spengelii librum de reform. cant. Pl. discr.* (*ed. Berol. a. 1882*) *identidem, Bergkii Opusc. phil. I p. 623 sq.*

225 *sq.* 'Ego me et concoquo *Hermannus* (*cf. Parerg. p. 515*)*: idemque v.* 226 exercitorque*: sed. v. Proleg. p. CLXXIV.*'

227 *sq.* 'cogitatum. si ueram *inde a Merula.* cogitatum, utram *inde ab Angelio.* partem *pro* artem *Acidalius.*'

230. 'amorine. me án rei *Hermannus: contra quem dixi Proleg. p. CLV adsentientemque habeo Buechelerum de declin. p. 54. Frustra*

in rei *voculae elisione, quae apud Plautum nihil offensionis habet, haesit Lachmannus in Lucr. p. 161: ut minime opus sit Fritzschii transpositione* Amórin an reí me.' *At* rei *dativum semper monosyllabum esse Seyffertus demonstravit Stud. Pl. p. 25 sq.* (*aut Hermanni scripturam aut* Amórin med an re *exigens*) *neque recte formulam Mil. gl. v. 103 aliter comparatam et* ei *pronomen disyllabum opposuit Brixius.* siet '*notabili exemplo' in BCD traditum ad* seit *et hic et v. 962 revocabat Loewius An. Pl. p. 197: at cf. v. 364 al.*

232. *De versibus secludendis consentit Teuffelius Mus. Rhen. XXX* (*a. 1875*) *p. 473 sq.* '*Item versui* 230 *aptiorem locum esse aut post* 227 *aut post* 231 *sentiebam in proecdosi, atque ante* 229 *eum transposuit Fritzschius. Nunc tamen intellexisse mihi videor duplicem omnino horum versuum recensionem haberi, de quo iam Bergkius suspicabatur: velut ut exemplum ponam* (*neque enim una disponendi via patet*) *alteram hanc:*

Multas res simitu in meo corde uorso,
Multum in cogitando dolorem indipiscor.
Sed hoc non liquet nec satis cogitatumst,
Vtram potius harum mihi artem expetessam,
Vtram aetati agundae arbitrer firmiorem:
Amorin me an rei opsequi potius par sit —;

(*vel inverso ordine* Amorin — Vtram — Vtram); *hanc autem alteram:*

Egomet me coquo et macero et defetigo:
Magister mihi exercitor animus nunc est.
Sed hoc non liquet nec satis cogitatumst,
Amorin me an rei opsequi potius par sit,
Vtra in parte plus sit uoluptatis uitae
Ad aetatem agundam:

quando uitae *et* aetatis *persimilis societas est Amphitr. II, 2 init. Sua sponte intellegitur utriusque partis prima versuum paria inter se permutari posse.*'

233. De hac re mihi ⟨hercle⟩ hau satis liquet *Sigismundus de* HAUD *negat. p. 258. An:* mihi saltim hau liquet? *cf. v. 227.*

234. 'utramque rem *primus addidit Angelius in Iuntina.*' utramque artem *conl. v. 228 Redslobius p. 12.*

235. '*Bergkianam horum versuum discriptionem non potui non reicere Opusc. phil. II p. 593. Nec placere Crainii p. 10 mensura iambica potest* Itá faciam, íta placet, *nec anapaestica Seyfferti p. 8, nec Muelleri ratio non ratio de pros. p. 412' nec Fleckeiseni mutatio* Síc f. síc p., *etsi necessariam habet Braunius observ. gramm. et crit. ad usum* ITA SIC TAM (TAMEN) *partic. Pl. et Ter.* (*ed. Berol. a. 1882*) *p. 14.* Ita fáciam ita placét *bacch. dim. catal. esse voluit* ℜ, *quod refutavit Spengelius l. s. s. p. 261 al. Scr.:* Ita fáciam, ita plácet.

236. '*Certissimum est me iudice novum hinc versum ordiri debere: cf. Proleg. p. CCXCVII. Ne minimam quidem probabilitatis speciem habent quae de proximis versibus Spengelius p. 168 sqq. commentus est. Ambrosiani scripturam interim a me servatam quamquam hac syllabarum dimensione tueare:* éloquár quem ad módu(m) se expédiant,

tamen et durior apocope et inusitatior accentus facile faciunt, ut aut cum Fleckeiseno Epist. p. XV e Palatinorum fide sic pendeas: éloquar quemnam ád modum ĕxpediant, *aut mecum de interpretamento cogites:* éloquár qui sese expediant. *Transponendo numerorum elegantiae olim cum Lindemanno sic consulebam:* quemádmodum expédiant, éloquar*: isque septenarius ne nunc quidem displicet. De prosodia cf. Proleg. p. CXXXIII. CXXXVII. Ceterum* expetant *pro* expediant *Palmerius Spicil. p. 762, item Scaliger: sed vide Brixium.' Lindemannianam scripturam non improbatam Ritschelio reduxi, cum Langenus Symb. p. 1 sq. demonstraverit* se expediant *ferri non posse. Nihil egit Redslobius* amoris *delens, item deinde* subdole.

237 *sq. 'Bergkii discriptionem horum versuum cur improbem, significavi Opusc. phil. II p. 583. Etiam mirabilius Studemundi artificium est p. 40 sq. Ceterum cf. Proleg. p. XXXVIII. C, quamquam ibi proposita non omni ex parte nunc tuear. Fortasse* postulat sese *males eiecto glossemate* hominem.' *Anapaesticos restituit Buechelerus Mus. Rhen. XXVII p. 477:* Numquam ámor quemquam nisi cúpidum hominem Postúlat sese in plagas cónicere Eos cúm petit eos cum séctatur Subdóle ⟨lactat⟩ consúlit ab re. *At* cupit *vix recte ad* cŭp(et)it *revocavit, quod* postulat *vocis interpretamentum potius est (cf. Non. p. 375, 19), neque* blanditur *glossema ad vocem hic depulsam spectat, sed ad proxima. Denique* consectatur *suadente adnominatione pro* eos sectatur *inferendum, non in* cum sectatur *mutandum. Sed v.* 237 *aegre caremus* damni *vocabulo ad* cupidum *addendo (cf. Pseud. v. 1132), quod nescio an in* hominem *abierit. Possis:*

Númquam amor quemquam ín plagas nisi cúpidum damni póstulat
Cónicere: eos petit, cónsectatur, súbdole ab re cónsulit.

239 *sqq. 'Praeeunte Hermanno bacchiacos discripsi. Parum probabilitatis habituri sint trochaici sic continuati:*

Blándiloquentulus, méndax cuppes, déspoliator, hárpago
Látebricolarum hominúm corrumptor, célatum indagátor est*:*

quamquam proceleusmatico quidem quae sit venia parata, significatum est Prol. p. CCXCII. Nulli fere usui fuisse doleo Bergkii, Fritzschii, Studemundi, Spengelii, Crainii inventa et prorsus inter se disparia, et magnam partem plane incredibilia. Quod cur et de his versibus et de reliquis partibus horum canticorum iudicem, certissimae me non caussae tantum, sed rationes movent, quarum tamen explicatio Vindiciis Plautinis reservanda est. Contra Studemundiana artificia quaedam sanissimo iudicio iam Brixius dixit Annal. phil. t. 91 (a. 1865) p. 66 sqq. V. 240 latebricola *potius quam* latebricolarum *non inepte expetebat Bergkius: quo fortasse non deerit qui sic utatur:* Despóliator, látebricola, homónum, corrúmptor.' *Contra sic usus est Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII (a. 1872) p. 177:* Despóliator, látebricola, honéstum corrumptor. *Cogitare possis de* Latebrícola, ∗ hóminum c., *ut locutio extiterit quaedam similis ac* frugi h., *ex. gr.:* usu hominum corrumptor (*ut* res usui *Varro dixit*). *Certius est ex* auarus *glossemate (cf.* harpago) *non rectius* auidus *effecisse Spengelium in editione quam nuper* elegans *incredibili mensura servasse, quod* cuppes *vocis interpretamentum sit (cf. glossam in testim. cum Mil. gl. v. 1235), cum* blandus *et* blanditur *v.* 238 (blan-

ditor?) *ad* blandiloquentulus *spectent. At aliam vocem* auarus elegans *oppressisse tam versus quam sententia demonstrant neque quidquam veri est similius quam genetivum olim extitisse (cf. v. 240. 241) velut:*

Blandíloquentulus, harpágo, mendax,
Cuppés, ditum despóliator.

Denique inops *neque ex glossemate neque ex versu 256 cum probabilitate explicari potest: unde* inpos *effecit Spengelius cassa sententia,* opscelatum *Redslobius finxit. Fortasse latet graeca vox in* -ops, *quo ducunt adiuncta verba [lusi* ἔποψ = ἐπόπτης *(cf.* ἐπόψιος) *vel*

Cynŏps, célatum indagátor],

nisi ipsa vox contraria ops *vel* cops *praestat.*

242. 'nam quum quis clam amat *Saracenus.* nam qui ab eo quod amat *Camerarius. Pro* qui amat *Fritzschius olim* qui emit, *postea* qui habet [*adsentiente Bergkio l. s. s. p. 623*]. *Ambrosiani memoriam simillimo versu Mercatoris 744 vindicari Proleg. p. CCCXIV;* eius *addidi Parerg. p. 527, Proleg. l. s. s. et p. LXXIII, ut prorsus necessarium ad constructionem verborum.* saui sagittis *Hermannus satis per se eleganter. De interpretatione adsentientem habui Fleckeisenum Misc. crit. (ed. Lips. a. 1864) p. 40: quod contra Buecheleri mentem de decl. p. 67 non satis adsequor.' Palatinorum scripturam Bergkius praetulit, ad* sauiis sagittatus est *Kiesslingius revocavit in Ind. schol. Gryphisw. a. 1878 p. 11 [itemque Loewius].* Nám qui amat, quom éxtemplo sauiis íctust *non displicuit Redslobio. Vix dubito quin compositum extiterit vere Plautinum* sauisagitta, tis *autem ex* dis *adiectum sit (cf. Cas. III, 5, 18):*

Nám qui amat, quod amát quom extemplo eius sáuisagitta dísperculsust.

243. '*Ceterum* lĭquitur *pronuntiandum esse, non* lĭquitur, *versus ut sit catalecticus iuxta atque insequentes, Buechelerus monet Annal. phil. t. 99 (a. 1869) p. 488', cui obloquitur Langenus Symb. p. 319 et Bergkius l. s. s. Contra* labitur *interpretamentum esse vocis* liquitur *ex Festo conclusit Fleckeisenus cum Loewio (cf. testim.) consentiente Leidolphio de Festi et Pauli locis Plautinis (diss. Ien. II a. 1883) p. 227. At cf. inter alia Placidus p. 29, 18 D.* conducibile: utile συμφέρον *cum Trin. v. 24 sq. (videsis Redslobium). Ceterum anapaesticos et pessimos et alienissimos Spengelius continuavit usque ad v.* 252.

245. *Creticos catalecticos* 244—251 *discribens cum Hermanno El. d. m. p. 212, item Epit.² p. 77 (cf. Proleg. p. CCXCVIII)* Atque ibi ille *corr.* 𝔅 *Proleg. p. LXXII duce A — in quo quod* AST *extare Vssingius putat ad Capt. v. 677 somnia sunt —: 'nam* At ibi ille, *quod etiam simplicius, aegre defendas.* Ibi tum ille *Hermannus. Nisi forte* cuculus *vocis primam syllabam Plautina aetas produxit, de quo Brixius cogitat. Mira sunt quae de hoc versu Bergkius comminiscitur Philologi t. XIV (a. 1859) p. 186 sq.' At rectissime Bergkius Opusc. phil. I p. 623 sq. cum* atque *praemissum improbavit tum* o ocelle *correctum* (hem ocelle *Hermannus): cf. etiam Spengelius de cant. p. 58 al., etsi ipse mirifice erravit. Non video qui et versui et librorum memoriae nulli per se dubitationi obnoxiae (praeter v.* 249 *insiticium et* amplius *v.* 247 *male*

repetitum) satis faciamus, nisi raro satque lepido exemplo admittamus Plautum amatorem inversum scoliis depinxisse 'cretico contrariis' (nimirum interdum admissa syllaba ancipiti):

Ibi ílle cucúlus: 'océlle mi, fíat:
Et ístuc et si ámplius uís dari dábitur.'
Ibi ílla pendéntem ferít: iam ambit órat:
Quod écbibit quód comest quód facit súmpti.
Nóx datur d. f. t.

247 *sq.* '*Tres olim trochaicos fingebam, quos hodie haud cunctanter reicio:*

Íbi illa pendentém ferit
Iam ámplius orat: nón satis
Íd malist, ni etiam ámpliust —.

In ibi illa *aut pronomen interpretis est* (Íbi pendentém ferit *Hermannus*) *aut fortasse* ibi *vocula.* Iám p. f. *Buechelerus l. s. s.,* Ibi illa *e v. 245 irrepsisse suspicans. Mirum est in* pendentem *et Fritzschium haesisse et Crainium, quorum illi* lambentem *adrisit, huic* dantem. *Vide Opusc. phil. II p. 464.' In damnando v.* 248 *Buechelerum recte* ℞ *secutus est: contra Bergkius l. s. s. p. 624 v.* 247 *sq. dimetros iambicos esse voluit* Iam iám plus orat *corrigens. In* amplius orat (*quod supra secundum Mil. v. 69 a Studemundo cum A emendatum correxi*) *recte etiam Langenus haesit Symb. p. 318, mire tamen sic* orat quod ecbibat *desiderans haec potius suasit:*

Ibi p. f.: non satis id est mali (*vel* est ei?), ‖ Quod ecbibit —.

250. '*Vetus esse vitium apparet: quod mirere patienter tulisse Bentleium in Ter. Eun. V, 8, 57.* quod ĕcbibit *vel* ĕxbibit *suadens Buechelerus p. 487 sq. non persuadet: cui asperitati defendendae in hoc potissimum metri genere noli v. 318 adhibere.' At* ecbibit *certatim vindicarunt Brixius, Redslobius, Bergkius.*

251. 'familia ei tota *Hermannus, quo opus non esse hodie intellectum est: cf. Fleckeisenum Misc. crit. p. 16, Buechelerum de decl. p. 9.* familia adducitur *transponebat Fritzschius.'*

252 — 263. '*V.* 252 uestiplici *Angelius.* uestispicae *Camerarius. Duplicem ex ipsa antiquitate traditam esse scripturam apparet.' Ceterum v.* 252 — 254 (*itemque v. 285 sq.*) *novo metro discripsit Kiesslingius l. s. s., cui recte oblocutus est Brixius.* '*V.* 254 — 256 *iambicos feci* (*praeter tertium versum iam Proleg. p. CCXCVII*), *pro quibus trochaicum septenarium cum bacchiaca clausula Hermannus:*

Pánis et pení raptores: ípse, dum illis cómis est,
Inóps fit amátor.

Duos posteriores in unum contraxit duce Studemundo p. 29 Brixius (*quem v. Annal. phil. t. 91, a. 1865, p. 61*) *cum eoque Fleckeisenus ibid. t. 95* (*a. 1867*) *p. 631, quo metrum illud Reizianum recuperarent* Fit ípse, dum illis cómis est, inóps amator; *sed res eodem redit, si clausulam separaveris, id quod hoc loco suadet concinnitas metrorum. Ab* haec ego (*v.* 257) *dubium non est quin novum initium fiat* (*id quod iam Proleg. l. s. s. declarabam*), *sed id non bacchiacis, verum trochaicis numeris comprehensum, ut v. 236. 242. 264. Ambro-*

sianum si sequare, dimetrum habes (*rectius tamen* meo animo *transpositis*), *qui interpolando creverit in Palatinis. Sed fieri item potest, ut quaedam interciderint ad complendum tetrametrum a poeta adiecta, quorum aliquam particulam Palatini servaverint, nihil A. Neutram igitur viam, ut in re ancipiti, intercludere volui. Alienissimi hinc sunt, si quid sentio, anapaestici numeri': quos tamen constituit Brixius itemque Redslobius et Spengelius. Contra tetrametrum sic explebat Wagnerus:*

Haéc ego quom ago cúm meo animo et recolo et reputo rectius

non recte usus recπlo (*i. e.* reculo) *scriptura in B* — '*nam Fritzschius qua confidentia affirmet* reptilo *potius in B esse ipse viderit'* —. *Vtique servanda erit locutio exquisitissima eademque depravationi facile obnoxia* ago cum animo, *cuius et* reputo (*A*) *et* recolo (*BCD*) *interpretamenta habeo* (*cf. v. 298*). *Scripserim:*

Haéc ego quom ago cúm meo animo, úbi qui eget quam préti sit parui.

'257[b] *et* 259—262 *volui bacchiacos trimetros acatalectos esse, interpositum autem* 258 *prorsus et ad sensum accomodate et convenienter versui 266. Non est tamen dissimulandum parum placere* ubi qui eget preti quam [*sic* ℞ *pro* quam preti] *mensuram: quamquam non sine aliqua licentia velut de tali versiculo cogites:* Vbí quisque egét, quam pretí sit perpárui. *Ceterum Donatum minus probabile est spectare ad v.* 266 *quam ad v.* 258. *Versu* 261 forum *pro pyrrhichio esse puta: quod genus non satis recte Proleg. p. CXLV definiebam. V.* 263 *interpolatori deberi vidit Bothius* (uolunt dici amicum *Hermannus bacchiacos numeros restituens*). *Ceterum* suos, se, suo *in versibus* 261 *sq. ita tantum recte se habebunt, si* amor *credetur paullo audacius pro ipso* amatore *dictus esse. Quod cum olim negandum putarem Proleg. p. CCCXIV sq.*, tuos, te, tuo *substituebam: velut hoc exemplo*

Fugít forum, fugát tuos cognátos,
Fugát ted ipsum áb tuo contútu

(*vel aliquanto gratius* Fugát temet áb t. c.).' *Vix equidem dubito, quin post versum* 260 *aliquid interciderit potius* (*vide infra*). *Iam vero neque* ubi qui eget *neque* amor amari *ferri posse plane hodie intellectum est neque sine caussa alia in Ritschelii discriptionibus cum alii reprehenderunt tum Spengelius. At is ipse* (*de cant. p. 238 sq. alias*) *in anapaestis desaeviens praeter alia* Apagé te amor *dimetitur vitiose* (*ubi* Apage, ámor, te *Brixius contra dicendi usum, varia deinde temptans*), amara *delevit Plautinissimum* (*consentiente Redslobio l. s. s. p. 14*), *versus autem* 261 *sq. sic corrupit:* fugitat suos cognatos Fugant ipsi istum ab suo contutu. *Nequaquam probabiliter Bergkius l. s. s. per* fugitat ipse se *iambicum octonarium concludens* Ac suóm contútum *adiecit aut Ribbeckius in trag. R. fragm.*[2] *p. XXXIV* fugát tuos cognatos, Fugát ipsum sólem ab suó c. *suasit. Exquisitiorem pronominis formam ut saepius correctura oblitteratam esse quasi digito monstrat A* (ipsus semet *Wagnerus, cui* sumpse *praeferam conl. Truc. v. 159*). *Praeterea* atque amare *ante* amor amara *supplendum non modo versus caussa, sed flagitante ni fallor sententia* (*ubi* amari *pro* amara *non exiget qui* satis *cum* aegre sit *coniungat*). *Denique verba* neque — dici *emendari quam deleri*

malim [apte Truc. v 574 (meretrix erum) priuauit bonis luce honore atque a m i c i s *comparavit Redslobius*] *velut hoc exemplo* (258—260 *dim. troch. catal.,* 261 *sq. dim. iamb. acatal.):*

Apage te, amor, nón places: níl te utor. quamquam íllud est
Dúlce, esse et bibere ⟨átque amare⟩, ámor amara dát tamen,
Sátis quod aegre sít tibi.
⟨Satin quí amat odiost ómnibus?⟩
Fugít forum, fugát suos
Cognátos, fugat sumpse áb suo
Contútu, neque eum síbi uolunt ‖ amícum dicì

(*cf. v. 284=255 sq.*), *vel* ⟨Amíci⟩ amicum díci.

264. '*Dubito num* abdendust, apstinendus *praestet, quod Proleg. p. CX conl. CCXC sq. commendabam. Pro* adhibendus *Acidalio* abhibendus *placebat,* abigendus *non sine specie probabilitatis Bergkio,* habendus *cum aliis Fritzschio; pro verbo extremo* abdendus *illud meum vel fortasse* absdendus *Bergkio.*' Procul (*pro* atque) abstandumst *Ribbeckius l. s. s.* abstandus *Loewius Cens. p. 534 ex glossis firmavit.*

265. 'de saxo *pro* saxo *Hermannus, non profecto sine ratione. Vt non sane inepte de tali versu cogites:* Nám qui in eum praecípitat, peius périet quasi de saxo saliat, *si modo* periet *forma — de qua cf. Lachmannum in Lucr. p. 207, Neuium (Formenl. d. lat. Spr.) II p. 343 sq. — tribui posse Plauto videbitur* [*v. ad v. 156*]*; aut fortasse, si* peius *potius additicium habeas cum Bergkio, de tali:* Nam qui in amorem praecipitauit, periet quasi de saxo saliat. *Perfecto* periit [*sic Bergkius servato* quam si saxo] *vix locus est. Nec de his, nec de eis quae praecedunt inde a v.* 260, *disputans Muellerus de pros. p. 43. 113. 405 mihi quidem ullo modo satis facit. Fleckeisenus hunc versum iuxta atque eum qui praecedit pro anapaestico habet Annal. phil. t. 101 (a. 1870) p. 617:* Nam qui ín amorem praecípitauit peiús perit quasi saxó saliạt*: me quidem non assentiente.*' peius — quasi *coniungi non posse probans comparativum alliteratione commendatum cum aliis delebat simulque* quasi de *mutabat Fuhrmannus de partic. compar. usu Plaut. I (ed. Gryphisw. a. 1869) p. 41 sq. De* saxo *ablativo cf. Buechelerus in Vmbricis (ed. Bonnae a. 1883) p. 44. Scribam:* Nam qui ín amorem praecípitat peius périt quam si saxó saliat.

266—275. '*Hos versus quippe lacunis potissimum ut videbatur laborantes, olim continuavi creticos tetrametros catalecticos tales:*

Apage te sís, amor: tuás res tibi habéto.
Amor amicús mihi né fuas úmquam: 267
Súnt tamen, quós miseros *misere* maleque hábeas,
Quós tibi obnóxios *fácile* fecísti.
Certa res ést ad frugem ádplicare ánimum: 270
Quámquam ibi grándis animó labos cápitur.
Bóni sibi haec éxpetunt, rém, fidem *et* honórem,
Glóriam et grátiam: hóc probis prétiumst.
Eó mihi mágis lubet cúm probis *úna*
Pótius quam cum ínprobis uíuere uanídicis: 275

de quibus supplementis cf. Proleg. p. CCXCIX sq. Placuitque plerisque ea dispositio, nisi quod in singulis quibusdam sic discesserunt: v. 268

[*ubi* misere et male *pro* miseros maleque *Hermannus scripserat*] nimis misere *pro* miseros misere *Fritzschius olim* (*postea filii suasu a fide librorum discedens licentius*)*;* nimis miseros *eodem duce Brixius;* misere miseros *Crainius, ut praestantius scilicet nostra conlocatione verborum; — v.* 269 ante *pro* facile *Fritzschius,* nocte *Crainius, quem miror non ipsum* coitu *substituisse; — v.* 274 ueris *pro* una *cum Gepperto Brixius parum commode; — nihil enim profecit Spengelius de vers. creticorum usu Plautino* (*ed. Berol. a. 1861*) *p. 30. Nunc tamen Ambrosiano potissimum duce intellexisse videor magis etiam immissis glossematis hos versus depravatos esse: ut alternis tetrametris atque trimetris, catalecticis illis, his acatalectis, decurrant v.* 266—271*, deinde autem tres tetrametros item catalecticos* 272—274 *excipiat trimetrus catalecticus. V.* 266 *creticus esse debet, ut v. 258 minime bacchiacus velut talis:* Apáge ted (*vel* Apáge sis) amór tibi tuas res habéto. *Facile licebat acatalectum efficere* Ápage te sís, amor, tuás tibi rés habe*; — v.* 272 fidém honorem (fidem et *in procedosi*) *excusabam Proleg. p. CCII itemque hiatum post* gratiam *v.* 273 (gratiam: nam *Hermannus*) *ibid. p. CLXXXVII. Ceterum versum* 274 *cum proximo quamquam licuit sic constituere:*

Eó mihi mágis lubet cúm probis
Pótius quam cum ínprobis uíuere uanídicis,

tamen cum ita quattuor versuum ultimorum haec species existat: *a a b a, non potui non insignem concinnitatem sic ordinatorum versuum* 266—275 *praeferre: a b, a b, a b, a b, a a a c. Nisi forte ex interpolatione est* potius, *quo deleto hic ordo prodit vix minus probabilis: a b, a b, a b, a a b c.*' *Ritschelii creticos ex parte ferri non posse Spengelius demonstravit de cant. p. 55 sqq. 71 sq. passim: quare anapaesticos constituit, qui ut v.* 274 *sq. apti sunt, ita a v.* 266—273 *abhorrerent, etiamsi minus foedos effecisset. Quare cum v.* 271. 272 *iam Studemundus agnovisset de cant. p. 22 dimetrum creticum cum ditrochaeo vel dispondeo — quod genus sine iustis caussis de medio tollere Spengelius instituit —, cumque nullo negotio v.* 266. 267 *eodem metro decurrant, non dubito v.* 268 *aperte corruptum sic corrigere idemque mutationibus lenissimis v.* 269. 270. 273 *efficere. Ceterum v.* 266 *cum et* Apage sis, amor *et* Apage te, amor (*A*) *versui satisfaciant, illud praefero, quia* te *facile ex v. 258 inferri potuit neque neglegendum est Donatum ad* Apage sis *Terentianum ad Trinummum provocasse* (*de quo aliter ad illum v. sensit Ritschelius*)*:*

Apage sis, ámor tuas rés tibi habeto.
Amor amicús mihi né fuăs úmquam.
Súnt tamen quós misellós male habeas
Quós tibi obnoxiosós fecisti.
Cérta rest ádplicare ád frugem animum:
Quámquam ibi animó labos grándis capitur.
Bóni sibi haec éxpetunt: rém, fidem honorem,
Glóriam et grátiam: hoc próbis est pretium.
Eo míhi magis lubet cum próbis potius
Quam cum ínprobis uiuere uánidicis.

V. 268 male *pro* maleque *iam Lindemannus scripsit. Cogitavi etiam de:* quós morosé (?) maleque h. *Ceterum v.* 269 *pro spurio habet Redslobius l.s.s.*

276 *sqq.* '*Horum versuum gravius corruptorum quam qui sunt in superiore scaena, cum aliquotiens satis incerta sit dubitationumque plena emendatio, satius duxi librorum potissimum memoriam servare quamvis per se dissimilem veri. Nec* Quo íllic homo forás *nec* Quó illic homo fóras *metiendum videtur cum aliis.* Qui *pro* quo *Scaliger.* sé foras pénetrat *tam eleganter tamque simpliciter Hermannus, ut de veritate vix dubitem: quamquam in praesens tollere nolui quae aliquam a prosodia Plautina non nimis licenter tractata veniam habere possent. De trisyllabo tamen* penetrauit *non esse cogitandum, cum Lachmanno in Lucr. p. 290 iam Proleg. p. CLII dixeram significavique in simili caussa supra ad v. 169 fecitque mecum Fleckeisenus Cens. p. 64. Bergkianam mensuram* penētrauit *et* latēbrose, *reiectam a me praef. Stichi p. XX, satis ut puto refutavi Opusc. phil. II p. 585 sqq. Trimetrus iambicus cui in mentem venerit commemoravi ad v. 280. V.* 277 *transposui* ero in mora tibi *ultima in continuitate numerorum soluta: nisi forte* tibi *deleto catalecticum probabis.* tibi ero in remora *Crainius p. 34.* erit mora in me *Fritzschius olim* (*qui postea* imperá sis, nec tíbi erit mora ín me). *Contra anapaesticos numeros Studemundi p. 81 sq. rectissime dixit Brixius Annal. phil. t. 91* (*a.* 1865) *p. 70. Ineptissimos versiculos Spengelius finxit p. 118.*' *De v. 276 dubitans sequentia sic constituit Brixius:* Pater ádsum: quiduis ímpera Nec tíbi ero in morá nec latebróse Med áps tuo conspéctu occultábo. *Duos quos A praebet versus miris machinis tamquam octonarios defendit Bergkius Opusc. phil. I p. 625* tibi erim mora *mutans. Ritschelii Brixiique discriptionem non sine causa impugnans Spengelius de cant. p. 26 sq. in anapaesticis acquievit intolerabilibus. Temptavi:*

Quó illic homo foras
Sé penetrauit ex aédibus? LY. Pater,
Adsum: ímpera quid uís, neque tibi ⟨ego⟩ ero ín mora
Nequé latebrose me áps tuo conspéctu secultábo.

Quod secultabo *urgente metro ducibus Palatinis ausus sum scribere — nolui enim* socultabo —, *aliquid praesidii habet in glossa* decultarunt: ualde occultarunt *apud Paulum Festi p. 75, 13 M. item singulari: unde etiam* decultabo *possis.*

280. ' Si patrem percoles. tuam per pietatem *R satis dubitanter.* (fáctis si) Tuúm patrem pércoles. pér pietatém tuam *Hermannus.* perpetim *pro* per pietatem *Scaliger: unde profectus commendabam olim, quo usus Fritzschius,* Sí patrem tú tuom pércoles pérpetim. *De bacchiacis numeris* Patrém si tuúm percolés per pietátem [perpetuatim *Opusc. phil. I p. 626*] *noli cogitare cum Bergkio. Multo etiam minus probandus Crainius p. 31 sq., et hic et v.* 282 *atque adeo v.* 276 *de senario iambico somnians. Valde dubites utrum v.* 279 *sq. et* 283 *sq. catalecticos facias secundum libros an haud paullo elegantiores acatalectos de coniectura, velut h. l. sic cum Fritzschio:*

Féceris pár tuis fáctis id céteris
Sí patrem síc tuom pércoles pérpetim

(*vel priore in commentatione* Párque pietáti, tuom sí patrem pércoles: *quod secutus Brixius ordine inverso* Sí patrem pércoles, parque pietáti *parum commode*).' *Iam Brixius* Patrém tuom si pércoles pér

pietatem *reliquit neque tamen aut metrum aut elocutionem defendere instituit. Spengelium mirere* Fecéris par tuis cetéris factis Patrem tuóm si coles per píetatem *non modo aptos, sed omnino anapaestos habuisse.* Patrém tuom si pércoles pié per aetatém tuam *Leidolphio placuit in dissert. Ien. II* (*ed. Lips. a. 1883*) *p. 228 adn., ubi* aetatem *saltem pro* per aetatem *dicendi usus efflagitat: neque inepte de tali septenario cogitaveris:* Patrém tuom si pércoles parí pietate aetátem (*vide infra*).

281. '*mi si deleveris catalecticos continuaveris: cui tamen rationi causa obstat certissima.' Insigniter erravit Spengelius de cant. p. 122.*

282. '*Iambicus octonarius visus est ex ipsa librorum memoria prodire. Quem bis correpta* in *praepositione nuper creticum fecere asperrimum:* Néque in uia néque in foro ullúm sermonem éxsequi*: quo quanto suavius Hermannus* Ín via néque foro ullúm sermonem éxsequi*! Aliis quid placuerit commemoravi ad v. 280. Ceterum* (*pro* necullum) mihi ullum *ℜ olim,* malum ullum *Fritzschius.*'

283—289. '*Tractavit hos v. Roeperus Philologi t. XVIII p. 238, sed ut eius dimensio versuum minime satisfaciat. V.* 283 *sq. acatalectos satis elegantes Hermannus finxit, ex parte Reizio duce:*

Nóui ego hoc saéculum móribus quíbus siet.
Málus bonum málum esse uolt, símilis ut sít sui.

Contra in sex dimetros iambicos, nec eos malos, Reizius versus 284—286 *dispescuerat apud Hermannum de metris p. 147. Tetrametros catalecticos si tenebis, lenius alterum sic exire* súi uti sit símilis [*quam* út sit sui símilis] *significabam Proleg. p. CCCXV. Quem Bergkius iambicum septenarium* (utí siet sui símilis) *fecit, metro autem Reiziano illo* (*ut v. 255*) *decurrere Studemundus p. 29 voluit cumque eo Brixius Ann. phil. t. 91* (*a. 1865*) *p. 61.' Recte illi, praesertim cum v. 280 quoque nulli facilius metro aptetur* (*cf. etiam v. 263*)*:*

Patrém tuom si pércoles. tuam pér pietatem: *e. q. s.*

Prava de versu Reiziano doctrina impeditus Spengelius de cant. p. 55 post '*anapaesticum*' Noui égo hoc saeclum moríbus quibus sit *dubitat utrum per* ut sít sui simillumus *octonarium claudat iambicum an deleto* sui '*anapaesticum*' *lucretur* Malus bónum malum uolt ut sít similis*: nec facile dixeris quaenam perversior sit mutatio. V.* 285 *sq. iambicos habeo cum Fleckeiseno, Brixio, Muellero de pros. p. 196, H. Koehlero de verb. acc. cum num. rat. in troch. sept. Plaut. consoc.* (*ed. Hal. a. 1877*) *p. 68, aliis. De Kiesslingii mensura vide ad v. 252. Trochaicos dedit ℜ:* '*iambicos numeros v.* 285 *vel una* miscént *vocis mensura excludit, quam ne octonarius quidem eo in loco admittit; v.* 286 Sácru(m) *notandum et pronuntiandum, non* Sacrúm *iambice, ut v. 261* foru(m) *et fortasse v. 236* modu(m). *Ceterum v.* 285 malus *Hermannus dedit. V.* 287—289 *duos octonarios cum dimetro catalectico discripsi ipsis AB ducibus minime dubiis: sentiebatque talis discriptionis probabilitatem ex parte iam Bergkius. De* dies *monosyllabo vix est quod moneam. V.* 289 *fortasse* (*ut in cantico*) *bisyllabum esse* cetera *poeta voluit, ut* altrum *aliquotiens, de quo dixi Opusc. phil. II p. 458. 673 sq. Proceleusmaticum* rápe trahe *dedita opera a poeta quaesitum puto.* rape trahe tene f. l. *olim a me propositum Proleg. p. CCLXXIX nunc non teneo.* harpaga *pro* rape *Fritzschius. Nihil mea sententia in his expediendis pro-*

fecit C. G. Muellerus Philologi IX p. 741 sq., sed multo etiam minus Studemundus p. 7 de anapaesticis cogitans prorsus improbabilibus. De iambica mensura fuge *vocis nec Crainio ibid. p. 669 nec Corsseno de enuntiatione e. q. s. I p. 339 nec Wagnero Mus. Rhen. XXII p. 425 credendum.' Duos trimetros creticos cum medio tetrametro bacchiaco catalectico effecit Bergkius Opusc. phil. I p. 626, anapaesticos Spengelius de cant. p. 178 sq. usque ad finem continuavit ex parte tam alienos quam absonos. V.* 287 *nescio an* me *post* excruciant *potius traiciendum quam delendum sit. 'ubi* dóleo, haéc me excruciant, *deletis* sunt quae, *L. Spengelius Philologi XVII p. 565'; v. autem* 288 quod manu non queunt tangere *conl. Festo p. 162 M. vide an factum sit ex* Mánu nequitum tangi, *'ubi* haud queunt *post Guyetum Hermannus,* tagere *Fritzschius: de qua non verbi, sed infinitivi declinatione dubitare licebit.'*

290 *sq. 'Horum versuum cum duplicem olim discriptionem proposuissem Parerg. p. 535 sq. (conl. p. 527): aut ut dimetrum acatalectum exciperet octonarius, aut ut duo septenarii sic decurrerent*

Lácrumas haec mihí quom uideo, elíciunt, quia ego ad hóc genus
Hóminum perduráui. quin me ad plúris penetrauí prius?

(quam rationem Fritzschio probavi: nunc tamen non dubitavi octonario subicere dimetrum. A Muellero proposita metrorum discriptio nescio num aliis placitura sit: ego quidem in illa, quamvis vellem, ne hilum quidem quo uti possem inveni. hominum *si pro glossemate habeas, quamquam liceat* quía ego ad hóc genús duraui, *tamen in tam concitatum genus numerorum vix cadat tam lenis et prope exilis versus exitus, ut saltem* q. e. ad hóc genus pérduraui *scribendum foret.' Septenarios illos Bergkius quoque l. s. s. amplexus est* lacrumas *post* eliciens *conlocans. Pro* quia ego *Redslobius* quid ego. 'quam prius *pro* quin p. *construens cum prioribus Scaliger in Verg. Cop. 6 (Catal. p. 257 ed. Lugd. Bat. a. 1617). De locutione* ad pluris *vide interpretes Aristophanis ad Eccles. 1073 (1118) et adde Petronium c. 42 (p. 46, 12 B.) cum Plauto conlatum a Buechelero Annal. phil. t. 77 (a. 1858) p. 69. Anthol. Pal. XI, 42, 6. Passowii popul. carm. gr. p. 117.'*

292. 'lutilant *sive* lutulant *Camerarius: quod haud dubie tuebatur* conlutulare *verbi analogia, quo usus esse poeta v. 693 credebatur, quod tamen Bergkii Buggeique virtute nunc cessit recte facto* conlutulentare. eosdem, quos laudant, lutant *Hermannus septenarium efficiens.'* Nam hi móres maiórum ⟨dum⟩ laúdant Eósdem lutitánt quos conlaúdant *Bergkius l. s. s.*

293—300. *'Olim continuos tetrametros catalecticos discripsi, lacunis quibusdam (ut videbatur) sic expletis:*

Hís ego de ártibus grátiam fácio
Né colas ne ínbuas *eis tuom* ingénium.
Meó modo et móribus uíuito antíquis:
Quae égo tibi praécipio, ea *mémineris* fácito.
Níhil ego istós facetós moror móres,
Túrbidos, quíbus boni sése dedécorant.
Haéc tibi sí capessés mea inpéria,
Múlta bona in péctore *consília* consídent:

quarum lacunarum caussam et originem explicare studui Proleg. p. CCXCVIII sq. Probavique eam rationem aliis, nisi quod ex parte alia supplementa substituerunt, velut v. 294 inbuas ingenium ingenuom *Bergkius; — v.* 296 praecipio, recipito et facito *idem,* pr. et praeeo, facito *Fritzschius* (*ubi ego exempli caussa etiam* pr. et suadeo, f. *vel* pr., et curato et f. *proposueram*); — *v.* 300 praecepta *pro* consilia *idem: graviora eademque licentiora ut taceam. Mox tamen intellexi, similiter atque v. 266 sqq., glossematis quibusdam expulsis quattuor distichorum systema restituendum esse e tetrametris trimetrisque catalecticis compositorum, in quam sententiam iam Bergkius inclinabat quamvis diversa sequens in singulis. Cuius exemplo verum ex parte perspexere Spengelius de vers. cret. usu Pl. p. 30 et Crainius de comp. cant. Pl. p. 35.' V.* 293 *de* Hisce *cf. Schmidtius l. s. s. p. 6. 29.* '*V.* 294 *librorum scripturam sine addito* eis *ablativo non habeo qui construam aut intellegam. E glossemate sunt* ne colas. *Totum versum insiticium putabat Bothius. Anapaesticorum asperitatem incredibilem in deliciis habens Muellerus ne* uĭuito *quidem mensuram, ut horridiora alia plurima exhorruit de pros. p. 422. V.* 298 *miro consilio Crainius p. 33 sq.* turbidos *potius servavit,* faeceos *delevit* (*ubi* facetos *Camerarius.* fuceos *Fritzschius*). *Dein cum facile* dedecorant sese *efficias, tamen* sese dedecorant *a numerorum ipsiusque sermonis elegantia multum praestat. V.* 299 Hinc *pro* Haec *Fritzschius.* capesses mea imperia *Hermannus. Bergkianos creticos non potui non improbare Opusc. phil. II p. 583. Magis miror anapaestica Brixii l. s. s. p. 67, in reiciendis Studemundi mirabilibus rectissime versati.' At v.* 300 *aperte anapaesticus est neque aliam mensuram sine violentia versui* 294 *adhibebis. Vnde profectus talem commendo mensuram scripturamque:*

Hísce ego de ártibus grátiam fácio,
  Ne cólas neue inbuas ís genium.
Meó modo móribus uíuito antíquis:
  Quae ego tíbi praecipio ea fácito.
Níl ego istós, moror faéceos móres
  Quibus bóni dedecorant sése.
Haéc tibi sí mea inpéria captássis,
  Multá bona in pectore cónsident.

captassis *v.* 299 *induxi pro* capesses *tam metrica quam grammatica ratione ductus; praeterea v.* 294 is genium *effeci ex* ingenium*: nam* eis *recte plerique desiderarunt, nisi quod* ibus *potius post* inbuas *intercidisse Ribbeckius sumpsit Mus. Rhen. XXVII p. 177. Iam v.* 296 *praestabit* Ego quae *traiecto acatalectum, efficere* (*neque enim in censum venit Spengelii dimensio* Quaĕ egó tibī) *itemque v.* 298 *olim acatalectus fuerit. At* turbidos *qui negarunt pro interpretamento haberi posse vocis* faeceos *neglexerunt Nonium p. 454, 21* defaecata *per* inturbata *explicantem. Nihil profecit Bergkius l. s. s.*

302. 'imperio et praeceptis, *simul* tui(s) *mutato in* tuo, *post Guyetum Hermannus.* imperiis praedictis ℞ *olim vix recte comparans Amph. III 4, 8 (991):* imperiis, praeceptis *duce Lachmanno in Lucr. p. 80 distinguenda erant ut* dies noctes *v. 287.' Adde sis Bergkium l. s. s. p. 627.*

303 *sq.* pro imperio tuum *Bentleius: quo recepto* (tuō *pro* tuo) *versum* 304 *ut interpretamentum ex v. 302 et 306 conflatum secludit* 𝕾.

305. 'iam *quo tandem loco inseri voluerit C. G. Muellerus Philologi IX p. 742. parum liquet.*'

306. 'is ita se *Acidalius.* is ita *cum Guyeto Reizioque Hermannus.* ita se *Bothius. De prosodia* (mauelit) *v. Proleg. p. CLXXXIII. CCXXIX; de numeris ibid. p. CCLXXVI.*' eum *delebat Redslobius l. s. s. p. 15: at cf. Ter. Haut. v. 1055 al. Ceterum v.* 308 perculit *pro* pe[r]pulit *Lambinus.*

309 *sq. An:* Ipse si? '*Nisi forte* Si ipsus *males.* Si ipse a. p. dum uiuit *defendit Bergkius Diar. antiq. stud. a. 1852 p. 346 sq., sed ut in principio locum concederet binis anapaesticis vocabulis in última acutis* Si ipse animúm pepulít, *quae abhorrent ab arte Plautina.*' *Iterum defendit Bergkius Opusc. phil. I p. 627* (*cf. p. 103*) *post censorem anonymum in Ind. phil. III* (*a. 1871*) *p. 315. Sed rhythmica offensio etiamsi minus valet,* dum uiuit *locum vix habet ob ipsam sententiam versusque antecedentis* (actumst) *similitudinem.* '*V.* 310 Tu animum si *Hermannus* (*non A*)*: sed vide Proleg. p. CCXLII. CCLII.* te, est *cur magis probem cum libris quam* te, 'st, *significavi ibid. p. CCCXXV.*' *Postea* te, 'st *praeferebat* ℞.

311 *sq.* 'satiust, te ita ut opus est *transponebat Hermannus. Nil vidit Vmpfenbachius Melet. Plaut. p. 19. Totum versum* 312 *cum iam Parerg. p. 524 sq. a Plauto abiudicassem, pari condicione hunc esse qui praecedit Bergkius sensit Cens. p. 1137 sq.* (*17*)*. Quocum tamen non cogitaverim de duplici recensione, sed similem rationem horum versuum esse puto atque supra v. 206 sq.*' satiust, ut opust ⟨esse⟩ ita te esse *Spengelius.*

314 *sq.* 'penetrassem *Z, correctum ab Angelio; item* conciliabulum *primus Angelius, ubi* conciliabolum *formam a Plauti aetate minime alienam esse ostendi de tit. Mumm. p. V sq. Monum. epigr. tr. p. 15 sq. et XIII sq.* [= *Opusc. phil. IV p. 91. 132. 178.*] *Item v.* 315 nei (*B*) *absque Ambrosiani testimonio esset, recte defendisse Opusc. phil. II p. 629 viderer.*'

316. '*Vide Proleg. p. CXXII adn.*' Neu *defendit Bergkius l. s. s. post* meae *v.* 313 *gravius distinguens.* '*Non recte Bothius* Ne aegritudinem tibĭ, pater. *Cf. Proleg. p. CLVIII. CLXX. Etsi veniam habet correptum* pater (*h. e.* pate', *non* patr)*, ut v. 361, tamen nescio an lenius, cum posset simplicissime, scripserit poeta quod olim posui* aégritudiném, patér, tibi, *id quod ipsa collocatione verborum commendari videtur.*' *Non commendari allitteratione intellexerunt censor anon. l. s. s., Brixius, Bergkius.* '*Ceterum v.* 317 sarcta (sancta *F*) tecta *olim fuisse Naekius suspicatur de alliteratione in Musei Rhen. Niebuhriani t. III* (*a. 1829*) *p. 385.*'

318 *sq.* 'Quid exprobras? bene quod fecisti, tibi f. *interpungebatur construebaturque: quo etiam improbabilius aliis* Quid? exprobras *e. q. s. placuit.*' *Illud revocavit Bergkius Opusc. phil. I p. 383, cum Brixius et* Quid *et Ritschelii distinctionem servet. Cf. Ribbeckius trag. fragm.*[2] *p. XXX.* '*Idem v.* 319 *in* fert me *scriptura priscae latinitatis aliquam* ferime *formam latere suspicatur* (*Beiträge z. Lehre v. d. lat. Partikeln, ed. Lips. a. 1869*) *p. 6*'*: cf. Anal. Plaut. p. 45 adn. 86.*

320. pertegit *Kiesslingius apud Wagnerum versum post* 323 *relinquens. De* perpluat *cogitavit Bergkius l. s. s. p. 627.*

325. 'dare iam ueniam *vix recte illi* (*B*) *aequiparabam Proleg. p. CCLVII.*' *Adde sis Bergkium l. s. s. p. 628.*

326. '*De* hinc *pro* huic *cf. Proleg. p. CLXXVII.*' *At recte illud tutatus est Brixius in Annal. philol. CXV (a. 1877) p. 333 sq. Cf. v. 359. 872.*

328. '*De re satis dubia in varias partes disputatum est Proleg. p. LXVI conl. CXXXI, Opusc. phil. II p. 249, item a Fleckeiseno Cens. p. 247*', *denique a Bergkio l. s. s.* (*cf. p. 18*) nisi tu noenu uis *coniciente. At cf. v. 361. De* nepe '*memorabili indicio pyrrhichiacae mensurae*' *cf. Warrenus, qui et v. 966 et glossam attulit accuratius de* ne(m) *particula affirmativa disserens in Annal. philol. Americ. II* (*a. 1881*) *p. 50—82.*

329. '*Cur nec* omne autem meum tuumst *nec* o. a. meumst tuum *placeat, significari Proleg. p. CIX. CCXXV sq. CCXXXVI. CCLXXV. Prorsus perversum de prosodia Crainii iudicium fuit Philolog. IX p. 668.*' *Librorum scripturam tenet Bergkius l. s. s.* (*versu insequenti de* remne habuit *cogitans*). *An:* meúmst, meum ómne autém tuomst?

331. *Hunc versum in suspicionem vocavit Langenus Symb. p. 271 sq. recteque impugnavit tralaticiam explicationem, minus recte ipsum versum: spectant verba ad stipendia, legationes, imperia, prae quibus rem familiarem forsan neglexerit ille.*

335. praedicatum firme et f. *R.* praemandatum (*sic Arsl:* PRAEIUDICATUM *idem teste Schwarzmanno*) *vindicavit Langenus Symb. 307 sq.* praemundatum *Geppertus Stud. Plaut. II p. 4. De* ferme *cf. Annal. Plaut. l. s. s.* forme *coniecit Bergkius.*

336. Qui equidem *Spengelius. Cf. Luchsius in progr. Erlang. a. 1883 p. 21 sq.* '*Ceterum hunc versum post 337 transponi Acidalius iubebat praeter rem.*'

338. '*Ordinem verborum* egestatem eius *cum posthabuissem Ambrosiani memoriae, vim ratiocinationis meae nec Bergkius de Trin. p. IX* (*62. cf. p. 628*) *nec Fleckeisenus Cens. p. 250 satis adsecuti sunt, ut qui minime sim e necessitate aliqua argumentatus, sed sectatus probabilitatem. Fatendum est enim quattuor adeo scribendi dimentiendique vias in promptu esse. Ceterum v. 240 novo exemplo discis, quam maturo tempore glossemata in scriptorum libros irrepserint: quale illud* producit *est, pro quo verum* prodit *verbum posterior Lactantio Servius recte servavit.*'

341. 'eo hoc dico *praelatum a Muellero de pros. p. 392.*' eo dico haec *Spengelius assentiente fere Brixio.* eo ecdico *Bergkius Opusc. phil. I p. 628* (*antea de* haec *delendo cogitans itemque* aut *pro* et *dubitanter corrigens*). Noenu haec *S*.

343. 'misereat ne tui alios *Scaliger.* tis *formam, quam tantum tetigi Proleg. p. LXXXVI uberius tractabo alibi.*'

344. 'desinare *Scaliger, Guyetus.* desiuare *Lipsius e Festo Pauli p. 72, 13.*'

347. 'Bona multa *Hermannus. Cf. Proleg. p. CCXXVII.*' benparta *recte Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII p. 177.*

349 *sq.* 'Magnis de diuitiis *Hermannus.* De diuitiis magnis *Bothius. Cf. Proleg. p. CCXLII. Ceterum v. 350 ab ipso poeta vix est quod moneam scriptum esse* inmoeni (*ut v. 24*) *et v. 354 non tantum* inmoenis,

sed etiam moenus. *Significationem tetigit Heraldus observ. et emend. cap. 44.*'

351. 'né habeas, *non* ne hábeas *pronuntiandum esse docui Proleg. p. CXXXV (conl. CCXXXVI. CCXLVIII sq.): id quod neglexit Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 346 (103)': itemque Niemeyerus de Pl. fab. dupl. rec. (ed. Berol. a. 1877) confuse de hoc loco disputans. De* et *delendo cogitat Brixius, de* noenum (*ex* nunc non) *inferendo Ribbeckius trag. fragm.*[2] *p. XXIX et Mus. Rhen. XXVII p. 178, cum* '*aut* nunc *aut* illuc *e glossemate*' *esse Ritschelius opinatus sit. Potuit* ñe *ex* ue *ad* illud *adscripto nasci.* 'habeas uelim *Fleckeisenus Epist. p. XXIX et omisso* malum *obscurius et addito ex A* uelim (*pro quo saltem* uolo *exspectes*) *languidius, si quid video.*' *Cum Fleckeiseno Brixius fecit: at* malum, *quod fuit in archetypo, ni fallor pro convicio est* (habeas, malum,) *non pro explicatione rei non habendae* (habeas: malum 𝔑).

352. 'equidem *etsi olim damnavi Proleg. p. LXXVI sqq., tamen nunc cessi Ribbeckii argumentationi de partic. lat. (v. ad v. 319) p. 41.* potes *Bentleius in Ter. Andr. II, 5, 16. Cf. Proleg. p. CXI.*'

358. 'Quoii *vel* Quoiei (*h. e.* quoji, quojei) *frequens in legibus saeculi VII scriptura, de qua cf. Opusc. phil. II p. 421 sq.* Quoi tu 𝔑 *Parerg. p. 526, Proleg. p. LXXXIII. Genetivum defendens Bergkius de Trin. p. IX (62: at v. p. 628) Lysitelis responsum non curavit. Fuit qui de* tolerabis? eloquere *cogitaret.*' *Brixii conlocationem* uis tolerare? eloquere *probavit Langenus Symb. p. 191: neque* Quoi tolerare egestatem uis? eloquere *praestat (sic Bergkius l. s. s.) neque* Quoi (*vel* Quoii) uis egestatem t.? e., *cui mutationi* Cuius *scripturam non recte adhibeas.*

359. 'hinc *pro* huic 𝔑 *Proleg. p. CLXXVII, ut v. 326 [ad quem videas adnotata]. 872.* Charmidae huius *Muretus, Acidalius, Bentleius in Ter. Haut. V, 5, 21 et Ad. V, 8, 23.*'

360. 'quine *qui expetebat Philologi IX p. 742 parum perspicitur quid sibi voluerit. Cf. Parerg. p. 523.*'

361 *sq.* opprobra *recte Bergkius l. s. s. [Loewiusque].* 'multa homini eueniunt *Bothius: quo non opus est, si* pater *pro pyrrichio habetur ut v. 316.* mala multa eueniunt homini quae neuolt *omissis* quae uolt, *sed servato* mala *glossemate Bergkius Diar. antiq. stud. a. 1852 p. 346 (103)': cui perperam adsentitur Niemeyerus l. s. s. p. 22, cum ipse recte a se desciscat l. s. s.* '*Ceterum in transponendis eis qui secuntur in libris versibus partem veri adsecutus est Muretus, et hoc ordine conlocans Scaliger: 361. 365. 366. 362—364. 367—369.*'

364. 'Eo nemulta *Acidalius, Bergkius l. s. s. Cf. Proleg. p. LXVIII.*' Eo nec multa 𝔖: *cf. v. 361. 328 (A).*

365. '*Philtoni continuavit Camerarius Lysiteli* Sed hic a. a. *v. 366 tribuens.* MULTAEST ********** TURAE *Ar quod* multa est opera ei opus ficturae *interpretabar Parerg. p. 526.* Multa ei opera opust f. *scripsi in proecdosi: pro quo potui etiam* Multa ei operast opus f. *vel (cf. Proleg. p. CIX)* Multa est opera ei opus f.: *quod ipsum in A legere sibi visus est Geppertus*'; *postea (Stud. Plaut. II p. 9)* MULTA . . OPERA . . . L . EST FICTURAE *enotavit ille* Multae ei opera opust ficturae *coniciens.* 'Multaest operae opus fictura *Bergkius de Trin.*

p. IX (63. cf. p. 629) quod ille simplicius esse dicit, ego multo esse impeditius sentio.' fictori *pro* ficturae *Mehlerus Mnemos. VI p. 410 sq.* V. 366 adulescentulus (*om.* est) *cupidius amplectitur Olsenius p. 11.*

367 *sq. De* apiscitur *cf. Loewium Cens. p. 534 et Goetzium Anal. Plaut. p. 101. 'Qui sequitur in A versus sanam sententiam tali tantum forma orationis praebet:* Sapientiae aetas condimentum est, sapientia aetati (*vel potius* aetati sapientia) cibus: *quae tamen Fleckeiseno concedendum est potuisse olim octonario iambico conclusa esse velut hoc exemplo:*

Sapiéntiae aetas cóndimentumst, sáperest aetatí cibus.

Vtcumque est, dubitari nequit quin haec aliunde invecta sint ad illorum exemplorum similitudinem, quae Opusc. phil. II p. 274 sqq. tractavi. Cf. Proleg. p. LXX. Frustra defendere Hauptius conatus est Musei Rhen. t. VII p. 477 (= Opusc. I p. 164) — item Osthelderus in programmate Spirensi a. 1853 p. 24 —: contra quem recte dixit Nitzschius eiusdem Musei t. XII p. 134 sq. Plautinum versum aliquem eo additamento expulsum esse suspicatur Ladewigius Philologi t. XVII p. 250.' Tali versu nos carere non posse Brixius quoque Spengeliusque senserunt: sed, ni fallor, insapiens *vel* insipiens *tam forma sententiae quam ipsa sententia postulat* (*ille consumitur aevo, quod sapientiam condiat*):

Sápienti aetas cóndimentum, insápiens aetatí cibust.

369. 'Agidum *formam post Bergkium Diar. antiq. stud. a. 1851 p. 216 (71) tuitus sum Opusc. phil. II p. 563.* nam uis *pro* nunc uis *Acidalius, haud scio an recte.'*

372. *'De numeris huius versus cf. Proleg. p. CLVII.'* égo istam *in* ego ístam *ipse correcturus erat* ℜ.

375. uxoren *Spengelius. 'De* uoxorem *cf. ad v. 111.* autem uxorem *Fritzschius priore commentatione p. 7, offensus* ne *particulae collocatione quam habes v. 178. 515.* ita, pater *Guyetus servans* uxorem. ita uolo *Muellerus de pros. p. 629.* itast *potius scriptum fuisse conieci Proleg. p. CX.' At cf. Langenus Symb. p. 210. An:* ⟨Sic⟩ sine dote uxorem? ‖ Ita?

378. *'De numeris huius versus cf. Proleg. p. CCXLIX. De* uoxorem *vide ad v. 111.' Ceterum nescio an praestet* Egone te indotatam *praesertim cum* te *in A,* ne *in ceteris omissum sit.*

380. 'docta dicta quamuis *Fritzschius, fortasse vere: sed idem etiam* dicta docte et q. *duce Bothio, minime probabiliter.'* et docta dicta q. *Bergkius l. s. s. p. 629. Cf. Fronto p. 138, 13 N.* (*Studemundus Epist. p. XXX*).

383. 'istaec indici *in priscis exempl. Pii.* istoc sedulo *mire Acidalius.'*

385. *'Cf. Hermannum praef. p. IX.* adde ad istam *quamquam non nescio esse qui defendant, tamen et olim reieci Proleg. p. CXXIV et nunc habeo cur spernam, de quo genere universo dedita opera agetur in Vindiciis.'*

386. 'Tu ad eum adeas, tu concilies *Bothius, L. Spengelius Philologi XVII p. 565: fortasse an recte. Cf. Proleg. p. CXXXIV.'* Tute ad eum adeas, tute pacas, tute poscas (*vel* tute poscas, tute pacas) 𝔖.

389. 'benignitate hac *Lomanus Spec. crit. p. 73.'* hoc *servat Vahlenus in Ind. schol. Berol. a. 1880 p. 15 sic distinguens* Ecce autem —

in benignitate hoc repperi — negotium, *quod similiter dici posse credit atque Poen. v. 566.*

394. *Cf. Proleg. p. CXXXIX. Ambrosiani conlocationem Persae I, 1, 33 fulciri putavit Brixius. Fuit fortasse:* Sed hoc consolatur unum me a. a. m.: *cf. BCD.*

397. '*Gratius ad aures accidere* Fit miser ex animo *sensi Proleg. p. CCXXI: quamquam non est obliviscendum* exanimo *veteribus fuisse pro uno vocabulo choriambico. Pro* factius *coni.* sectius *Gulielmius in Trin. c. 3: contra quem dixi Proleg. p. LXXVI.* fetius (?) *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 347 (103 sq.).*'

398. 'senectae is (*post Lindemannum p. XXVI ed. alt.*) 𝔅 *Proleg. p. CXVIII.* is senectuti *Muellero placuit de pros. p. 256. Nihil effecit disputando Crainius Philologi IX p. 647.*' is *recte servarunt Spengelius atque Niemeyerus l. s. s. p 26.*

399. Quom illim inportunam *Kochius. Noli* Quom illi amportunam *conl. v. 131.* illi *recte Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII p. 178.* Qui inopportunam *Bergkius p. 629.* '*Ceterum de* commodum *v.* 400 *cf. Wesenbergium Observ. crit. in Cic. Sest. p. 25 apud Fleckeisenum Cens. p. 245.*'

402. *Ambrosiani scripturam* quam (= postquam) *ex eadem corruptela Asin. v. 442 defendit Spengelius.*

406. 'Exessum *scripsi, congruenter verbis compositis proximis, duce glossario Monacensi edito in Actis acad. Bavar. a. 1868 t. II p. 369 sqq. (emendato ibid. a. 1869 t. II. p. 1 sqq.), ubi p. 386 habes* exesum : comestum (amestum *cod.*), consumptum*: quo adde ex A. Mai Class. auct. t. VI p. 323* exesum : excomestum (*sic*) *item e Parisino glossario Hildebrandi p. 132:* exesum : consumptum. *De scriptura cf. Proleg. p. CII, Opusc. phil. II p. 545 adn. Adde Opusc. phil. III p. 65. Mox* exuctum (*pro* exsuctum) *Scaliger.*' elotum *vel* exlotum (exlutum *Spengelius cum Wagnero*) *vindicavit Langenus Anal. Plaut. part. III (ed. Monast. a. 1883) p. 6 sq. De* balineis *cf. Opusc. phil. IV p. 175.*

409 *sq.* '*V. 409 cum mihi hae tantum partes apparuissent:* NONKERCLEMINUSNUORS*********** CITO, *quas quibus modis supplere conatus sim, e Parerg. p. 577 et Proleg. p. XCV cognoscitur, feliciore successu Studemundus Hermae I p. 310 sq. (miro tamen praescripto lemmate* euorsare) *has litteras expiscatus est:* NONKERCLEMINUSDIUORSEDISTRAKITURCITO. *Vbi* distrahitur *inter alia ipse coniectaveram. Bergkii Cens. p. 1138 (18. cf. p. 57) de hoc versu disputationem non intellego.*' *Atque ipse Bergkius postea ita reliquit, ut versum ex A additum in suspicionem vocaret l. s. s. p. 629 post Fuhrmannum l. s. s. p. 42* Quasi si *v.* 410 *commendantem, ut ante cognitum v. 409 Acidalius Hermannusque. At ipsae particulae* quam si *omnibus codicibus cum Charisio communes demonstrant per merum errorem ob* cito *repetitum in fine versus in Palatinorum archetypo v. 409 omissum esse. Ceterum* formicis obicias *Bentleius cum Nonio.* '*quem secutus* formicis tu obicias *cum Hermanno praeferebam Proleg. p. CCXV conl. CCXII.*'

413. 'defr(a)udaui *servantes* ista(ec) *delebat Hermannus (Spengeliusque), ego Bothius,* Quid *cum Lindemanno Fritzschius p. 7 (Versu antecendente* totidem *pro* ibidem *Lambinus).*'

414. 'summes *Is. Pontanus Anal. III, 10.* summas *Hertzbergius.* sumas *tuetur Gronovius in Rud. IV, 8, 9.* potest? *Bothius proximum*

versum miro iudicio transponens post. 410.' Facilius cum Ribbeckio l. s. s. cogitareris de versibus 414 *sq. delendis, ut parallelis v. 419.*

416. '*an* cauitum? *Fleckeisenus Epist. p. XXI.*'

419. '*οἴχεται primus Angelius. Ceterum cf. Victorium Var. Lect. XXIV, 5, Muretum Var. Lect. IV, 19.*'

420 *sqq.* '*Duce A* accepstine *efficiebam Parerg. p. 523, forma tamen tam suspecta, ut nunc eam tueri non audeam.' Nec fidem fecit Kochius in Annal. phil. CIII (a. 1871) p. 827. Cf. Klotzius ad Ter. Andr. p. 41 sq.* '*In versibus* 420—422, *a quibus divelli nequeunt* 423. 424, *illisque quos habes a principio huius scaenae, duarum recensionum vestigia Ladewigio p. 251 sq. apparere visa sunt: non sine magna veri specie, quando partem tantum eorum quae offendunt nostra enarratio horum sermonum (Parerg. p. 542 sq.) removet.' Secus iudicat Goetzius Act. soc. phil. Lips. VI p. 266* pro hisce aedibus *initio scaenae potius suspectans.* '*Ceterum v.* 421 abs te accepit mancupio *Camerarius, non male: cf. Proleg. p. CCLXXXVI (ubi e quattuor exemplis tria delenda).' De* opino *v.* 422 *non recte indicavit Bergkius l. s. s. p. 630: cf. Langenus Symb. p. 64.* '*V.* 423 patri *pro* pater *Dousa.*'

425. drachumarum mille (*servato* Trapezitae) *Spengelius.* mille drachumarum hinc (*item servato* Trapezitae) *Fritzschius Anal. Plaut. a. 1877 p. 9.* 'olympico *Pii codices antiqui: quam saeculi XV correctionem esse dixi l. s. s. p. 471, nunc demum video Georgio Vallae deberi, quod esse nomen argentarii addit, pariter atque Pius: hoc fuit (inquit) nomen ipsius mensularii. Recte vindicatum a Bergkio Cens. p. 1146 (25 sq.) Fritzschioque p. 7 sq., nisi quis* Olympicho *praetulerit: id quod iam praef. Stichi p. XIX professus sum. Cf. Wieselerus in Nunt. soc. litt. Gott. a. 1874 p. 4.*'

426. '*Ambrosiani vestigia non recte* ei debuisti *interpretabar Parerg. p. 526. Mox* reddito *Scaliger. De omisso* sunt *cf. Proleg. p. CXII.*'

427 *sq.* spopondi? *distinxerunt Fleckeisenus Brixiusque: cf. Warrenus l. s. s. p. 61.* Quas dependi immo inquito *coll. Aul. v. 765 Spengelius.* Immo 'quas suspendi' inquito *S.* '*Versu* 427^{b} *ab initio* Quas sponsiones *vel* Quam sponsionem *Scaliger,* Quas sponsione pro *Acidalius. Manifestum interpretamentum esse cum Parerg. p. 528 sq. demonstrassem, unus defendere leviter mutatum versum Fritzschius p. 7 animum induxit conatu infelicissimo.' Nec feliciore eventu Spengelius* Qui sponsionem propter tute exactus es *scripsit, quod mirere placuisse non modo Niemeyero p. 22, verum etiam Brixio: nam — alia ut taceam — vitiosum est* sponsionem propter *apud Plautum.*

429 *sq.* 'Factumst *pro* Factum *num forte scriptum fuisset, quaerebam Proleg. p. CXI, probabatque illud Fleckeisenus Epist. p. XXX: sed vide Opusc. phil. II p. 609. 615.' Dein* illic *pro* illud *Bergkius l. s. s. Versu autem* 430 Nam tunc eum *Lambinus,* Nam dudum *Brixius; an:* Nam nimium? *Cf. tamen Langenus Symb. p. 89 sq.*

432. 'Tempus adeundi est *Camerarius, haud scio an recte.*' Tempust adbitendi *Loewius Anal. Plaut. p. 197. Possis etiam* Tempust ⟨ad eum⟩ adeundi: *cf. v. 386. Bacch. v. 773.*

440. *Vide Nov. Exc. I p. 57 sq.; cf. v. 565.* uolō (*B*) *ad* uolim *revocabat Bergkius l. s. s. idem v.* 441 nugas postulat *defendens. (Ceterum v. 437 fuit qui de* optas *pro* optes *cogitaret.)*

445 *sq.* EADEST *praeclare quadrare in A Loewio quoque visum est. 'Deinde* au *Palmerius Spicil. p.* 859, ah *Guyetus: quippe a Camerarii scriptura* hau *profecti quod is haud dubie pro interiectione esse voluit': item Bentleius* inrides malas? *v.* 446 *distinguens. Ibi* 'Bonis tuis in rebus *placuit Muellero de pros. p.* 159', *cuius iudicium (sic) laetissime subscribit Niemeyerus p.* 24 *neglegentius ipsam scripturam transscribens: solent scilicet librarii metri gratia priscam revocare syntaxin.*

448 *sq.* Neque ted irrisum uenio (?) *Bergkius l. s. s.* '*Ceterum v.* 449 *post* dixi *interpungendo seiunxi haec cum Kochio a proximis* (*aber wie gesagt*).'

451. '*Cf. Proleg. p. CCXXI. Plane caecutiit, ut solet in hoc genere Spengelius T. Macci Pl. p.* 96.' Mearum rerum me nosse a. o. *Bentleius.*

454. 'Satin tu's sanus *a BCD profectus* R *Proleg. p. CIX.*' Satin tu sanus (*non* sanu's) *Olsenius l. s. s. p.* 7.

456. '*De prosodia* fere(n)tarium *cf. Proleg. p. CXXXVII' et Bergki Opusc. phil. I p.* 380.

457. 'hercle ire si *Hermannus. Cf. Proleg. p. LXXII. De* uotes *ibid. p. XCV.*' *Adde Bergkium p.* 630 (uotis *tuentem*).

458. '*Cf. Proleg. p. CCXXI.* quidpiam aliud *Muellerus de pros. p.* 463.' quid uis me aliud *Spengelius cum Bergkio l. s. s. p.* 631. quid aliud uis *Redslobius p.* 15. *Itaque una relinquitur ratio nequaquam improbabilissima, ut* aliud *post* Philto *traiciamus ceteris servatis.*

464. 'quid *vix credam priscum servata* d *littera ablativum esse; sed* qui *si forte in talibus interrogativum habeatur cum Reisigio Schol. gramm. p.* 203. 445. *ne* quin *quidem abhorrere a ratione videbitur.*' *At cf. Kienitzium de* QUIN *partic. apud priscos scr. lat. usu (ed. Carolir. a.* 1878) *p.* 6 *et de* QUI *loc. mod. ap. pr. scr. l. usu (ed. Lips. a.* 1879) *p.* 560 *sq.* hercle qui *vindicantem post Fleckeisenum Misc. crit. p.* 30. '*De* si sic *v.* 465 *cf. Proleg. p. CCLXIX.* sic si *Goellerus.*'

466. Ita nunc tu R, *sed* tu nunc *correcturus in ed. III.* Ita num tu *Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII p.* 178. Nunc itan tu *vel* Ita tune d. *Bergkius.*

468. Quid nunc? *interpungebatur vulgo, quod contra Ritschelium defendit Seyffertus Stud. Plaut. p.* 18 *adn.* 3: *at cf. Brixius in app. cr.* Quid tu *Acidalius.* Ita dico || Quid? si *Bergkius: neque negari potest* nunc si *minus quadrare ad generalem versuum sententiam* (*aliter comparatus est v.* 950. *al.*). *An:* Dico. || Quid ais? si ?

470 *sqq.* '*Totum versum* 470 *e glossemate natum esse vidit Fleckeisenus Misc. crit. p.* 17, *quem concessurum puto eiusdem interpretis etiam molestiorem proximum esse. De numeris clementius iudicavi Proleg. p. CCLXVII adn.* Adposita si coenast *Bergkius Diar. ant. stud. a.* 1852 *p.* 347, *perperam.*' Adp. ut cena sit *vel* Si adp. c. s. *idem Opusc. phil. I p.* 631 (*cf.* 104). *Ceterum v.* 473 Edin *pro* Edisne *Muellerus Additam. p.* 101, *v.* 474 nisi *pro* nisi si *Camerarius. Versus autem* 474—484 *primitus compositos parasiticae personae censet P. E. Sonnenburgius de Men. Plaut. retract.* (*ed. Bonnae a.* 1882) *sent. contr. V.*

480. 'tibī *etsi in praesens non sollicito, tamen quam facili mutatione* noenum tibi *restituto quanto faciliores numeri prodeunt! Cf. Opusc. phil. III p.* 138. *Transponi* dolo dicam tibi *iubebat Bergkius Cens.*

p. 1133 (13): sed vide v. 90 et Men. 228. tibi ego *commendabam Proleg. p. CLXXII': de quo cf. Mahlerus l. s. s. p. 18.* non tibi id dicam *Spengelius.* non tibi dicebo *Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 309.* non pol tibi dicam 𝕾, *nisi ipsum pron.* tibi *additicium est, quod deest in eadem formula v. 90 et Men. v. 228: e. g.* R. f., Stasime. St. N. d. d.

483 *sq.* 'ongue *pro* longe *codex Roverianus Lipsii, unde hic* ungue *Ant. lect. I, 5. V.* 484 haec annona est *Lambinus, Palmerius Spicil. p. 689.* haec an non est? *Lipsius. Vide Muretum Var. lect. XV, 13.* ('Coena hic annona est *i. e. panis qui nihil constat.* annona *est congiarium pessime Muretus': Scaliger, male ipse.) Cf. Parerg. p. 353.'*

487. 'nequiueris saltem *Saracenus, Angelius.*'

490. 'Dei *scripturam (non formam) servandam duxi.' Ceterum de* opulentiae *plurali cf. Langenus Symb. p. 105.*

492. *De* uatillum *vel* batillum *cf. Opusc. phil. III p. 793 sq.: illam formam praeferendam esse Buechelerus docet in Vmbricis (ed. Bonnae a. 1883) p. 63 itemque Nettleshipius (Iourn. of philology XII, a. 1883) p. 280.* 'Sitellum 𝕽 *valde dubitanter (quando aliquid tamen ponendum erat) Proleg. p. CCCXXIV (conl. p. LXXIX) adhibita glossa Labbaei p. 94 ed. Par.: κάδιον* : sitella sitellum. scintilla *vel* scintillula *Fritzschius p. 8, ad sententiam optime, sed longius a fide memoriae: unde* scintillulam *cum proximis constructum (servato* qui quom) *Brixius durissime.*' stalagmium *olim Bergkius mox velut quoddam* titiuillitium *requirens: cf. Cens. p. 1139 (18).* satillum *mire defendit Neilsonus (Four notes on Pl. words, ed. Greenock. a. 1876) p. 7;* Sal illuc animae quomque e. e. *non minus mire Spengelius. Dein* animulae *Guyetus. An:* uatillulum animae*? Denique ad* amisimus *scripturam memorabilem cf. Lachmannus ad Lucr. VI, 1234.*

494. Censu censetur Accheruntei *Koenigius Quaest. Pl. (ed. Patschk. a. 1883) p. 4, recte.* Accheruntem *iam* 𝕽 *repositurus erat 'ut v. 525* Accheruntis *ipso B auctore. Eodemque spectat fortasse quod in Mostellariae versu 509 CD scripturam prodiderunt* Adcheruntem, *unde novicii demum correctores* ad acherontem *fecerunt. Neque illud silentio praetereundum, quod mira constantia B ter diphthongum in eo nomine servavit: Capt. 999* achęruns, *Bacch. 198* achaerunticas, *Poen. 344 [cum A]* achaerunte*: quando talia non raro indicio sunt reconditioris formae a librariis non intellectae.' Cf. Act. soc. phil. Lips. II p. 462 adn. 3, Ribbeckius trag. fragm.*[2] *p. XX. Non magis quam* censui *(CD) revocandum est* censu ad *scriptura ad* Censetur censud Accherunti*: id quod tam Mostell. ille versus quam alii loci demonstrant. Cf. Goerbigius l. s. s. p. 26 sq.*

495. 'St. Au, Mirum quin tu *Pareus: cui interiectioni hic vix locus est. Pro* au, *quam ille ex librorum memoria* an *efficiebat,* ah *potius commendat Lorentius Philologi t. XXX (a. 1870) p. 430. Mihi ab omni tenore horum sermonum ipsiusque Stasimi sensu quaevis exclamatio aliena visa est.'* Ah *Bergkius quoque coniecerat l. s. s. Cf. Kienitzius l. s. s. p. 22 sqq. et Paulus Richterus de usu partic. exclam. ap. priscos scr. l. Argent. a. 1874 p. 38. 'Ceterum fuit fortasse* illoc.'

501—504. *Miro consilio Stasimo quattuor hos versus continuat Bergkius l. s. s. V.* 501 *de* quoi(us)modi *v. Opusc. phil. II p. 727 et S. Brandtius de var. gen. sing. pron. forma ac mens. (ed. Lips. a. 1877) p. 42. 48 sq.*

502. 'di bene uortant. *ut v. 573, etiam Fleckeiseno probatum Cens. p. 246.* qui bene uortat *Bergkius Cens. p. 1139 (19). Cf. Proleg. p. LX. LXVI.'* dic: bene uortat *Spengelius.* Quod bene uortat *Bergkius p. 631.* res bene uortat 𝔖 (*cf.* quae r. b. u. *v. 500. 572. Aulul. v. 218*): *quod non modo singularis suadet in quo consentiunt codices* (*cum v. 573 unus B exhibeat*), *verum ipsa loci corruptela: cum post* fabulare *facile* res *intercidere variaque supplementa provocare potuerit.*

503. *Postea de* cubi *inferendo cogitabat* ℜ. 'ubi usus nec erat dicto *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 346* (*103. 631*) ubi nihil erat dicto usus *Hermannus.* ubi nihil usus erat dicto *Guyetus.* nihil ubi erat usus dicto *Muellerus de pros. p. 716.* [nil usus ubi erat dicto *Spengelius.*] *Cf. Proleg. p. CCXXXI. CCLIX sq.' Ceterum malim* dicto 'spondeo', Dicebat, *non* dicto, 'spondeo' D. (ℜ *cum plerisque*).

504. 'hic *libri perquam incommode.'* id *censor in Ind. phil. Leutsch. III (a. 1871) p. 314. At* hic *recte vindicarunt Brixius Bergkiusque. Eodem versu* hiscere *pro* dicere *placuit A. Weidnero Advers. Plaut. (ed. Darmst. a. 1882) p. 17.*

507. 'Sed etsi hercle (*sic Camerarius*) grauiter cecidi *Lambinus.'*

508. 'urbe (*om.* hic) *recte probatum Fleckeiseno Epist. p. XXIX.' At* hic *Brixius vindicavit conl. Ter. Ad. V, 8, 26.*

509. 'e stultitiis meis *Kayserus Nunt. Monac. a. 1851 p. 751.' Nescio an praestet* de suppetiis meis Solus superfit *e.q.s.* [de lautitia mea *Loewius.*]

512. 'Nostramne uis nutricem, here *Gruterus.* Nostramne te nutricem, here *Acidalius.* Nostramne nutricem, here, uis *Hermannus. A vero et ego aberravi Proleg. p. LXXIX et a me inductus Bergkius Cens. p. 1139.'* Nostram hercle uis nutricem, ere, *idem Opusc. phil. I p. 632* (*cf. p. 19*).

516. 'Ni quid *Handius Tursell. IV p. 229.' Ceterum de* Arcano tibi ego *v.* 518 *cf. sis Mahlerum l. s. s. p. 53.*

521. sireis *ex* sciris *scriptura effecit Ribbeckius trag. fragm.*[2] *p. XLIV,* seiris *Loewius Anal. Pl. p. 197: at cf. ad v. 230 al.*

522. 'argumen tibi *et lusit et propter pravum accentum peccavit Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 347.' Cf. idem l. s. s. 632 (conl. 104) de* ei rei *quem genetivum habet.*

524. 'quincto *servandum duxi, quamvis rara et fortasse singularis in ipso numero ea sit scriptura de qua cf. quae dixi de tesseris gladiatoriis p. 324 (Opusc. phil. IV p. 607).'*

525. Apage: Accheruntis ostium in uostrost agro *Philtoni optime continuat Beckerus in Studemundi Stud. I p. 240 adn. Stasimi personam delens post* Apage, *inferens post* agro.

526 *sqq.* 'coactum est *mire defensum a Gronovio Observ. IV, 3. Pro* putidum *coni.* mucidum *Heinsius Adversar. III, 1 p. 396.' Qui in libris secuntur v.* 527 *sq. male interpretatus est Brixius, quasi* Dissuadet *Lesbonicus dicat aut omnino dicere possit. Eosdem histrionum interpolationem esse H. Schenkelius putat Stud. Plaut. p. 696 sq. (act. acad. Vindob. t. XCVIII) itemque A. Muellerus in progr. gymn. Bad. a. 1883 p. 24. Eosdem post v.* 532 *collocat* 𝔖 *omissa cum B v. 533 Stasimi persona. Cf. ad v. 533. Nullo modo* Audi cetera. Postid *uno tenore dici possunt: quare vel si interpolati sint versus — quod vix crediderim — transponendi erunt.* '*De numeris v.* 527 *v. Proleg. p. CCXVI.' Mire de* credo *Philtoni tribuendo cogitavit Bergkius l. s. s. p. 632.*

529. 'postid *scribendum esse, non* post id, *docui Opusc. phil. II p. 270. 553. 566 coll. Nov. exc. I p. 97.' Frustra obloquitur Bergkius Symb. p. 89 ad Sallustium provocans, qui (cum Livio) tam* ad id loci (locorum) *habeat quam* post id locorum. *At Plautus non habet, quod ex prava ille analogia finxit neglectis* postidea antidhac *sim. formis. Ceterum cf. quae de* antehac *forma a Sallustio usurpata observarit Langenus Anal. Plaut. III (Monast. a. 1883) p. 14.*

531. '(h)em *extra versum conlocabam Proleg. p. CCCXXIII: quid nunc sentiam significatum est ad v. 3. Ceterum versu antecedenti* ille minus reddit *Pius.*'

533 *sq.* Necumquam 𝔉 *coll. v. 282: idque etiam ex tradito versuum ordine (cf. ad v. 526 sqq.) unice quadrat, non* Neque umquam. 'quisquam (*om.* est) *abusus Bergkius (Beitr. z. lat. Gr. I) p. 61 tam per se mira quam aperte falsa comminiscitur.' Idem postea* quisquam, quoius ille ager erat, fuit *l. s. s. p. 632. 'De numeris v. Proleg. p. CCX', Vahlenus in Ind. lect. aest. Berol. a. 1880 p. 5, Luchsius in Studemundi Stud. I p. 60, ubi* quoius ille fuit ager *recte improbat. At cum metrica huius versus offensione coniungenda est grammatica v. 534, ubi* quoium *scriptura exquisita minimeque tollenda non potest non spectare ad neutrius generis vocabulum. Unde conicio* ille ager *interpretamento talem locutionem depulsam esse e. g.* praedium quoius fuit *vel* quoius id agelli fuit (*cf. Ter. Ad. 949 sq.*). '*Pro* quoium *v.* 534 quorum *Saracenus (Fleckeisenus, Brixius). Genetivum pluralem cum Lindemanno ad Charis. p. 93 Buechelerus de decl. p. 46 interpretatur: neutrum singulare Bergkius defendit, simul de* quium *cogitans.* quoius *Muellero de pros. p. 179 placet': cf. eundem Additam. p. 21, S. Brandtium l. s. s. p. 34 sq.*

535. '*Vide ad v. 314 et cf. Proleg. p. XCII.* abiere alii demortui *Bergkius l. s. s. p. 71 cum detrimento numerorum. De omisso* sunt *cf. Proleg. p. CXII.' Adde Olsenium l. s. s. p. 11. 'Ceterum v.* 536 en *pro* (h)em *Hermannus.*'

537. *Cf. Olsenius p. 29. 'Ambrosiani scripturam* ad incitast redactus *interpretabar Proleg. p. CIX, revocandum autem potius ad* incita *formam Lucilianam fuisse recte Bergkius ratiocinatur Cens. p. 1128 (8). Cf. Opusc. phil. III p. 63.* istunc (*sine* a me) *𝔅 olim Proleg. p. LXIX.*'

538. 'omnia mea *miro iudicio defensum a Wagnero Mus. Rh. XXII p. 427.'* ante audiueris *male Spengelius.* indaudiueris *Loewius Anal. Pl. p. 198 itemque (praeter* auditaueris *vel* mala audiueris) *Bergkius l. s. s. p. 632 non dissentiente Brixio: at vide de huius compositi significatione rectissime iudicantem Ribbeckium com. frag.² p. CIX.* a me *ex versu antecedente repetitum est.*

539. 'fulgure ita afflatae sunt *Iac. Gutherius reperit in veteri suo codice, quem vide lib. I de iure Manium lib. I cap. 4: Pareus. Est autem vetus codex ille G. Vallae commentarius. Pro* alternas *𝔅 olim* ibi alternae, *Camerarius* hic alternae.' alternis *Spengelius, fortasse recte, nisi* alternatim *malis.*

540. '*Pro* anginad *olim* angina illi *𝔅.* angina hic *Camerarius.* angina acri *Hauptius Mus. Rhen. VII p. 478 (Opusc. I p. 165): quod quamquam probari Nov. exc. I p. 71, tamen re denuo pensitata intellegere videor* acerrume mori *posse defendi, quod Buechelerum quoque tueri*

video de declin. p. 48 (*'sie sterben reissend dahin' vertit Osthelderus* [*v. ad v. 367*] *p. 27*). *Quod siquis tamen negaverit, facili negotio scribere cum Lambino* acerruma *poterit. Totum versum sic Bothius transposuit:* Acerrume moriuntur angina sues. *Ceterum cf. Proleg. p. CLXXXI et secus iudicantem Fleckeisenum Cens. p. 34.'* anginast acerruma *Spengelius.* angina ⟨una⟩ acerruma 𝕾. *De* angĭna *quae cum Ritschelio* (*praef.*[2] *p. LXVI sq.*) *L. Muellerus communicaverat vide nunc in comment. Lucil. p. 267 sq.*

545 *sq. 'Cf. Fleckeisenum Cens. p. 239, quamquam in eo errantem, quod* Campas *formam analogia destitutam dixit: quae quam late pateat, vel illa docent quae Opusc. phil. II p. 715 commemorata sunt. Ceterum de Syrorum deque Campanorum* patientia *vide quae Parerg. p. 339 sq. 345 sqq. exposita sunt: quo nunc adde Mommseni Hist. rom. I p. 670 sq. ed. 4.* patientiam *mutationis longe aliam caussam habui atque Klotzio visum est Annal. phil. t. 87* (*a. 1863*) *p. 628.'*

547. istest *conl. Cistell. II, 3, 56 vindicavit Brixius.*

552. qui equidem *Brixius dubitanter: cf. Luchsius in progr. Erlang. a. 1883 p. 21 sq. De* isti(us) *cf. Opusc. phil. II p. 691, S. Brandtius l. s. s. p. 21. Ceterum v.* 551 detrudi istuc *Muellerus Addit. p. 49.*

554. 'quaerens *duce B Bentleius in Ter. Hautontim. II, 3, 48' itemque Bergkius l. s. s.: at vide B v. 572.*

555 *sq. 'Stasimo totum versum Bothius tribuit sic mutatum* At tu hercle et illi et alii caue sis dixeris*: quod miror Ladewigio placuisse Philologi XVII p. 251.'*

556. dixti arcano: sed sat est *duce A Bergkius.* dixti arcano 'St' satis 𝕾 *dubitanter.*

558. 'possiet *Camerarius.* os quoi 𝕽 *olim, cf. Proleg. p. LXXXIII.'* quoium os *Bergkius.*

559. 'quidem hercle *si verum est, non est saltem cum Fleckeiseno Cens. p. 260* Meus quidem hércle *metiendum, sed* Meus quídem hercle. *Fortasse tamen aut* quidem *aut* hercle *e vicinis versibus inrepsit quo multo leniores numeri prodeunt, quos commendabam Proleg. p. CXXVII. De correpta* hercle *voce* (*ut v. 58*) *dubitans Fleckeisenus mutatione non sane lenissima* qui *suadet pro* quidem, *ut sociata* qui hercle *verba sic conlocata idem valeant atque inverso ordine sese excipientia* hercle qui, *de quibus ipse egit in Miscellis criticis p. 28 sqq.: idque firmari Poenuli versu IV, 2, 88* (*910*) *arbitratur.' De* quidem *delendo iam Bentleius cogitaverat* (*ut v.* 557 *Guyetus hanc particulam delebat*). *An fuit:* Meus quidem necumquam? *Cf. tamen Luchsius in progr. Erl. a. 1883 p. 15. Ceterum* sapias *pro* sapies 𝕽 *dubitanter.*

560. *'Ambrosiani scripturam non debebat Lachmannus probare in Lucr. p. 195.* agro hoc ego hunc 𝕽 *olim, quod vel propter insequens* illum *displicet: ut nec* dé agro hoc hunc (*deleto* ego) *probabiliter tribuas poetae. Aut* agrod ego hunc *aut* hocedie ego hunc *aut* ego hodie hunc *in mentem venit Bergkio* (*Beitr. z. lat. Gr. I*) *p. 69.' Cf. Muellerus Addit. p. 79.* Lepide hércle agro ego hoc ⟨pacto⟩ húnc *s. d. vel* hoc ⟨dolo⟩*: cf. Most. v. 715 sq.* 𝕾.

562 *sqq. Vide ad versum 568.*

563. 'locutust *Hermannus. Cf. Proleg. p. CIX.' Adde Olsenium l. s. s. p. 16.'*

565. Et égo esse, *non* Et ego ésse 𝕽 *addens: 'de accentu v. Proleg. p. CCLXI, de quo manifestum est falli Muellerum de pros. p. 299.' Cf. eundem Addit. p. XII. Postea v. 440 ipse comparavit* 𝕽. *'De* nequicquam *forma vide Nov. exc. I p. 58.'*

566. 'Licuit si *Guyetus.* nunc quia *Reizius.'*

568. *'De* ante[a] *vide Opusc. phil. II p. 546 sq. conl. 270 sq., Proleg. p. CCXXX: quibus frustra oblocutus est Crainius Stud. Plaut. p. 9.* antehac *Geppertus.'* antid *Wagnerus. Nescio an omnino interpolatum sit* antea, *ut olim extiterit velut* Si tu uoluisses, *vel* Pol si u. *'Sine iusta caussa v.* 567. 568 *a Plauto abiudicavit Ladewigius Philologi XVII p. 252.' Longius progressus Ribbeckius Mus. Rh. XXVII p. 177 sq.* Redeo ád te Lesbonice *v.* 562 *cum* (Ph.) Quod dixti modo (*v.* 567)*:* De dote *cet.* (*v.* 569) *coniunxit reliquis omissis, post quem Teuffelius ibid. XXX p. 474 sq. conl. v. 439 sqq. v.* 562—568 *ab histrionibus profectos esse dixit, vix recte.*

572. etiam nunc neuis? *Bergkius l. s. s. p. 633: ubi etiam* Quid tibi lubet *v.* 570 *tenet.*

573. 'Quid istuc *post Lambinum Hermannus.'*

575. Natus (*om.* est) *Olsenius l. s. s. p. 98. 'Haud dubie olim* Gnatust *fuit.' Mox* quam est illud *cum Camerario* 𝕽 *postea Gepperto adstipulans.*

576. 'Id uolo *Fleckeisenus. Cf. Proleg. p. CCLXXXIX.'*

579. 'Tu *pro* Sed *Geppertus non sane inepte.'* Sequór. — Stasime, ábi huc ad meám s. 𝕾.

582. Callicleti *Bergkius l. s. s.* (*at v. Philol. XIV p. 185*). 'mi ut conuenat *sat mire cum proximo versu constructa duce Acidalio Bothius.* me ut conuenat *Lindemannus', item Spengelius Wagnerusque: at v. Brixius ad v. 41. 'Cf. Proleg. p. CCLXXXII.* med ut conueniat | Tu i modo *Fleckeisenus, fortasse recte.'*

584. 'sine dote non dare *Saracenus.* me sine dote haud dare *Taubmannus casu puto: sed ut* me *illo recte fortasse sic utare cum Hermanno* sine dote haud me dare. *Quamquam cf. Proleg. p. CLXXXV. CCXXVI.* s. d. hau dare ei *Muellerus de pros. p. 23.'* haud dari *Spengelius. Possis etiam:* Quin tu abi modo.

586 *sqq.* 'o pater *apparet e v. 588 huc inrepsisse, similiter atque v. 564. 582. 1174 factum.* i modo i modo. Le. O pater *inter alia Acidalius.* i modo, i modo. Le. neque *Bothius.'* i modo. Le. o pater, pater *Bentleius. 'Cum Acidalio faciens Ladewigius Philologi XVII p. 253 duos versus proximos deleri iussit sine caussa. Ceterum v.* 587 qui *pro* quin *Hermannus. Versu* 588 Id míhi potissimum (*vel fortasse* Mihi id p.) *expetentes, ut potui, consolari studui Proleg. p. CCLXVIII sq.'*

590. 'Eo : tu *probatum Muellero de pros. p. 744.* Tute *Bothius.* Tu istuc curato quod ego iussi : iam h. e. *Hermannus.'* I tu *Spengelius.* Tu istuc c. q. i.: ego ⟨adeo⟩ i. h. e. *pessime Braunius l. s. s. p. 37. An:* Tu istuc cura ⟨una opera⟩ quod iussi: e. i. h. e.*? Nam molestius per* Eo *additum duplex efficitur oppositio.*

592. 'gestum probe *Lambinus.'*

594. 'In ambiguo etiam nunc est 𝕽 *Proleg. p. CCXIX conl. p. CCXXI: sed pro uno vocabulo sunt* etiam nunc *ut* etiamnum, *quod ipsum fortasse restituendum.'*

595 *sqq.* ‘Sed si *post Camerarium* ℜ *Parerg. p. 527 sq., Proleg. p. CXXXIX.* Sed is si *dubitanter Muellerus de pros. p. 329.* Is si *Geppertus. Post versum* 596 *autem adeo et sententia et structura hiat, ut non possit non aliquid intercidisse, velut tale:*

> Nam ut mei eri ingenium noui truculentum admodum
> Effugiet *e. q. s.*

Fortasse etiam ante versum 600, *ad quem nescio an a superiore citius transeatur aliquid intercidit.*’ *Ante* effugiet ex urbe *v.* 597 *nihil nisi* Nam *particulam* (*praecedente* sarcina) *intercidisse Bergkius contendit l. s. s. p. 633: non maiore cum probabilitate quam si quis ante* ibo huc *v.* 600 Iam *particulam* (*praecedente* Ciliciam) *insereret.*

598. ‘istac *defensum ab Handio Tursell. III p. 460.* istinc *Dousa Explan. Pl. IV, 23.* ille istim *Pareus.* Iste hinc ℜ *olim.* is tunc *Buggeus* (*Tidsskrift for Philol. og Paedagogik t. VI, a. 1865*) *p. 18.* Subito ístic *pro* Ibit istac *Bergkius l. s. s., construens cum v. antecedenti. Muelleri de pros. p. 363 mentem non satis adsequor.*’ Ibo istac *Spengelius.* Inbitet aliquo 𝔖, *nisi potius* Ibis, Stasime, aliquo (*cf. v. 718. 1008. 1013*) *vel* Inbites tu aliquo (*cf. Epid. v. 145*) *exspectes.* Ibit statim ℜ² *cum Brixio* ‘*nisi quid tamen aliud subest*’: *at cf. Langenum Symb. p. 16* (*ubi de* Ibit iam hinc *cogitat*). [Bitetur a. *Loewius.*]

601. ‘*De trisyllabo* exturbauit *fallitur Lachmannus in Lucr. p. 290.* nostris *recte probatum Fleckeiseno Cens. p. 62. 64.* ex nostris *sic transponendo* Postquam híc exturbat nos ex nostris aedibus *tuetur Kochius, sed post Vallaurium, cuius ne aeterna oblivione nomen obrueretur, hoc uno loco mentionem faciendam putavi.* ex nostri *parum credibiliter Buechelerus de decl. p. 45.*’ *An:* Quom hic (*vel* Hic quom) exturbauit nos ex nostris a.?

602. ‘quomodo *iunctim scriptum etsi damnat Lachmannus in Lucr. p. 116 rectius tamen Fleckeisenus iudicavit Annal. phil. t. 95 (a. 1867) p. 625, cf. eundem Cens. p. 61. Quamquam etiam alia ratio accedit, quam suo tempore explicabimus. Ceterum* uostrum *coniecerunt Scaliger Lambinus (Callicli versum continuantes).*’

603. ‘despopondisse? St. hoc *Camerarius verbi forma valde dubitabili.* despondisse? St. istoc *coni. Fleckeisenus.*’ despondisse: st hoc *Bergkius.* ‘*De* em *particulae prosodia vide ad v. 3 dicta.*’ *Cum* ℜ *convenit Muellero Additam. p. 109 (cf. p. XV).*

605. ‘Ca. ⟨Em⟩ sine ℜ *Proleg. p. CCXXV: quo non opus esse satis hodie intellectum est. Ceterum fortasse etiam in talibus locis ut v.* 604 quoii *potius scribendum ut v. 358. 558.*’

606. dicis *cum vulgata* ℜ: *at* dices *recte defendit Teuffelius in Annal. philol. CV (a. 1872) p. 668. 831 sq.* ‘tute edepol nullus *Bothius: quod non debui tueri Proleg. p. CXCIV sq. Alia lusit Muellerus de pros. p. 568.*’ tum tu edepol nullus *Brixius: cf. Annal. philol. CXIII (a. 1876) p. 532 sq.*

608. ‘ilico, *non* illico, *libri et hic et alibi constanter.*’ *Praeterea cf. Langenus Symb. p. 158 sq.* ‘*De Praenestinorum sermone cf. Parerg. p. 196, Opusc. phil. II p. 372. IV p. 684. Adde Mommseni Hist. rom. I⁴ p. 907*’; *vide etiam Loewium Act. soc. phil. II p. 474 sq., Bergkium Opusc. phil. I p. 187 sqq., Iordanum (krit. Beitr. z. Gesch. d. lat. Spr.) p. 11.*

611. 'quidem *Hermannus. Vide ad v. 352.*'

613. 'istam rem ad me ego *Guyetus.* ad me ego istam rem *Hermannus.* ego istanc ad me rem *commendabam Proleg. p. CXCV conl. CXCIII sq.: pro quo poteram etiam* istam ego ad me rem.' egomet stam rem ad me *Bergkius l. s. s. p. 633.*

616. 'Agro ut *Kochius non sine ratione.*' *Ceterum* euertit *iuxta* euortat *servat Bergkius l. s.*

617. 'quam absente te *Camerarius: unde* quam absenti *Kochius. Fuit olim ut puto* APSENTEI.'

621. Quoí tuam quóm rem crédiderís sine ómni *Bergkius l. s. s. p. 634.* '*se pro* sine *posse poetam dedisse disputari Opusc. phil. III p. 131. Sed vide Proleg. p. CXXXII sqq.*'

622. *De* ecillum *scriptura v. Ribbeckius trag. fragm.*[2] *p. LI sq. Adde sis Schenkelium Stud. Plaut. p. 620.*

623. '*Pro* celeri *est cui in mentem venerit* celebri *conl. Accii v. 24 Ribb. De accentu* intér eos *v. Proleg. p. CCXXVI sq. Somniat Crainius Philologi IX p. 668. Cf. v.* 619 ergá te, *quode v. Proleg. p. CCXXXVII et Nov. exc. I p. 36 sq.*'

624. 'gradu Sunt *Acidalius parum firmis exemplis confisus. Dein* illíc (*pro* illé) reprehendit *Hermannus: sed v. Proleg. p. CCXXV et CCXXVII. Ceterum v.* 615 (illic) *miro sensu in prosodia haesit Engerus in programmate Ostroviensi* (*zur Prosodik des Pl.*) *a. 1852 p. XIX.*'

625. *Etiam de* Haud ita e. *cogitarit* ℞. 'Haud illi euscheme *Camerarius.* Haud ineuscheme *post Handium Tursell. III p. 33 Bergkius Diar. ant. stud. a. 1855 p. 295* (*115*) *prorsus contra sentiendi vivendique consuetudinem veterum. Magis placiturum sit* Haud hercle euscheme *vel aliquid simile: modo codices faverent.*' Haud sane euscheme *Brixius.* Aha, ut ineuscheme (haut *i. e.* ha ut *cf. v. 681. 1060*) 𝕾 [*itemque, sed* Eia ut, *Loewius*]. 'absessero *correctum iam in proximis post principem edd.*' *Versu sequenti cogitare possis de* duorum audire adfinium.

628 *sqq.* '*De* quod *v.* 628 *vide Nov. exc. I p. 57. 79 sq., Opusc. phil. III p. 124* (*vidit etiam Kochius Annal. phil. t. 101* [*a. 1870*] *p. 63*). *Pro* tuam *Bothius* tuae *cum proximo versu constructum, ubi* gloriam aut famam *expetebat Lambinus.*' *De loci integritate recte dubitat Brixius: ac nescio an* Si in rem tuamst *scribendum sit* (*cf. v. 636*), *versus autem* 629 *pro interpretamento habendus ex v. 640 sqq. hausto.* '*De numeris v.* 630 *cf. Proleg. p. CXII. CCLXXVI sq.*'

631. '*Pro* quam *est qui* quom *coniciat, ut proxima* quid faceres *e. q. s. in apodosi sint.*'

633. 'Qui bene simulas *Bothius.* Qui bene simulans *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 347* (*104*). *Longius a libris* Qui mihi bene quom simulas facere (*sine* te) ℞ *olim: cf. Proleg. p. CCLXI.*' *Item Bergkius l. s. s. p. 634, nisi quod* mihi facere. *An*: Qui bene quom facis (*vel* uolas) facere mihi te?

634. '*Vide Fleckeisenum Philol. II* (*a. 1847*) *p. 91 sqq.*' *et Warrenum l. s. s.* 'Qui *pro* Quid *Acidalius.*'

635 *sq.* 'rei *non* re *libri: quod propter Buechelerum de decl. p. 54 moneo monueramque praef. Stichi p. XXVI.* tu mi es melior quam ego? mihi (*constructum hoc cum v. proximo*) *Meierus Opusc. acad. II p. 323.*

melior tu es quam egomet mihi *Hermannus*.' tu mihi quam egomet (*vel* tu quam egomet mihi) melior es *Brixius*. tu's melior quam egomet mihi *Bergkius l. s. s. Tu vindicavit Brixius cum Spengelio. Fortasse* (ego)met *hic delendum ad versum insequentem spectat* satis, in rem quae sint meam, egomet spicio mihi *pro* ego conspicio: *nam* conspicio *non modo inusitate, verum vix recte ad sententiam illic dicitur.* '*Ibidem* in re quae sint mea *Pareus ed. tert.* ('*quomodo doctissimus Gifanius reperit in antiqq. libb.*'). méam *an* meám *rectius pronunties ambiguum esse dixi Proleg. p. CCI.*'

637. 'ut qui — repudiet *Lambinus. De* ut qui *cf. Fleckeisenum Misc. crit. p. 33. Hoc quoque versu posse* benficium (*atque adeo fortasse* benuolente) *scriptum fuisse, ut v. 638 ratiocinatus sum Opusc. phil. II p. 719.*'

639. 'mens officio migrat (*A*) *Bergkius Cens. p. 1140* (*20*) *Placidi p. 73, 20 D. glossa tuetur:* officio migraui(t): ab officio recessi(t). (*cf. Opusc. phil. III p. 63*). *Ex* mẽse officiũ (*BCD*) *haud scio an non improbabiliter efficias* mens se officio *duce Reizio, qui Titinii versu 147 R. usus* se a me officium *proposuit: cf. Hermannum praef. p. IX.* meum se officium *Scioppius Susp. lect. II, 1. Nihil effecit disputando, falsa testatus de codd., Kampmannus de* AB *praep. p. 24.*' mens suo officio *requirit F. Leo Mus. Rhen. XXXVIII* (*a. 1883*) *p. 4 adn.*

642. 'Ita tandem *Hermannus.* Itane tandem tibi, *deleto in fine* tibi, *Bothius. De* ităn' *eis, quae Proleg. p. CXXXVIII significata sunt ut uberiore disputatione ne egentia quidem, frustra obloquitur Bergkius Cens. p. 1139 sq.* (*19*).' *Adde sis Braunium Obs. gramm.* (*ed. Berol. a. 1882*) *p. 57. De* maiiores *scriptura cf. ad v. 428, Bergkius p. 1140* (*20*).

644. 'Atqui *Gronovius Observ. IV, 3:* Anne *Meierus: uterque segregans haec a superioribus et Pii exemplo cum proximis iungens: contra quos dixi Proleg. p. LXXX. Pro* posterorum *coni.* posterum *Scaliger.* uindex (*de quo rectissime iam G. Valla: ut ulciscaris ac iugules honorem qui venturus erat ad posteros*) *defensum a Turnebo Advers. XIX, 28 et Vossio de analogia I, 34 p. 529, item iam Proleg. p. CCCXXIV probatum, vindicatum autem suasore Bernaysio Opusc. phil. II p. 526.* uibex *post Camerarium Lambinus, Dousa, Acidalius.* index *Scaliger.* inlex *in Plantinianae exemplo Leidensi XIII. D. 313 adscriptum.* uendax (*et antea* honoris) *Bothius.* tu obex (*immo* obiex) *R olim, sed iam Proleg. l. s. s. reprobatum.*' *De* auspex *cogitabat Bergkius Opusc. phil. I p. 634.*

645. 'paterque auosque *et ipse tuitus sum Proleg. p. CLXXVII sq. nec Fleckeisenus posthabere ausus est Cens. p. 32 sq.*'

647. 'maxuma *R cum Bothio pro* maxume: *quod non intellego.*' *At cf. quae Anal. Plaut. p. 24 adn. exposui.* 'tuis quom stultis moribus *Acidalius cum proximis construens.*' moris *pro* stultis *Kiesslingius apud Wagnerum perquam verisimiliter.*

648. 'tuum uirtuti uti *Hermannus.* uirtuti ut tuum *Bothius.* tuum tu uirtuti ut (*aut* tuum tu amorem uirtuti ut) *R Proleg. p. CCXV.*' *Cf. H. Koehlerus l. s. s. p. 79.*

651. da haud in lecto *cum F et veteribus post Z edd. defendit Bergkius l. s. s. Cf. Proleg. p. LXVIII.* ne in lectu *Brugmanus* (*Commentat. in hon. F. Buecheleri et H. Vseneri ed. a. soc. phil. Bonn. a. 1873*) *p. 94 sq.*

652. Atqui ℞: *cf. v. 677 (746).* 'denixe *recepi quia ad ipsum Plautum spectare glossarium illud omne intellexi, quode vide nunc Opusc. phil. III p. 62 sqq.' Cf. Loewium Prodr. p. 293 sqq.* 'rem enixe *Hauptius Quaest Catull. p. 23 tenuit.* rem menixe (*B*) *ad* rem iam enixe *ducere mihi visum Proleg. p. LXXII. CXCIII sq., ad* rem tam enixe *Kochio: absque quo esset, etiam de* rem enixed *cogitare licuit ad eorum similitudinem quae Nov. exc. I p. 87 sqq. tractari. Transponendo liberalis (post Hermannum) Muellerus exstitit de pros. p. 588': at cf. eundem Addit. p. 118.*

655 *sq.* '*De interpunctione nugari mihi videtur C. G. Muellerus Annal. phil. t. 83 (a. 1861) p. 270.* vel exquisiuero *aut* vel ex ignarure *Scaliger. Ceterum v.* 656 maiorum gloriam *vitium Gronovianae.* et meum maiorum gloriam foedauerim *Lomanus Spec. p. 73: contra quem dixi Proleg. p. CCLXXIV.*'

658. 'uinctus *etsi cum aliqua specie veri Fleckeisenus Cens. p. 249 defendit, tamen vereor ut vel cum* ui *vocis notione vel cum proximo* aptus *(si modo id ipsum satis fidei habet) sat commode coeat.* aptus *scripsi conlatis Nonii p. 234 sq. exemplis, quibus* aptum conexum et colligatum *significat: probavitque id Fleckeisenus Cens. p. 249.* captus otio *Hermannus, fortasse vere. De bisyllabo* otio *cogitantem Bergkium Cens. p. 1140 (20). Diar. ant. stud. a. 1850 p. 341 (45 conl. 75 sq.) satis refellisse videor Opusc. phil. II p. 595 sqq. 603 conl. Proleg. p. CLXI.*' *Etiam incredibiliora et ad hunc v. et ad v.* 660 *vide apud Bergkium p. 634. De* fraudis *notione cf. Langenus Symb. p. 274 sq. Idem* uinctus *tuetur in Annal. phil. CXXV (a. 1882) p. 778.*

659. '*De* proinde ut (ac) *vide Fleckeisenum Cens. p. 245 et cf. Fuhrmannum in illius Ann. phil. t. 97 (a. 1868) p. 852 sq.' V. Luchsius in Studem. Stud. I p. 24.* 'mereris, habeo summam gratiam *Ant. Reinio duce (Quaest. Pl. part. 1, ed. Crefeldiae a. 1834) p. 13* ℞ *Proleg. p. CCCXXIII. Cf. Muellerus Philol. IX p. 589 sq. Neuius II p. 298 sq.': vide ad v. 1.* summas ago ego gratias *Langenus Symb. p. 13 sq. accuratissime de his formulis disputans. Conl. Poen. v. 1274 etsi cum Brixio traditam scripturam revocaverim, tamen valde dubito de loci integritate ac recte puto Langenum* nunc ago *expetivisse. An fuit* proinde ut merere ⟨ago⟩ summas ⟨quom⟩ abeo gratias? *Praeterea nescio an ante hunc versum aliquid interciderit (unde etiam de* Et *in* Set *mutato scrupulus remanet) velut:*

⟨At iam deseram hanc ego uitam atque aliquid capiam consili⟩
Et tibi nunc proinde ut merere ⟨ago⟩ summas ⟨quom⟩ abeo gratias.

660 *sqq.* 'te haec corde spernere (*om.* dicta) *Bothius. Simplex* haec *pronomen cum quo spectet minime appareat, non potest non* corde *e versus 650 recordatione natum videri. Vtrumque servare Hermannus sic instituit:* At meam sic períre operam et te h. d. c. sp.' At o. p. m. et te h. d. c. sp. (*om.* sic) *Brixius, recte* corde *tenens, quod vix probabilius ex v. 677 quam ex. v. 650 repetas, sed mire haerens in* sic *particula aptissima, de qua ipsum Brixium cf. ad Men. I, 2, 22. Mil. 853. Quare lacunam statuo (quam etiam v. 662* Et postremo *commendat) ad hoc exemplum:*

At operam perire meam sic et te ⟨hac pertinacia,
Lingua quom agis gratias,⟩ haec dicta corde spernere *e. q. s.*

'*Ceterum versus* 660—664 *post v.* 673 *transponi iussit Meierus Opusc. acad. II p. 328 sq.* (*qui quas in singulis mutationes fecit, praestat silentio praeterire*). *Citius credam hos versus et* 674—678 *duarum recensionum partes geminas esse.*' *Lacunam potius ante v.* 665 *Bergkius statuit. De singulis in his versibus haec monenda sunt.* '*Versu* 661, *ubi* piget *sine* me *R olim,* pige' *pronuntiandum esse certa ratione demonstravi* (*Opusc. phil. IV p. 406 sq.*). *Quamquam, rem si per se spectas, licuit etiam* simu' mé pigét, *vel cum transpositione adeo* simúl pigét me páru' pudere te: *quas tamen metiendi vias satis patet cur posthabendas putem. Non satis recte de hoc genere universo statui Proleg. p. CXLIX. CCXLVII. CCLXXV.*' *Versu* 662 hoc quod (*pro* ut) dico *R ut v.* 449 (*cf. 675*): *at vide Brixium.* '*V.* 663 honos (*non* honor *ut hic*) *est v. 697: sed illud et Rud. I, 3, 12 et in Scipionum titulo n. 38. Adde Curc. I, 2, 5* (*99*) *et Poen. V, 4, 6* (*1179*). *Versu* 664 oculto *C, ut v. 712: ad pronuntiationem recte, sed ut, qui eam scripturam probet, etiam* ĭle ĕse *et* sátelites *et* símilumae *et similia omnia scribere debeat, praesertim cum ipse C alia singularia habeat ut* dampnum *vel* adque. *Vide Proleg. p. CXXIV* (*ubi tamen non debebam* OQUOLTOD *scriptura uti, qua nihil probatur*) *et cf. Opusc. phil. II p. 509. Ex* ocultabo *v. 278 etiam magis apparet nihil esse eiusdem codicis scripturae* in oculto *tribuendum.*' *Ceterum recte P. E. Sonnenburgius de Men. Pl. retractata* (*ed. Bonnae a. 1882*) *sent. contr. X meliore iure scripturam* OQVPATVS *CIL I 200. 25 afferi posse contendit. Denique* '*v.* 665 (ingenium tuom ingenuom) *de proceleusmatico minime cogitandum est cum Muellero de pros. p. 353.*'

668. 'icitur *L. Spengelius Caecil. Fragm. p. 16.*'

670 *sqq.* '*E glossemate esse* magis *apparet. Liberius Bergkius Cens. p. 1141* (*21*) *totum versum talem conformavit:* Magis placet quod dissuadetur: minus quod suadetur placet.' *Ceterum fuit qui totum versum secluderet, non v.* 672: '*quem praecedenti praeponebat Meierus, cum adsentiri Bergkio videatur Engerus ea commentatione, cuius ad v. 624* (*615*) *mentio facta est p. XVII sq., quamquam is in* ille *vocis prosodia frustra laborans.*'

673. 'et *delebat Lipsius Epistol. quaest. III, 20. Transposuit Hermannus* Insanum est malum deuorti in hospitium.' *Male Spengelius* insanumst id malum in hospitium d. *Ceterum* hospitio *quod* '*nequaquam male*' *in ed. II dixerat Muellerum correxisse, in ed. III ipse recepturus erat R. De* in fospitium (*forma certe non Plautina, sed Sabina*) *vide sis Schenkelium Stud. Plaut. p. 611 sqq. cogitantem. Cf. ad v. 660 sqq.* '*Ceterum v.* 674 expetat *pro* expetas *Scaliger.*'

675. '*V. Nitzschius Mus. Rhen. XII* (*a. 1857*) *p. 136 deque* quod *pro* ut *substituto cf. v. 449. 662: atque* incendium *pro* indicium *iam Lambinus* (incidium '*libri veteres*' *Lambini*). facis, igni tuum i. g. *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 347* (*104. cf. 634*), *sed* facis, indignum, tuum *idem ibid. a. 1855 p. 289* (*109*): *neutrum probabiliter.* Si istuc (*cogita* expetis), ut conari facis indicium, t. i. g. *Bothius: item, sed* te ut *pro* ut *substituens, Lindemannus,* conare et *pro* conare *Brixius olim. Praeeunte Acidalio* (Si istuc, ut facis indicium, conare) *Hermannus:* Si istuc conare ut facis mi indicium, t. i. g.: *item, nisi quod* nunc facis *pro* facis mi *R olim. Fallitur de his et proximis*

Gronovius Observ. IV, 3.' Si istuc te agere facis indicium, tu tuom i. g. *Spengelius.* Si istuc tu (*vel potius* tu istuc) conare, facis indicium tuom incendei genus 𝕾.

676 *sqq.* *An:* Túm igitur tibi aquae érit cupido? 'tibi aqua erit *Camerarius: quo servato simul* Cupido *Brixius, sententiae interpretatione argutissima.* qui restinguas [ocius] 𝕽. *exempli causa pro* genus qui r. tuum *verbis e v. 675 et 678 aut errore aut explicandi caussa repetitis. Praeterea olim* Atqui *pro* Atque *idem v.* 677. *Versu autem* 678 ne gliscat *pro* congliscat *Hermannus.*'

679. 'Facil est inuentu 𝕽 *h. e.* facilist inuentu, *quod ipsum Lambinus voluit: ad eorum illud similitudinem quae Opusc. phil. II p. 331. 452 tractari.* Facile inuentu est, *fallaci testimonio exstare creditum in B, reprobabam Proleg. p. CCXXXVIII conl. p. CCLXXVII, tuebatur* dabitur *pro* datur *substituens C. F. Hermannus* (*v. praef. Stichi p. XIX*).' *Cf. Buecheleras Mus. Rhen. XXIX* (*a. 1874*) *p. 196* (*ad Trucul. v. 505. 169*). *De* tam etsi *videsis Braunium l. s. s. p. 44 adn.*

681. Meam ut sororem tibi dem suades *recte Opitzius in Stud. Lips. VI p. 256.* 'suades *potius Bothius delebat sic transponens:* Meam sororem uis tibi dem. *Pro* aha *olim* at 𝕽.' ah *Spengelius* (*item v. 649*) *assentiente fere Brixio: at cf. Richterus l. s. s.* (*ad v. 495*).

682. 'tantam abusus sum rem 𝕽 *nisi quis forte* abusus tantam sum rem *maluerit.* abusus sum tantam rem *vix recte excusabam Proleg. p. CCXXXVII.* abusus tantam rem sum *Fleckeisenus,* abusus sum rem tantam *Kochius: neuter meo sensu probabiliter, quando tam sunt pro una notione* rem patriam, *ut vix divelli passint.*'

683. '*Vide Proleg. p. CCLXII.*' me merito *vindicavit Brixius.*

685 *sqq.* 'diútius *pronuntiandum* τρισυλλάβως, *non* díūtius *cum L. Muellero praef. Phaedri p. XI* (*cf. de re metr. p. 348, ad Lucil. p. 253*)*: id quod rectissime nunc demonstratum video a Fleckeiseno Ann. phil. t. 101* (*a. 1870*) *p. 69 sqq.*' díūtius *Dziatzko quoque Mus. Rhen. XXXIII* (*a. 1878*) *p. 97.* '*De versibus* 686—691 *post v. 705 iteratis cf. Parerg. p. 533, Proleg. p. LXX. Ceterum v.* 686 *servato* Tanto *quis rhetoricum genus interrogandi agnoscat? ubi* Tandem *Acidalius.*'

687. 'eum me agrum *pro* eum agrum me 𝕽 (*Proleg. p. CCLXVI*)*: fortasse tamen* eum *delendum; v. ad v. 700.*'

688 *sq.* 'tam te mihi *pro* mihi te tam *Kochius conl. Capt. 318 sqq. Versu autem* 689 me hac fama differant (*pro* mi hanc famam d.) *Meursius.*'

691. 'Sic sine dote dedidisse *Camerarius ed. sec.* (*Bentleiusque*)*: ubi* tradidisse *praeter rationem Wagnerus de Pl. Aulul.* (*ed. Bonnae a. 1864*) *p. 24.*' Si sine dote erit, dedisse *Bergkius Opusc. phil. I p. 635 haerens in* dem *a Klotzio inserto ac* dederim *potius requirens. Nescio an* sine dote *verba ex interpretamento sint, praesertim cum v.* 693 *iteretur* si sine dote duxeris (*unde fuit cum de his verbis cum proximis potius iungendis quam cum antecedentibus cogitaret* 𝕽)*: e. g.* Sic ⟨quasi tu emeris⟩ d.

692. 'famiferatio *forma et Dousae et Bergkio Diar. ant. stud. a. 1855 p. 289* (*110*) *non displicuit: eandem iam Camerarius non probavit tantum, sed etiam recepit: nec id fortasse immerito.*' *Item vindicavit Loewius Anal. Plaut. p. 198. At* famigeratio *conl. v. 259. 219 defendit Brixius.*

693. *Cf. ad v. 691.* 'conlutulentet *firmatum a Buggeo (v. ad v. 598) p. 19 cum* opulentare turbulentare *verborum similitudine, tum glossis Placidi in Class. auct. t. VI p. 565 (p. 61, 6 D.)* lutulentus sit (*scr.* lutulentassit): luculentum fecerit *et t. III p. 478* luculentasset : luculentum fecisset: *unde sua hausit Lorentius in Nunt. crud. Gotting. a. 1868 p. 1199.* conlutulare *verbum cum intellexissem analogia prorsus destitui,* me autem conlutitet si *commendabam Parerg. p. 534, Proleg. p. LXXIV. Veterem esse errorem apparet, quo et* conlutulet *natum apud Nonium [et* collutilo πηλόω *in glossis Labbaei p. 33 ed. Par.].' Inclusi ex 'Onomastico' haustum.*

694 *sq.* '*Versus 694 fuit cui additicius videretur: quo tamen propter Lysitelis responsum non videmur carere posse. De numeris v.* 695 *mire fallitur Kampmannus de* AB *praep. p. 15* agrum abs te *transponens. Ceterum quod e dictatoris mentione Meierus Opusc. acad. II p. 322 sibi visus est de tempore scriptae fabulae argumentari posse, id cur nihili esse putem significavi Proleg. p. CCCXII.'*

699 *sq.* inter nos uosque (*cf. v. 412*) *vel* inter nos numero *pro* inter nos nostram *Bergkius l. s. s. p. 635: illud nequaquam male. 'De versus* 700 *numeris severius iudicavi Proleg. p. CCXLV.'*

702 *sqq.* '*Totum v. 702 insiticium habet Kochius, non sine magna specie veri: in eiusdemque interpolationis societatem nunc etiam proximum adsciscit: immerito, si quid video. Versu* 703 perterritum *Gulielmius. Versus post v.* 704 *iteratos servavit et praef. p. XII sq. defendit Hermannus: parum feliciter, ut Parerg. p. 529 sqq. demonstravi persuasique praeter alios Ladewigio Philologi XVII p. 252.' Adde Goetzium in Act. soc. phil. Lips. VI p. 252.*

705 *sq.* '*Pro* non enim *librorum tam Plautinorum quam Ciceronianorum* Noenum *R Nov. exc. I p. 112 sq. conl. p. 40 et Opusc. phil. II p. 242 sq.* (Enim non *Palmerius Spicil. p. 730*)': *quode rectissime post alios disputavit Langenus Symb. p. 263 sq.* 'Facilem *versu* 706 *pro* Facile *Scaliger'*, uictus (*om.* est) *Olsenius p. 11. 'Ceterum quo haec spectent et quam vim habeant significatum est Parerg. p. 231, quo adde Mommsenum Hist. rom. I⁴ p. 900.'*

707 *sq.* '*Lesbonico v. 707 tribuebat Bergkius Cens. p. 1141 (21): rectius cum una cum proximo, ut qui non ad poetarum magis quam ad actorum personas spectent, post Plauti aetatem accessisse Ladewigius l. s. s. p. 253 sqq. ratiocinatur. Vt Plautinos defendit Hertzbergius p. 354.* Agit hic *Reizius.* uorsus *Fleckeisenus. V.* 708 túeris, *non* tuéris *cum Hermanno, pronuntiandum esse dixi Proleg. p. CLXV.* multam abomina *Palmerius Spicil. p. 659.* multabo mina *probatum Hauptio Opusc. I p. 165: quicum cf. Ladewigium.' Adde Pernicium in Parergis II p. 33 adn. (Act. hist. iur. V a. 1884).*

709. 'Qui *pro* quid *Brixius: quo si opus esset ad sententiam, tamen eo facilius careremus, quo certius Nov. exc. I p. 56 sqq. demonstratum esse puto etiam* quid *pro ablativo esse.' Vide secus iudicantem Kienitzium l. s. s. p. 570. 'De prosodia v. Proleg. p. CXXIX: nec enim Buecheler adsentiendum de decl. p. 58.'*

712. '*De* inoculto *scriptura v. ad v. 664. Quamquam hoc loco ne opus quidem est correpta antepaenultima, si Reizium sequare sic metientem:* Níl ego in óculto. *Prorsus praeter rem* Nil in occulto ego *Lomanus Spec. p. 74.'*

714. '*In* dotẽ (*B*) *cum latere* dotei *suspicatur Buechelerus de decl. p. 50, id quale sit significari Nov. exc. I p. 105. Cf. Proleg. p. CCXXXIII. CCLXII, ubi* erit méum *pro* meum erit (meumst) *proponebam.*'

715. 'agas *nego intellegi posse': defendit Muellerus Additam. p. 159. Ni fallor* a *ad* eueniet *adscripta ad* agis *adhibita est.* abiturus, *non* abituru's, *Olsenius l. s. s. p. 22.*

716. 'tibi numquam ero *Bothius: sed vide Proleg. p. CCXLV.*'

717. 'Abiit hercle ille *Guyetus.* Abiit hercle quidem *Hermannus. Cf. Proleg. p. LXIX. CXXVII.' Vel* quidem *vel* hercle *deleto Fleckeisenus quoque annal. phil. CIII (a. 1871) p. 811 perfectum servari voluit idemque Bergkius necessarium habuit ibid. CV (a. 1872) p. 128 adn.* Abiit *cum reliquis servavit* ecqui *pro* ecquid *substituto Wagnerus numeris non optimis. Fuit ni fallor* Abiit hercle ille. equidem (ecquid) audis?

718. 'hinc *delebat Guyetus, cui adsentitur (adsentiebatur saltem) Fleckeisenus Epist. p. XXX: sed v. Proleg. p. CXXXVIII.*'

720 *sqq.* 'fulmenta *et deinceps* soccos *Salmasius. Proximos versus sic conlocans Hermannus praef. p. XX sqq.:* 723 (Credo —), 724 (Et capturum —), 721 (Video —), 722 (Aut aliquem —) *minime persuadet: nec plus profecit Grauertus Diurn. scholast. a. 1829 p. 44 hunc ordinem commendans:* 721. 723. 724. 722. *Vnum et alterum post versum* 724 *intercidisse Meierus Opusc. acad. II p. 329 suspicatur: id quod negavi Proleg. p. XVII.' At post v.* 721 *nescio an versus interciderit (unde etiam* Aut *v.* 722 *retinendum sit), quode iam censorem edit. Ritsch. in Ind. phil. III p. 314 cogitasse video. Velut:*

> ⟨Atque aliquo ad legiónem nunc si nóbis abeundúm siet⟩
> Aút aliquem ad regem ín saginam erus sése coniexít meus,
> Crédo *e. q. s.*

'*Pro* A(u)t *Gruterus* Vt, *construens haec cum versu 721.* Ad aliquem regem *Guyetus: non male, sed non satis haec ligans superioribus.* meru(i)ſſeſe *scripturae vix dubium est quin* erus si se *valeant.* quom erus se *scribebam Proleg. p. LXXII: pro quo potui etiam* ubi erus se. sagenam *Lambinus (et 'antiquiores' apud Pium). De* coniexit *cf. Luebberti Stud. gramm. I p. 83.*'

724. 'ibi spolia *℞ olim servato* meo, *ubi* eii *pro* meo ero *Reizius. Cf. Proleg. p. CXXXIV sq. De* spólia illum ibi qui méo ero *cogitare noli': cogitat Muellerus Additam. p. 45.*

725. 'Égomet quom extemplo árcum et pharetram mi ét sagittas sumpsero *℞: quando* autem (*quod om. iam Hermannus*) *additicium esse videtur ut v. 693. 694.* quome (quo me) *scripturae spectare ad* quom mi *visae sunt mihi, Bergkio Diar. ant. stud. a. 1852 p. 347 (105) ad cascam eandemque valde suspectam* quome cumc *formam.* arcum mihi et pharetram (*om.* sagittas) *Gruterus,* arcum mi et sagittas (*om.* pharetram) *Reizius: uterque* autem *servans. Alterum utrum nomen ex additamento esse Bergkio quoque l. s. s. visum (qui tamen eo peccat quod* pharetram *posse mediam producere sibi persuasit: quode v. Opusc. phil. II p. 585 sqq.): item Fleckeiseno Misc. crit. p. 40 sq., post* autem quom mi extempulo (*pro quo meo quidem sensu* extemplod *debuit*) arcum *aut sic perrexisse poetam conicienti:* et pharetram sumpsero, *aut* et ságĭtas s. *correpta*

media [*atque* Egomet autem quom mi extemplod arcum et sagitas s. *Teuffelius Mus. Rhen. XXVII (a. 1872) p. 485 sq.*]. *Eam correptionem, ab eodem firmatam Ann. phil. t. 101 (a. 1870) p. 74 adn., amplexus Muellerus de pros. p. 253 sq. talem versum commendavit deleto* mi: Egomet autem quom extemplo arcum et pharetram et sagĭttas sumpsero.' *Cum Muellero item fecerunt Spengelius Wagnerusque: eodemque spectare videtur quod Apulei Metam. V, 30 p. 97, 3 Eyss. adscripsit* 𝔅.

726. 'placided *𝔅 et prius Buechelerus de decl. p. 48, nunc tamen sibi ipse diffidens Annal. phil. t. 99 (a. 1869) p. 487.* placidule *𝔅 olim Proleg. p. LXXXI. Contra* placide in contubernio *Hermannus (sed v. Proleg. p. CXXXVII).*' placide in taberinaculo *Spengelius (sed. v. Loewium Cens. p. 529),* placide indú tabernaculo *Fleckeisenus (in adn. ad Loewii Cens. l. s.).* perplacide *Wagnerus, cui praestaret saltem, ni fallor,* pol placide. *Quamquam* placidule *praefero cum Kochio Mus. Rhen. XXXII (a. 1877) p. 99 (cf. v. 974. Rud. II, 4, 12 Fleck.).*

727. '*Notabilis* nundius *scriptura, quae tamen sui simile exemplum aliud non habet. De prosodia post Bergkium Diar. ant. stud. a. 1855 p. 222 (77. cf. 87) et Roeperum Philologi XVIII p. 236 (qui de correptione antepaenultimae ne cogitavit quidem) breviter dixi Nov. exc. I p. 91.' Adde Loewium Cens. p. 536.*

730. 'Pote *ut v. 352. Cf. Proleg. p. CXI sq. De* pro(r)sus *v. ibidem p. CIV, Opusc. phil. II p. 544.*'

733 *sq.* '*Fortasse* penes med *potius: v. Nov. exc. I p. 43, sed cf. Proleg. p. CCLXXXV. Post hunc versum talia fere intercidisse ratiocinatus sum Proleg. p. XVIII:*

⟨Sed illud sum animi incertus, nuncine ilico
Parari has a me nuptias aequom siet,
An exspectandum dum eius huc redierit pater.
ME. Mora quid opus est quaeso? quando equidem tibi⟩
Parata dos domist nisi expectare uis 734

Vide nunc praef. p. XXI sq. Superioribus iuncta sic Megaronidi continuabat Meierus Opusc. acad. II p. 324 quom eius rem penes me habeam domi, Parata dos domi sit. Paranda dos domist *Bothius.*' Parata domi dos est *Spengelius.* Parata dos est domi *Brugmanus l. s. s. p. 12.*

742. 'largitari te illi *Camerarius.* largitari illi *Hermannus.* te largitari *sine* illi *Bothius. Cf. Proleg. p. LXVIII', Acta soc. phil. Lips. II p. 467. Verba* neque ita — sistere illi *temere proscripsit Bergkius Opusc. phil. I p. 635.*

743. 'in-columem te *per duos versus continuato vocabulo Lambinus. Vetus mendum fuit eius archetypi, e quo manarunt Palatini: unde haec natae esse glossae videntur:* columis: incolumis σῶος *apud Labbaeum p. 33 [ex 'Onomast.']* columo: sanum *et* columes: saluos *('Isidori') apud Gothofredum p. 9. Adde Isidorum Orig. X, 55:* columis (*pro quo nunc editur* colomis) a columna uocatus, eo quod erectus et firmissimus sit.' *De glossis (differentiisque) ipsaque* Columem te *scriptura recte aestimandis cf. Loewium in Act. soc. phil. Lips. II p. 465 sqq., Cens. 536 sq., Prodr. p. 355.* 'illi *errore iteratum est e superiore versu,* et *particulam (pro qua saltem* atque *dicendum fuerat) nec lingua fert nec sententia.' At vide Brixium* et illi *defendentem.*

745. 'ducenti *Scioppius Susp. lect. II, 1.*'

746. atque *exemplis dissimilibus defendit Brixius.* condicio hic uel primariast *Bothius.* condicio pol pr. *Langenus Symb. p. 78* uel *recte impugnans.*

747—750. *Retinentes vitium quod v. 758 al. recurrit Callicli hos versus (cum B C D) continuant Spengelius atque Leo Mus. Rh. XXXVIII p. 12 repugnante tam ratione quam forma dialogi ipsaque adeo senum descriptione. De Ambrosiani scriptura v. 747 'multa ea deteriore' videsis Bergkium p. 636.*

749. Vt ipsum *Niemeyerus p. 26.* 'adeas Lesbonicum edoceas *cum F. Saraceno, Pio, Acidalio servans Bergkius Cens. p. 1141 (21) in proximis scripsit* ut se habet *Plautinae consuetudini minime convenienter. Alia, quae olim ipse periclitatus sum ut Parerg. p. 564, nunc non teneo: quamquam ne Bothiana quidem emendatio nihil dubitationis habet.*' adeas Lesbonicum. Ca. Edoceam ut res se habet? *Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII (a. 1872) p. 178 in proximis cogitans de* Ego sedulo adulescenti thensaurum indicem: *neque ullo modo* Edoceam — Vt ego — indicem *subiungi possunt, ut Brixius instituit. Quare* Ipsum adeo edoceas Lesbonicum *conieci (cf. v. 736. Asin. v. 403), quae verba facile sic corrumpi potuerunt ab eo qui* adeo *verbum, non particulam, haberet.*

750. 'Vt egon hunc *C. G. Muellerus Philologi IX p. 742: quod potius debebat* Egon ut *esse. Fortasse in* sed *latet* quid *sic:* Quid? ut ego huic.' Sat ago nunc *Bergkius p. 636.* Sed *Brixius quoque additicium habet conl. v. 595, Pseud. 992, Mil. 205.*

753. '*Gravius quam pro notionis exilitate elatum* illum (*quod saltem sic conlocatum* omnem illum *exspectes*) *non inmerito tam moleste fert Kochius, ut prorsus deleto pronomine* Locum quoque omnem, cubi situst *commendet: satis id quidem meo sensu probabiliter.* situmst *parum aptis exemplis defensum a Brixio. Quamquam ne Fleckeisenus quidem sat certo mihi persuasit de neutro* thensaurum *cogitans Epist. p. XI et Annal. phil. t. 81 (a. 1860) p. 287.*' omnem illum *recepit Spengelius. An:* quoque etiam o.? quoque ille, ubi ubi situst *Bergkius l. s. s.*

754. '*Quin pro* Quem *Geppertus, vere fortasse*': *ac recepit Wagnerus.* ecfodere *Bergkius.*

755. 'Ne (*h. e.* Nei) rem ipsam *R Parerg. p. 565, Proleg. p. CXXII, Opusc. phil. II p. 630: quod etsi non necessarium esse nunc concedo, tamen haud paullum commendationis ex ipsorum librorum in versibus 316. 315 memoria habet.*'

756 *sqq.* 'ergo igitur (*protractum a Scioppio Susp. lect. V, 13*) *probatum Parerg. p. 569 ut Appulei imitatione firmatum:* ergo *omissum in A si non est casui tribuendum* (*pariter atque omissum v. 752* uero), *dubitari nequit quin scripserit poeta* Quo pactod igitur. *Parum adposite ad persuadendum Bergkius Cens. p. 1142 (22)* Quo pacto igitur calim d. d. p. *Rationem qua eidem personae versum continuant AB ut unice veram firmari Parerg. p. 567. Ceterum v. 757 nimis incerta de re forma Buecheleri coniectura de decl. p. 54. Versu autem* 758 *ob* mutuum *omissum multa multi mira commenti, quae nunc reminisci nihil attinet (ibid. roges Bentleius quoque ad Ter. Phorm. III 3, 2). De numeris v. 759 v. Proleg. p. CCLXXI. CCLXXXVII*': *ubi* argentum *pro* alicunde *Bergkius p. 636.*

760 *sq.* ‘uerum *pro* uerbum *Kampmannus de* AB *praep. p. 11, quod Hermannus probabat in Iahni Annal. t. 35 (a. 1842) p. 193: contra quos et ego dixi Parerg. p. 571 et Ladewigius Mus. Rhen. t. III (a. 1845) p. 204 sq. Deinde* ⟨Pol⟩ mihi *Hermannus praef. p. XVI,* ⟨Hem⟩ mihi *R olim Proleg. p. CLXX coni. p. CCXXIII sq. Vide ad v. 480’ et cf. Luchsium in progr. Erl. a. 1883 p. 15.*

762. ‘dicant *et* dent *pro* dicas *et* des (*variis artificiis defenso a Kampmanno, Ladewigio, Brixio*) *R Parerg. p. 570 sq. adsentiente Fleckeiseno Philologi II p. 73 sq.* (det *in Lambiniana expressum esse, inconsulto videtur*).’ *Mire versum Megaronidi continuavit Spengelius neque plus disputando Fuhrmannus effecit de compar. partic. p. 23 sqq. versum olim talem extitisse credens* Malim hercle vero dicas: iam uide mutuom! *Exitum versus ex antecedente interpolatum esse et Rothius vidit Quaest. gramm. ad usum Pl. et Ter. spect. (ed. Berol. a. 1881) p. 13 sq. et Bergkius p. 636 temptans* quam mendacium *vel* quam ut mutet fides*: quibus supplementis praestaret velut* (M. h. ut uerum dicas quam) ut derideas *vel* uerbum uetus.

764 *sqq. Versum* 764 *pro parallelo versus antecedentis* (*insequentis in A*) *habet censor ed. Ritschel. in Ind. philol. III p. 314.* ‘*Versus* 765—771 *sic potiore ex parte constitui Parerg. p. 572 sqq. et adn. proecdosis, sed ut in quibusdam partibus nunc Bergkio Cens. p. 1142 (22) sq. Brixioque cedam. Versu* 766 (39) quae hic non uisitata sit (*ubi Camerarius* quae non usitata sit), *ut Pseuduli v. 727, probatum Fleckeiseno Epist. p. XXX. Versu* 769 (39^{b}) *errore iteratum hemistichium, quamquam ipsum insiticium, apparet aliud expulisse, quod aliqua coniectura sic redipisci licebit:*

Mendacilocum aliquem esse hominem oportet de foro.

Parum feliciter Bergkio opera successit cum in hoc versu supplendo tum in defendendis quid is scit facere postea *verbis: quo accedit quod iam praef. Mil. glor. p. XXI adn. perstrinxi.’* Mendacilocum aliquem ⟨est usus hominem callidum⟩ *coni. Pseuduli v 385 Spengelius reliquis servatis.* Mendacilocum aliquem ⟨quaere Ca. Quid istum facere uis?⟩ Me. Falsidicum confidentem. Ca. Quid tum postea (postulas?)? *Ribbeckius l. s. s. p. 177 sq. An:* Mendacilocum, alium qui se scit facere, ⟨autumo *vel* usus est⟩, Falsificum c.? *Nam* falsidicum *et* mendacilocum *nimis se attingunt notiones* (*cf. Mil. gl. II, 2, 36*). aliquem *moleste repetitur,* qui se scit *facile efficias ex* quidisiscit (*i. e.* qui $\overset{di}{\text{siscit}}$) *scriptura* ‘*Ceterum v.* 765^{b} (37) istoc *pro* is(s)cit *Hermannus, v.* 770 (40) falsidicus confidensque *Lambinus.’*

771. ‘Quasi si ad *Hermannus praef. p. XVI, non sine specie veri.’*

776. ‘illic *dativi forma Nov. exc. fasc. II firmabitur. Transponendo hiatum alii removere animum induxerunt:* Det alteram illi, dicat alteram *Camerarius;* Illi det alteram, a. d. *R olim.* D. a. i. atque alteram dicat *Hermannus.’*

779. ‘id tibi iussisse aurum dare *transposuit Hermannus, non sine aliqua ratione: quamquam v. Proleg. p. CCLXXXVIII.’*

780. ‘propemodo *ex antiquiore* propemodom *forma nasci potuit ut* postmodo *pro* postmodom, dono *pro* donom (*quae ratio fugit Handium*

Tursell. IV p. 607): v. Opusc. phil. II p. 623 et adde Pseuduli v. 276, ubi eandem mecum rationem formae vindicandae iniit Vsenerus de Pseuduli scaena (Ind. schol. aest. Gryphiswald. a. 1866) p. 13.' At propemodum *illic ex A Loewius firmavit Anal. Pl. p. 167.*

781. 'demus *Festi glossa p. 70, 8 usus* demum quod significat post apud Liuium demus legitur *nunc etiam Bergkius (Beitr. z. lat. Gr. I) p. 132.* demum id *Camerarius.' Cf. ad Trucul. v. 245.*

788 *sq. 'Quae post 788 expunxi ut aperte additicia (ubi* Si quidem *Camerarius* — tulerit has epistulas *Hermannus cum Camerario faciens), defendit post v. 792 transposita Meierus Opusc. acad. II p. 325.'*

789 *sq. 'An* non *potius pro* nonne? *v. ad v. 1046.' Cf. Spengelius (die Part.* NONNE *im Altlatein., ed. Monaci a. 1867). 'Per* tum *tamen vereor ut locus persanatus sit.'* iustum *Bergkius p. 636,* (arbitrare) sui *Brixius.* adulescentem *pro interpolatione habens* Non arbitraris (*at cf. ad v. 1*) eum ⟨intellecturum⟩ anuli Paterni signum non esse *Kochius Emend. Plaut. p. XVII sq. sententiae satisfaciens, non rei criticae et grammaticae.* Non arbitrare instare adulescentem anuli Paterni signum non esse ☞ *exempli causa. 'De* no(ui)sse *cf. Proleg. p. CLXXXVIII et v. ad v. 957.'*

792. *'Numerorum in tradita scriptura singularem asperitatem iam Proleg. p. CXXXIX. CCLXXXVI sq. notaveram. Vera uitii sede perspecta* Ille quem habuit periit, alium post fecit *Lachmannus in Lucr. p. 116, cui et Fleckeisenus adsensus est Cens. p. 61 (cum secus statuisset ibid. p. 36 et Epist. p. XXX) et ego citius accessi Opusc. phil. II p. 568.* Eum *pro* Illum *substituebat Camerarius. Mira sunt quae de his Roeperus commentatur Philologi XVIII p. 236.' Itemque miro iudicio versum proscripsit Spengelius praef. p. XII: quamquam probavit Brixius.* Anellum quem habuit *vel* Illum quem habuerat, perdidit, fecit nouom *Loewius temptavit Anal. Pl. p. 199. 'Aliquid post hunc versum intercidisse Fleckeisenus suspicatur Epist. p. XXX: quo vereor ut opus sit.' At ipsius ni fallor loci memoria itemque Mil. glor. v. 250 sqq. similitudo, denique* Iam si *particulae v. 793 (versu deleto plane incongruae) ad lacunam statuendam provocant, ad hoc exemplum:*

> Illum olim quem habuit perdidit ⟨uel uendidit,
> Dedit hospiti uel tradidit praedonibus,
> Amisit alea⟩: alium post fecit nouom.

797 *sq. Versum* 797 *pro dittographia antecedentis habendum esse Ribbeckius vidit l. s. s. p. 177 sq.* [V. 798 Bite *pro* Tibi (Abi) *Loewius dubitanter.*]

800. *'De* Voxorem *scriptura cf. ad v. 111.* Vxorem ipsam quoque hanc rem uti *Bothius.* V. quoque etiam ipsam hanc rem ut *Hermannus.* V. quoque eampse hanc ut rem *Fleckeisenus Philologi II p. 113. Etiam liberius, idque pravis numeris, Reizius* Etiam uxorem quoque ipsam hanc rem ut. ut celassis *pro* ut celes *Bergkius Cens. p. 1143 (23) Festo p. 61, 14 usus, sed qui nihil testetur nisi* celassis *esse pro* celaueris *dictum.'*

802 *sq.* Quin tu hanc amoues et te moues *Bergkius p. 636 simul* queat *v.* 801 *defendens, quod Brixius quoque Spengeliusque retinuerunt.* 'Quin tu hinc amoues ted ocius *Seyffertus de vers. bacchiacis p. 48.* Quin te hinc amoues et demoues *Bothius.'* Quin tu hinc ad thensaurum

te moues *Loewius Anal. Pl. p. 199 tale quid* inde *v.* 803 *requiri ratus, quam verbi formam, non particulam, interpretor distinguens:* Aperi, deprome, inde. *Non inepte cogites de:* Quin moram amoues et te hinc moues.

804 *sq.* '*Cf. Nov. exc. I p. 86 sq.* Continuo aperito *frustra defensum a Lachmanno in Lucr. p. 130.* Continuoque operi *Hermannus.* Operi continuo *Hauptius Opusc. I p. 165.* Contínuo denuo óperito *transponens Fleckeisenus suavitati saltem numerorum minus consuluit. Retractandum esse intellexi quod Proleg. p. CCXCIII proposui.*' Continuo tum operi *Wagnerus.* Continuo tu operi *Schneiderus de proverb. thes. II.* Continuo operta *Bergkius l. s. s. p. 636.* Confestim operito 𝔖, *conl. v. 798 et Charis. p. 196, 2:* confestim pro continuo. *Post* clanculum, *non post* praecepi *v.* 805, *gravius distinxerunt Spengelius Bergkiusque, ubi* praecepi et *ex* praecepit *effecit Wagnerus confirmante Brixio, fortasse recte.* [Confestim operito *Loewius quoque.*]

806. '*De monosyllabo* enim (*Proleg. p. CLIV. CCXCIII, Bergk. Cens. p. 1130* [*10*]) *somnia sunt, multo autem minus de bisyllabo* faciam *cum Lachmanno cogitandum est.* Enim *potius delebat Reizius*'*: cum eoque Bergkius p. 636* nimium *scribens.* 'Ita *Hermannus* (*et mox* nimis hic longo)' *cum eoque Kochius* (*et mox* nimium). *Ceterum cf. Langenus Symb. p. 263. An:* At énim sermone nímis longo utimur?

807. 'quod *h. e.* quo: *v. Nov. exc. I p. 58 sq.* (*quam disputationem ignorans secus statuit Luebbertus Stud. gramm. II p. 119*). quom *Fleckeisenus*' *itemque Brixius reiectis quae in illius Annal. phil. 101* (*a. 1870*) *p. 429 de* quod *accusativo dixerat. Cf. etiam Muellerus Additam. p. 31.* Ca. Quid iam? Me. Properatost opus *I. Langius de sent. tempor. apud priscos scr. l. synt. I* (*ed. Vratisl. a. 1878*) *p. 3. Non dubito quin* quod *pertineat ad* quo *eodem versus loco infra* (*v. 808*) *corrigendum: quare conicio:* Diem conticimus : i iam : pr. o. *Versus* 808—814 *posterius adiectos esse Bergkius contendit Symb. p. 57, non sine magna specie veri.*

809. 'Lepida illa est *Reizius, Bothius* [*adsentientibus Brixio, Bergkio, Muellero Pros. Pl. p. 336*]. *Cf. Proleg. p. CCLX.*' Lepidast haec *Spengelius. Malim* Lepida herclest *duce B.*

813. 'probare *ut tueretur Fleckeisenus lacunam esse ante hunc v. statuit Cens. p. 240.*' maxumist *reduxit* ℜ: *at Brixius vindicavit* maxumumst.

814 *sq.* '*Vix minus recte* non se hinc petere *conloces.*' non petere hinc se *Brixius.* se non petere hic *Wagnerus.* '*Ceterum v.* 815 conducam *pro* conduco *Kampmannus de* de *et* ex *praep. p. 2.*'

816. '*Hic versus aut a sciolo aliquo adiectus est, aut audaciore conatu ad sententiae sermonisque integritatem sic revocandus una cum proximo:*

Epístulasque quóm consignaró duas
Eum huc ad *e. q. s.*

Pro iam *Bothius* etiam, *Kochius* clam'. domi *Bergkius p. 636.*

818. 'ergo igitur *cui non satis fidei habere videbitur, poterit h. l. cum Reizio* eo ego hinc *paullo ut puto probabilius quam* eo ego iam *cum Hermanno.* Mittam iam *in principio versus non displicuit Muellero de pros. p. 629 ter adeo repetito* iam.' *Hiatum non sollicitat Berg-*

kius in Annal. phil. t. CI p. 823 (383). Ego ⟨adeo⟩ igitur intro eo *Brahnius Obs. gramm. p. 37, pessime. Fortasse fuit* Remittam *in principio versus: cf. Trucul. v. 397.*

819. ʻnugas (*vel* nugax) sum, nisi *Scioppius Susp. lect. II, 1 satis inepte. Quo tamen non profecto consultius* nugae acent nisi *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (105), librorum memoriam interpretatus* nugae acescunt nisi. *Cf. Grauertum Diurn. schol. a. 1829 p. 36.*ʼ nugae sunt, nisi *cum lacuna unius versus conl. Trucul. v. 234 Bergkius Opusc. phil. I p. 636.*

820 *sqq.* ʻ*Totam scaenam pertractavi Parerg. p. 543 sqq., unde petantur quae huc transcribere piget. Trochaicos octonarios rectissime Hermannus discripsit; anapaesticos numeros, de quibus iam Reizius cogitabat Studemundus de canticis Pl. p. 56 sq. nec nobis ullo modo probavit nec Brixio Annal. phil. t. 91 (a. 1865) p. 70: nec magis Muellerus de pros. p. 112 sq.*ʼ *Quibus adde Vossium de vers. anapaest. Pl. (ed. Diedenh. a. 1881) et Spengelium de cant. p. 165 sq.*

820. ʻSalipotenti *vindicatum Proleg. p. LXXXI sq.*ʼ *ac denuo Opusc. phil. III p. 150 sq., ubi prolata neclegere quam refutare satius duxit Spengelius.* ʻsalsipotis [*sic Hauptius:* salsi pote ///, s *ut vid. erasa cod.*] limina *inferioris aetatis versificator dixit in carmine ab Hauptio edito II, 2 in Actis soc. litt. Saxon. a. 1847 p. 211 = Opusc. I p. 219: cf. Anthol. lat. I p. 71 R. [P. L. M. IV p. 244 B.]* Salsipotenti et (multipot.) *ortum fortasse ex* SALIPOTENTEI *scriptura.*ʼ Salupotenti *Loewius Anal. Pl. p. 199.* ʻTaenario Neptuno *Petitus Miscell. II, 7.* aequoreo Neptuno *Reinius Quaest. Pl. p. 16.* Neptuno et Nereo *Lambinus et, nisi quod* Nerei, *Guyetus* et Nerei et Portumno *Bergkius de Trin. p. XIII (64 sqq.): quod saltem* Portuno *scribendum fuisse Fleckeisenus docet Cens. p. 255.*ʼ et Neriei (*vel* Nerie *vel* Neriae *idem Philol. XXXII p. 566 thes. 42 (de quo cf.* R *l. s. s.).* aetherei *et Hauptio probatum Quaest. Catull. p. 72 (Opusc. I p. 53) et aliis defendi posse nego: nam Pacuvius v. 89 (cf. 93), ad quem provocant, aperte pro inaudito vocabulo* aethera *habet. Itaque* et Nerei *retinens ex* neptuni *non* Neptuno *efficiam, sed* nepoti*: neque quidquam aptius hoc loco est quam* T r i t o n i s *commemoratio (cf. Acc. Med. frg. I). Quod si verum est tam exitus quam principium versus trochaicos numeros prodit (quos inde a v. 835 excipere anapaesticos puto):*

Sálipotenti múltipotenti Ióuis fratri et Nereí nepoti.

821. ʻgratas gratisque habeo *h. e.* gratasque gratis*: item Bergkius de Trin. l. s. s., sed is* laudes gratas *construens.* gratīsque habeo gratas *Goellerus.* et gratis gratas habeo *Hermannus: quod meo sensu saltem* gratas gratis *dicendum erat.* et gratis : gratisque habeo *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1834 p. 1003. Cf. Proleg. p. CXXXIX.*ʼ gratis gratias habeo *Vossius p. 13. Vide Landgrafium de fig. etymol. l. l. in Act. sem. Erl. t. II p. 48 (cf. p. 512). An fuit:* laudes ago et gratis gratusque abeo e (*sic, non* et, *libri*) fluctibus s.? *Ceterum* e(t) *om. Goellerus.*

822. *Hunc versum rectius fortasse versui* 823 *subici opinatur Bergkius Opusc. phil. I p. 637 creticos simul statuens* mei (*sine* fuit) *admisso: ubi Spengelius* mei fuerat *in edit.*, mei fuit summa *nuper scripsit, utrumque vitiose.* ʻ*Cf. Proleg. p. CXIV.*ʼ *Ni fallor* me *supra-*

scriptum ad mis *pronomen in* meis *mutandum* fuit *depulit.* 'mis *scriptura qua ratione defendi possit cum Buechelero de decl. p. 21. 66, perspicietur e commentatione de decl. lat. reconditiore nostra Bonnae et Berolini edita a. 1861 (Opusc. phil. IV p. 446 sqq.):* meis *corr. Salmasius.* boni misque *Meursius Exerc. crit. in Bacch. c. 4,* mis *interpretans genetivum.* boni, nauisque *Pontanus in Macrob. Sat. IV, 4.* mea iuite (*B*) *Buechelerus* meai uitae *interpretatur p. 53': ubi ablativum potius expetebat Bergkius l. s. s.* 'meae *del. Hermannus lenioribus sane numeris,* bónis meís quid fóret et uítae.'

823. urbem usque incolumem ℞ columem *correcturus in edit. III.* 'urbisque moenia *Camerarius.* atque urbem usque in meam *Hermannus.* urbis cunam *Bothius.* urbis humum *Windischmannus Mus. Rhen. I (a. 1833) p. 118.* urbis tutelam *Lindemannus.'* urbem saluom incolumem *Spengelius.* corbe cum mea *Bergkius: ad verba male, sed* lucris cum magnis *vel talem notionem pro* urbis cũmã *plane desidero: cf. v. 822. Stichi v. 402—405. Rud. v. 906—910.*

824. '*Cf. Proleg. p. CCLXIX.* ego tibi Neptune *Guyetus.' Vide Brixium Mahlerumque l. s. s. p. 13. An fuit:*

Atque ago tibi, Neptune, ante alios deos gratis atque h. s.?

De habeo atque ago *Brixius cogitat conl. Persae v. 756 (cui adde Ter. Phorm. v. 894), fortasse recte: nam* ătque *admitti non posse Luchsius demonstrat in progr. Erl. a. 1883 p. 11 de* ac *inferendo cum aliis cogitans* (et *h. l. Reizius, Bothius*).

825. homines *pro* omnes *Bergkius p. 637.* 'saeuom atque seuerum atque *Reizius.* saeuom seuerum atque *Hermannus.'*

827. 'mi eo *ex* meo *effecit Muellerus de pros. p. 373 sq. adn. De numeris huius versus cf. Proleg. p. CLIV et CCXXVIII.' Ablativum restituerunt Brixius Spengeliusque.*

828 *sqq.* '*Hos versus cur ita uti feci conformaverim, uberius expositis rationibus Parerga p. 547 sqq. docent. Vbi quae reieci Bothii Lindemannique commenta alienissima a probabilitate, ad eorum tamen aliquam similitudinem sua et Brixius accommodavit et Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (105), quem ex parte ne intellego quidem. V.* 828 nobilem apud homines *coni. Brantius.* · Atque ego hanc tuam glóriam auribús quidem iam accéperam ante *praeierat Hermannus, verbis* nobilis apud homines *in v.* 831 *sic traiectis praef. p. XX:*

Sémper mendicis modesti ut sínt, secus nobilís apud homines.

Suspectat verba semper mendicis modesti sint *ut insiticia Muellerus de pros. p. 244. 422': quocum faciens* ℞ (*antea Hermannum secutus, nisi quod* ut *omisit conl. v. 749. 914*) *reliqua quoque glossematis reliquias esse contendit Opusc. phil. III p. 148 adn. adsentiente Brixio. Denique Langenus Symb. p. 278 sqq. (adde Anal. Pl. I [ed. Monast. a. 1882] p. 4) etiam v.* 828. 829 *et* 832 *interpolatos esse haud spernendis rationibus evicit (quas sprevit, ut solet, non redarguit Spengelius), cum de v.* 828—831 *delendis cogitet Vossius. V.* 830 *prave distinxit Beckerus in Studem. Stud. I p. 307. Ceterum v.* 832 *aut anapaesticus est — nam* absque foret te *plane inauditum pro* absque te foret *ex anapaestici metri necessitate repeti potest, non potest ex trochaico — aut potius ex*

apsque te foret *reducto trochaicum probatur metrum, quae Schusteri (cf. ad v. 35. 85) p. 73 sententia est.*

833. 'tui satellites me foede (*traiecto* tui, *om.* miserum) *Hermannus. Vide Proleg. p. CXXIII.*'

834. 'omnia ibidem una mecum *Acidalius.*' omnia item una mea mecum *Spengelius.*

835. '*Debebat saltem* nauem circumstabant *esse,* nauem *ut in unam syllabam coalesceret. Buechelerum de decl. p. 16 mea opinione prorsus fefellit opinio. Novum versum, sed ut Plautinum scilicet, Bergkius finxit Cens. p. 1144 (23 sq.):* Ita iam quasi canes uenaticae haud secus circum stabant nauem.' amstabant *Loewius Anal. Pl. p. 200 probante Brixio. Sed. v.* 835 — 837 *tempestatis saevitiam anapaestis depingunt.*

836. 'infensae c o n f r e g e r e malum *Hermannus.*' ⟨ferri⟩ infensae frangere m. *Spengelius.* infensae ⟨ferūre⟩ frangere m. *Schuethius de Poen. Pl. (ed. Bonnae a. 1883) sent. contr. 6.* infense ⟨infensae⟩ frangere m. 𝕾 (*commate post* uenti *v.* 835 *posito*). *Ceterum* fensae *formam modeste suasit Loewius in Act. soc. phil. Lips. V p. 308 adn. 2.*

837. 'tua (pax propitia) *servans post Lindemannum Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (105) deleri iubet* foret. *quo cur nequaquam carere possimus, exposui Parerg. p. 550 sq. Persuasit tamen Fleckeiseno Misc. crit. p. 16, verborum ordinem* tua propitia pax (*A*) *tuenti.*' tua *sane necessarium habeo ex tota sententiarum conformatione:*

Ruere ántemnas scindére uela: tua páx ni propitia fóret praesto.

uelá, ni tua p. p. f. p. *Spengelius cum aliis.*

838 *sq.* 'me otio dare *post Guyetum Hermannus. Vide Proleg. p. CLXI. V.* 839 Dum hisce *idem, mox* et filio *pro* filio dum *scribens.* Quantis cum *Merula ad Ennium p. 497.* eluctaui *Scaliger e vett. edd. Nonii.*'

840 *sq.* '*Quattuor in A versiculis apparet systema anapaesticum comprehendi sic quidem instaurato paroemiaco:*

Quam hic rém gerat animum aduórtam:

atque anapaesticos cum aliis etiam Vsenerus habuit in commentatione ad v. 780 memorata p. 15. Verum ita cum nec simul *habeat qui explicetur (parum enim felici successu vel Brixius vel Crainius de compos. cantic. p. 36 defenderunt) nec omnino in animi sensum Charmidis anapaesticus numerus conveniat [v. infra], iure nostro videmur Parerg. p. 552 sqq. sic statuisse, ut, quem ad modum alibi, ita hic quoque metrorum correctorem expertus esse ipse Ambrosianus crederetur, veram versuum dispositionem ut alibi (cf. Proleg. p. CCC), ita hic unus B servasse. Ceterum calami lapsu in B* speciaque *pro Plautina forma Buechelerus de decl. p. 49 habuit: quae coniectura longe certissima visa est Kiesslingio Symb. philol. Bonn. p. 840. Pro* specieque *Crainio* facieque *placuit. E mera in A dittographia* agat gerit *satis mirabiliter Tittlerus Annal. phil. t. 83 (a. 1861) p. 145 efficere* Qua hic rémiget, animaduórtam *animum induxit.*' *Cf. Opusc. phil. III p. 149 sq. Adde ibid. IV p. 772, ubi* Cum nóuo ŏrnatu *plerisque probatum vitiosum esse demonstravit: nam* ŏrna- *n a t u r a longam esse syllabam tam apices de-*

monstrant quam linguarum Romanicarum comparatio, ut saltem Nouo cum órnatu *transponendum sit. An fuit:*

Nouo cum órnatu speciemque (*sic A: cf. Pseud. v. 785*) silo

vel tale quid? Anapaesticum Pseud. v. 592 ipse ad v. 840 adscripsit R.

843. Huic hodie *Buechelerus de decl. p. 54.* Huic homini *Fleckeisenus Annal. phil. CI (a. 1870) p. 847 sq. probante Brixio.*

844. 'NAULATORIAS *Ar, unde* cauillatorias *Bergkius Cens. p. 1144 (24).*'

847. 'mali *ut Mostell. v. 531.* male *Hermannus.*'

848. 'Quom ego *Hermannus.* Quia ego R *olim secundum* QUIR** *Ar: unde* Quorgo *Bergkius l. s. s. usus Festi aliorumque glossographorum glossa* corgo, *quam vix recte* quo ergo *interpretatur.* Qua ego *post Geppertum Kochius, cum Fleckeisenus* Qui (*BCD*) *roculam ablatiuum interpretans cum* egestas *nomine construat l. s. s. p. 784. Ceterum* nummum *h. l. recte, ut videtur sestertium interpretatur Christius Annal. phil. t. 97 (a. 1868) p. 348 sq. Vide ad v. 152.* has (*ut v. 874. 894. 949*) *fortasse verius.*' *At cf. Fr. Schmidtius l. s. s. p. 11. 17. Praeterea v. si tanti est Niemeyerum l. s. s. p. 23.*

852. 'Ilurica *Camerarius.* Illurica *Lambinus. Cf. Fleckeiseni Epist. p. IX, Cens. p. 29 sq.*' *Ceterum* hóminis eo órnatu, *non* hóminis éo ŏrnatu, *pronuntiandum: vide ad v. 840.* '*Totum versum ut παράλληλον antecedenti, Bergkius Cens. p. 1145 (24) pro additicio habuit, nimio id quidem fastidio.*' *Ex duplici recensione Teuffelius quoque derivat Mus. Rhen. XXX p. 633.*

853. '*De prosodia* Ille *pronominis frustra sollicitus Engerus p. XVIII mutationes commendat minime commendabiles: Muelleri de pros. p. 428 mentem non satis adsequor. Ceterum v.* 855 quo modo *pro* quomodo *Lachmannus: de quo v. ad v. 602.*'

856 *sqq.* 'nogas *vindicatum Opusc. phil. II p. 425.*' *Adde Loewium Anal. Pl. p. 200.* '*Versus* 857—860 *post Plautinam aetatem additos esse Ladewigius suspicatur Philologi XVII p. 255: non sine probabilitate.*' *Adde Teuffelium Mus. Rhen. XXVIII p. 344 sqq.* '*V.* 857 Ille uti *potius exspectari quam* Vt ille *dixi Proleg. p. CCLXII sq.*' *Ibid. ad* hac (*AB*) facit *apte Stichi v. 462 confert Bergkius Opusc. phil. I p. 637.* '*Ceterum de chorago vide Meierum Opusc. acad. II p. 327 sqq. docte disputantem. De numeris v. 859 v. Proleg. p. CCLIV sq. CCLVI. V.* 860 ipsus *Gulielmius Qu. Pl. in Trin. c. 1: quod saltem aliter conlocandum fuerat.*'

861. 'mihi, *ut v. 852 (conl. v. 903. 905. 952).* mi ea *Fleckeisenus.* mi huius *Kochius.*'

862. '*Ex B de aliqua scilicet* au *forma videtur Bergkius cogitasse, Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (106). De numeris v. Proleg. p. CCXVI.* sonarius *Fleckeisenus Epist. p. XIII: quales formas, Plautinas hau dubie, cur non recipiam, identidem dixi alibi.*'

864. 'mox *libri omnes, etiam B.* nox *Scaliger, Palmerius p. 626, item Marcilius Leg. XII tab. coll. in Ottonis Thes. iur. R. t. IV p. 275: fortasse recte.*' *Cf. Rud. v. 418 (II, 4, 4).*

866. demunstrauit *ex B Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 309.* '*Dein* sistundae *pro* sistendae *Fleckeisenus Epist. p. VIII: rationis*

necessitate nulla, quando iam in SC de Bacchanalibus scriptum est FACIENDAM.'

868. '*De numeris cf. Proleg. p. CCXXXIII.*' *De loci integritate perperam dubitare videtur A. Muellerus in progr. gymn. Bad. a. 1883 p. 24 ex* '*lege*' *quam sibi finxit valere de sermonum interstitiis.*

870. 'ecquis hic *Hermannus.* ecqui his *Guyetus, quod probabam Proleg. p. CXXV.* ecquis *Camerarius.*'

871. pultas, heus, fores? *Teuffelius Mus. Rhen. XXVIII p. 344 sq.* pultas? :: Em (*sive* Ehem) senex *Spengelius conl. Asin. II, 4, 43* (*etiam de* Vah *vel* Eho *conl. Bacch. v. 1149 cogitans*). pultas? :: Eu, senex (heu, *non* heus, *BCD*) 𝕾 *conl. Merc. v. 601. Vide ad v. 879.*

874. '*Cf. Proleg. p. LXXIII.* Calliclen *formam videtur tueri velle Bergkius* (*Beitr. z. lat. Gr. I*) *p. 119. Itemque* Calliclen aibat uocari *defendi posse Kochio visum est eandem declinationem aliis quoque versibus Plautinis tribuere auso, ut* Periphanen, Strathippoclen *et fortasse* Apoeciden *Epidici III, 4, 12. 71. 2, 22. Quod fateor qui credi possit tam diu me non intellegere, quam diu plane contrariorum in numero habentur graecanica et vernacula latinitas. Quamquam* Apoeciden *illud in Epidici III, 2, 22 iam Lachmannus praeierat ad Lucret. p. 313, idemque ibidem etiam* Saurean *formam in Asinariae v. 85 probabat, atque adeo* Calchan *accusativum Plautinum scilicet Pacuvianumque tuebatur duce Charisii codice p. 66, 22 K., cuius fidem satis evertisse videor Prolegom. p. LXXXVII visusque sum etiam Charisii editori Keilio. Nec plus fidei* Oresten *vel* Anchisen *formas in horum quidem poetarum scriptis habere nuper demum disputari Opusc. phil. II p. 487 adn. et 496 adn.*' *Nihilominus* Calliclen *scripsit Spengelius.* Calliclem aiebat *defendit Brixius.* '*Liberius Hermannus:* has qui mihi dedit, *pro quo* has mihi qui d. *Goellerus.* qui has dedit mihi *B, numeris debilioribus* (*quamquam itidem redeuntibus Pseud. v. 691*)*: de quibus v. Proleg. p. CCXI. CCLVII.*'

877. 'certiorem hisce, *Camerarius.* certiorem, hice *Lambinus.* hosce *si quis servandum putaverit, non poterit non de transpositione cogitare:* Fac me certiorem, hosce homines si scis ubi habitent.' *Qua transpositione opus non esse Beckerus contendit in Studem. Stud. I p. 173* (*cf. p. 180 adn.*) *exemplis usus nequaquam similibus.*

879 *sqq.* '*Hunc cur huc transposuerim et olim explicavi Proleg. p. XX sq. et nunc in praefatione expositum est. Post hunc versum qualia fere interciderint aliquo exemplo planum facere sic studui Proleg. p. XXI:*

CH. Tamne saeuiter, adulescens? tu si tibi me postulas
Dare operam, aequomst respondere mihi te quod
ego te rogo.

Vide nunc praef. p. XXIII sq. Miro et sensu et iudicio expungendum putarit v. 879 *Stamkartus Comm. in Pl. Mostell.* (*ed. Amstelod. a. 1858*) *p. 127.*' *Item Teuffelius delet Mus. Rhen. XXVIII p. 345 sq. tanquam iocum alienum a v. 877. 880 sqq., procreatum v. 878. Contra suo loco post v. 871 defendit Bergkius Opusc. phil. I p. 637 sq. non sine argutiis artificiisque. At recte negavit v.* 878. 880 *divelli posse cum hoc versu tum lacuna. Nescio an v.* 879 *post v.* 883 *collocandus sit, quem olim exceperit v.* 889*:* Quid est tibi nomen adolescens? *V. autem* 884—888 *ex altera recensione*

si derivamus, optime intellegimus, cur illa quaestione v. 889 plane neglegantur quae iam intercedunt argutiae. Auget hanc suspicionem quod etiam v. 889—891 alieno loco exstant in libris, quae turbae cohaerere videntur. 'V. 879 *pro* cum ⟨sum⟩, iuratori *Reizius apud Hermannum praef. p.* X sum, cum iuratori (coniuratori si *Camerarius,* censitori '*in probis exemplaribus*' *Pii*).' (*Cf. Mommsenius iur. publ. Rom. II, 1 p. 335, Schuethius de Poen. Pl. (ed. Bonnae a. 1883) p. 12.*

880 *sq.* '*Cf. Proleg. p. CXLVI. CCXLVI. Transponebat Hermannus* rogitas simul': *cf. Anal. Pl. p. 51 adn. 93.* simul *delebat Luchsius in Studem. Stud. I p. 263* nesciō quid, *non* nescío quid *mensuram suo iure postulans. An:* Tót simul rógitas? 'V. 881 unum quicquid *probatum Lachmanno in Lucr. p. 286.*' *Praeterea vide sis de forma* singillatim *disputantem Bergkium p. 638, de* percuntabere *Loewium in Act. soc. phil. Lips. V p. 309.*

882. 'faxo scies *Bentleius in Ter. Hautont. II, 3, 30, Madvigius Opusc. II p. 78. Vide ad v. 62.*'

883. '*Cf. Proleg. p. CCXXXIV.* memora tuum primum mihi *Hermannus.* primum tuum memora mihi *Bothius.*' memora mihi primum tuom *Spengelius.* primum memora mihi tuom 𝔖.

885. 'ire hercle ℜ *prorsus ut v. 457: cf. Proleg. p. LXXII. Alioqui licebat aut* Si ante lucem tu ire, *aut cum Reizio Hermannoque* Ante lucem si ire *aut cum Muellero de pros. p. 600* Si ante lucem exire. *Ingeniosius tamen ceteris* Si anteluculo ire *Kochius, ad Appulei exemplum Metam. I, 14 et haud dubie etiam I, 11 (p. 9, 24. 7, 13 Eyss.): nisi quod tamen lacunam B non ante* ire, *sed post eam vocem habet.*' exire, *ut Muellerus, vel* iter ire *Bergkius l. s. s. Optime* Si ante lucem biti *conl. glossa* biti: proficisci *Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 309 sq. (cf. II p. 464).*

887. 'Opus factost *Scaligeranum, quamquam defensum ab Hauptio Mus. Rhen. VII p. 478 (Opusc. I p. 165), vix incorruptum est: servari tamen in praesenti, quia melius nondum inventum video.* Opus farto est et *Lambinus: quod deleto* et *tuebar Proleg. p. LXXXI.* Opus sacco est et *Palmerius p. 698.* Opus face est et *idem et Lipsius Ant. lect. I, 5.* Opus facla est et *idem.* Face opust et *cum Reizio Hermannus.* Opus facetost *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (105) cum ruina numerorum.*' Opus captost *Spengelius,* Opus pactost *Redslobius l. s. s. p. 15.* Opust fusti et 𝔖.

888. '*Nulli usui esse glossa perantiqui cod. Paris. apud Duebnerum Mus. Rh. III (a. 1835) p. 476 [cf. Cl. auct. VII 585a M.] videtur:* uascum: inanem uel nugatorium: *unde facile* uasculum *adiectivum efficias. An fuit* uascellum?' bac(c)illum *Loewius Act. soc. phil. Lips. II p. 464 sq. idemque de* pauxillum *cogitat Cens. p. 530 Spengeliana redarguens. Nullus equidem dubito, quin* uixillum (*vel* iuxillum) *aut contineat aut praebeat crepitus vinarii (cf. Curc. v. 295) aliquam significationem* (ruxillum *fortasse, si hoc a* rugere, ructare *verbo fingi poterat, ut* uexillum *a* uehere *sim.*). *Eadem ratione* anginam uinariam *apud Paulum Festi p. 28, 7 ipse dicit Plautus (non* '*nescio quis poeta comicus*', *ut L. Muellerus dixit l. ad v. 540 s.*): Pax *autem ructus sonum reddere videtur.*

889 *sqq.* '*Meiero et Ladewigio in transponendis versibus adsentitur Fleckeisenus Philologi II p. 113, idemque pridem ipse intellexeram.*'

Adde Teuffelium Mus. Rhen. XXVIII p. 347 Bergkiumque p. 638. Cf. ad v. 879. 'id est tibi nomen *R olim Proleg. p. LXXIII.* id est nomen tibi *Fleckeisenus: sed v. Proleg. p. CCXXV:* illud est nomen *Meierus. Liberius* adulescens, est id nomen *transponebat Ladewigius.* tibi *illud tam incommodum est ad sententiam, ut non possit non additicium videri. Ceterum non impediam si qui* istuc nomen est *praeferant.*' Quid istuc nominist *censor. edit. Ritschel. p. 314 sq.* Quid tibi nomen est *Spengelius.* Sed quid est tibi nomen *Bergkius p. 638 sq. Cf. sis H. Koehlerum l. s. s. p. 51.* '*Non recte interpungebatur* Pax, id. *Cf. v. 891.* pax *cur tam mihi suspectum sit, ut pervetustum mendum subesse credam, dixi Opusc. phil. II p. 254: atque de* tax *iam Meursius cogitabat. Miro artificio explicandae* pax *formae Plautinum* harpax *e Pseuduli v. 654 adscitum est.*' CH. idne est n. t.? SY. Hoc *ac dein v.* 891 SY. Quasi si dicam *e. q. s. ac v.* 892 CH. Hic h. s. s. quid ais [tu] adulescens *Bergkius. Ceterum v.* 890 *fortasse* nomen nogatorium *fuit (cf. v. 856) itemque apud Naevium com. v. 105 R.* noctem noco (*pro* nauco) ducere. *De v. 896 sq. cf. praef. p. XXIV.*

898. 'suo dare gnato *Lindemannus* (*Spengeliusque*). gnato suo dare *Fleckeisenus. Cf. Proleg. p. CCXXXIV. CCLVII.* dare suo gnato *Hermannianum parum perite reiectum a Muellero de pros. p. 213.*' *Cf. eundem Additam. p. XII Brixiumque.*

900. '*Restituto* naugatur *in eodem versu non potui non paullo post* naugari, *quamquam ibi libri omnes* nugari.'

901 *sq.* '*Post v. 901 quam lacunam signari, ea talem fere sententiam haustam esse conieci Proleg. p. XXII* (*vide nunc praef. p. XXIV sq.*):

CH. Mira sunt, qui hic scire potis est me fuisse in Seleucia,
Vnde redeo huc: utut est, pergam porro percontarier.'

V. 901 *cum lacuna* (*a Ritschelio statuta* (*a Spengelio Bergkioque negata*) *Teuffelius Mus. Rhen. XXX p. 632 sq. pro altera recensione habet v. 928 sqq.: unde post v. 928 iam nulla statuenda sit lacuna. V.* 901 *et* 902 *inter se permutandos esse exposui Act. soc. phil. Lips. II p. 457 idemque sensit Ribbeckius in Diar. litter. Ien. a. 1875 p. 452.* '*V.* 902 dedit ipse (*del.* mihi *cum Reizio*), *quod iam Proleg. p. CXXXVIII tuebar, nunc ideo potissimum teneo, quod multo concinnius* e manibus in manus *sine* mihi *quam addito pronomine dicitur. A prosodia sane* dedi' *non minus recte defendas quam v. 661* pige(t): *tutatusque est* mihi *Fleckeisenus Cens. p. 257.*'

903 *sq.* 'quidem is est *pro* quid(d)amst *Hermannus.*' *Proximo v.* ('*quem ex B protractum a Scioppio Verisim. III, 3 primus recepit Taubmannus*'), si equidem *Spengelius* (*item v. 978*), *praeter rationem.*

905. 'Hém, ridicule *Hermannus: sed v. Proleg. p. CCXLVI.*' quicum *pro* quocum *Fleckeisenus* (*item Spengelius Brixiusque*). *Cf. Greefius Philol. XXXV p. 672 sq.*

906. 'est ei nomen *CDFZ: asperitate singulari, quam non debui tueri Proleg. p. CXII.*'

907. 'illi illi *defensum Proleg. p. CLXXXVII conl. p. CXCIII.* Illi illi illi *cum Acidalio Hermannus, merito fortasse probatum Naekio de allitt. p. 382.* illic illi *Muellerus de pros. p. 568, valde inconcinne.*'

912. Iam recommentu's nomen : : Deum hercle me *Bergkius p. 639.* Iam recommentatus (*om.* es) *post Bothium defendit Olsenius l. s. s. p. 50. An:* Diuom hercle [me] atque hominum pudet?

913. ʽnoueris *et* me *libri.* noris *et* memet *Hermannus: de quo non recte existimari Proleg. p. CCXXII conl. p. CCXXXV, non cogitans de* tam quam *diiunctim scribendis.* ⟨sed⟩ fieri *recepto* noris *Fleckeisenus.*ʼ

914. ʽmanu *pro* in manu *cum Bothio* ℞ *Proleg. p. CXXXIX, in hoc genere olim quam hodie severior.* ut *ante* id *add. Lindemannus: quo hic non magis opus est quam v. 831.*ʼ

915 *sq.* Cast *Spengelius itemque Bergkius* (κ *Plauto tribuens*), c st *Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 341.* ʽCallicles *pro* Calli[ci]as *Camerarius parum cogitate. Nec* Calliades *nec* Callidamas *probabilitatem habet.*ʼ

917 *sq.* ʽCallimarchus *formae fidem faciam Opusc. phil. III* (*p. 314*). Calliarchus *Meierus p. 324.* Callimorphus *Bergkius Cens. p. 1145* (*24*). Callimachusne *Guyetus.* an Callimachus ℞ *olim Proleg. p. LXXXII. De numeris v.* 918 *v. ibid. p. CCXXIII.*ʼ

920. ʽnon monstrare possum hos *Guyetus.* non monstrare istos possum *Bothius. Etiam de* nequeo monstrare istos (*ut v. 92*) *cogitari posse nec me fugit nec Bergkium Diar. ant. stud. a. 1852 p. 346* (*103*), *cui praeterea* non monstrare pote istos *non displicuit: eodemque Muellerus inclinat de pros. p. 363.*ʼ

922. ʽ*Pro* numnam *potui etiam* anne: *nisi tamen a librorum scriptura* mim *vel* min *propius illud quam hoc absit. Olim Proleg. p. LXXV probatum* numne *Plautinum exemplum non habere dixi Opusc. phil. II p. 248 adn.* an Chares? an Charmides, num Charmides *Camerarius.* Char. Ch. an Chares? an Charmides? *Palmerius p. 759.* Char. Ch. an Charïdemus? num Charmides *Acidalius et priore* an *deleto cum Reizio Hermannus: quod cur ferri nequeat, intellegitur e Proleg. p. CCXIII. Pro paenultimo nomine* Charmadas *Bothius,* Charmylus *Meierus p. 324.* Char. Ch. Charinus? an Chares? an Charmides? *Bergkius Cens. p. 1145* (*24 sq.*).ʼ an Charicles : : Non est. : : Charmides *idem Opusc. I p. 639 sq.* an Charmides. Sy. Ain Charmides *cens. edit. Ritschel. l. s. s. p. 315.* ad Chares? ad Charmenes : : Num Charmides? *Spengelius adsentiente Brixio.* enim Charmides? *Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII p. 179, pro quo* Sy. Enim Charmides! (*serratis* Char. : : Chares? an Charmides?) *rectissime Langenus Symb. p. 266. Ex* mim *scriptura mirere* nim *particulae pro* ne(m) *affirmativa positae testimonium elicuisse Warrenum l. s. s. similiter de Merc. v. 767 errantem.*

923 *sq.* ʽistuc *pro* istic *Bothius.* erit *vix latinum, ac ne ad sensum quidem sycophantae satis aptum.*ʼ erit *vindicarunt Brixius Bergkiusque p. 640. Cf. Ter. Phorm. v. 801 sq. aliaque exempla apud Draegerum § 136.* ʽ*Ceterum numeros quamquam eorum sane exemplo, quae ad v. 902 tetigi, sic pronuntiando tueare:* Ém istic era' qui (*vel quod eodem redit* éri' qui), *tamen haud scio an tali vitata asperitate poeta aut* Ém iste erát *scripserit aut fortasse etiam simplicius* Ém istic ést (*id quod nunc video iam Geppertum suasisse*): *nam de* Em ístic erít *non esse cogitandum significavi Opusc. phil. II p. 700. Post hunc ver-*

sum aliquid intercidisse recte sensit Meierus l. s. s., quod quale esse potuerit, hoc exemplo declaravi Proleg. p. XXII:

dixi ego iam dudum tibi:
'Non placet, qua te erga amicum uideo amicitia utier.
Bene te potius *e. q. s.*

Vide nunc praef. p. XXV.' V. 924 *pro dittographia versus deperditi habet Teuffelius Mus. Rhen. XXVIII p. 346. V.* 923 *de* dudum iam *cogitat Langenus Symb. p. 43.*

925. 'inter *libri omnes.* intra *cum Camerario posteriores omnes.' Cf. v. 909.*

926. '*Cf. Proleg. p. XLIV.* ille ergo *pro* ergo ille *Reizius* (*Spengeliusque*): *de quo olim praecepta Proleg. p. CXXVII diu est ex quo retractanda esse intellexi.'*

927. 'Mihi latitabat *substituta cum Reizio* mi *forma nunc non sollicito.* Latitabat mihi *Hermannus.* Si adpellasses, respondisset nomini *R.* Si appellasses, respondisset, nomine *sic interpuncta Guyetus: sine interpunctione libri.* respondisset, si appellasses nomine *Hermannus.'*

928. 'ipse ubi est *libri omnes* (ubi ipse est *nullus*). Pol illum reliqui ad Rhadamam in Cecropia insula *R cum Bothio.* liqui *pro* reliqui *Hermannus servans* Rhadamantem. Rhadamam *formam firmavi Proleg. p. LXXXVII: cf. Opusc. phil. II p. 491. Sed quo saepius versum recolo meditando, eo mihi valdius adridere fateor Guyeti rationem ipsi Plauto haec verba tribuentis:*

Sed ipse ubist? Sʏ. Pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cercopia.

Nam cum ipsa Rhadamam *forma Bothiana, quamquam non carens analogia, tamen dubitationem non excludat, praeterea autem B interpunctionis nota minime usitata* cecropio· infula· *vix possit nihili esse videri, non abhorret profecto a probabilitate totum* insula *vocabulum alicuius interpretis glossema esse, qui Cretenses esse Rhadamanthum cum Minoe fratre meminisset: sive is simplex* insula *nomen adscripsit, sive hoc e pleniore explicatione* Creta insula *solum relictum est. Lacuna quid fere sententiae post hunc v. haustum esse videatur, velut hoc exemplo significavi Proleg. p. XXIII (vide nunc praefationem p. XXV sq.):*

Hercle memorem nugatorem: modo qui fui in Seleucia,
Vt ille memorabat, ni mirum nunc sum in Cecropia insula:

ubi recepta Guyeti coniectura consequens est ut alter, quem lusi, versiculus leviter mutatus talis potius prodeat:

Vt ille memorabat, ni mirum idem nunc sum in Cercopia.'

Cum Guyeto item fecerunt Wagnerus, Spengelius (Cercopio *inferens*), *Bergkius p. 640 conl. Simon. Amorg. frg. 34.* ad Rhadamam in Cercopum insula *Fritzschius Anal. Plaut. (ed. a. 1878) p. 10 probante Brixio. Ceterum cf. ad v. 901 et 936.*

929. 'qui, ipse egomet *interpungebatur: verum vidit etiam Meierus p. 321. E dittographia versuum 936. 937 hunc esse natum Ladewigius Philologi XVII p. 255 sibi persuasit: quode ad illum locum aliter statuimus.' Cum Ladewigio fecit Teuffelius Mus. Rhen. XXVIII p. 346.*

930. 'quod *delebat Gruterus. In correptum* hoc *iniquius me animadvertisse Proleg. p. CXXXIX iam fassus sum Mus. Rhen. XIV (a. 1859) p. 488 (Opusc. phil. IV p. 407 adn.).' Cf. Luchsius in progr. Erl. a. 1883 p. 10 sqq. Ceterum v.* 931 adistis *Acidalius (cf. v. 939. 942) pro* adı(ı)stı (adıſтıx *B, ubi* x *Sycophantae notam esse* X **Bergkius p. 641 vidit [itemque Loewius]: cf. init. sc.).**

933. Omniúm primum ín Pontum aduecti Arabiam *Spengelius adsentiente Muellero de pros. p. 443* — 'aduecтıa arabıam *BCD de qua scriptura mirere Muelleri iudicium' —: cf. Addit. p. XIII sq. 52.*

934. 'E(h)o *om. Guyetus.' Hermanni rationem impugnavit Brixius.* 'illaec ubi tus *Camerarius.* cubi *formam (ut in* sicubi alicubi) *firmavi Mus. Rhen. XXV (a. 1870) p. 307 (Opusc. phil. III p. 137).' Repugnavit Muellerus Additam. p. 29 adn. 45, hoc loco etiam Brixius.*

935. 'cúnīla *cum Hermanno pronuntiandum esse statui Proleg. p. CCLXXVIII sq., quamquam graece est* κονῖλη, *non* átque cunīla: *eam id quidem ob caussam metricam, quam postea identidem tetigi, ut praef. Mil. glor. p. XXII, Opusc. phil. II p. 684 sq. conl.* ***p. 399. 691.'***

936 *sqq.* 'hunc *post* graphicum *inrepsit e proximo versu.* sed ego sum insipientior . . . . nesciat *non dubito pro dittographia versus 929 habere: neque enim nunc id agitur, ubi sit vel fuerit Charmides, sed quos locos sycophanta adierit. Expulsum est huiusmodi hemistichium aliquod:*

Nimium graphicum nugatorem. quem ego contundam probe:
Nisi quia lubet *e. q. s.'*

Dubitat Brixius cum Teuffelio l. s. s. (cf. ad v. 928). Contra Bergkius p. 640 v. 936—938 *omnes pro dittographia v. 929 sq. habet nullam lacunam admittens.* '*Ceterum v.* 937 Qui egomet, unde *iungebatur:* Qui, egomet unde *correxit etiam Meierus p. 324.'* redeam huc, rogitem (*servato* hunc *v.* 936) *Bergkius p. 641.* 'quod ego *ne forte expetas, cautum est Proleg. p. CLXIII. V.* 938 quia hunc lubet *Hermannus:* ***sed vide Proleg. p. CCXXVII.' Cf. Langenus Symb. p. 58.***

939. 'istis *Acidalius* (*cf. ad v. 931*). aduortas (*ut v. 897*).' aduortes *defendit Bergkius p. 641. Cf. etiam Rotheimerus l. s. s. p. 45.*

940. '*Pro* quo(a)d [d]e *Guyetus* qui de (*adsentientibus Wagnero Spengelioque*), quód e *Lachmannus in Lucr. p. 386,* quôd *haud dubie interpretans* quoad, *quod ipsum post Lachmannum Bergkius suasit Annal. phil. t. 81 (a 1860) p. 393. Praeterea* Ad caput, amnis quôd *interpungendum videbatur Lachmanno.' Videsis Kesebergium Quaest.* ***Pl. et Ter. ad relig. spect. (ed. Lips. a. 1884) p. 24.***

941 *sq.* 'e caelone *Hermannus: sed vide Proleg. p. CV adn., de numeris autem versus p. CLXXXVI. V.* 942 Eho (*om.* an) *Reizius.* ***Cf. ad v. 934.*** ascendistis ***Acidalius (cf. ad v. 931).'***

943. 'eho an *veteres post Z edd.* eho anne, *ut F, Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. II, 3.* an tu *deleto* eho *ℛ Proleg. p. CLXXV.* ***CXC.'*** uisti *pro* uidisti *Kochius conl. Merc. v. 393: v. ad v. 420.*

944. 'Callicli isse *Camerarius.* Charmidi isse *Scioppius l. s. s.* Callide? (*vocativum priori versui continuatum*) Sy. isse *Bothius satis inepte. Licebat etiam* Alii dis isse.' Em alii di isse *Ribbeckius Mus. Rhen. XXVII p. 179.* Hunc a. d. i. *Bergkius p. 641. Ceterum cf. praef. p. XXVI.*

946. 'Sy. Ego hercle *Camerarius*. Sy. Ego uero hercle *Bothius*. Sy. Ego quidem hercle *Hermannus*. ſı eſ moleſtuſ (*sic BCD*) *potest sane ad* si molestumst *spectare*.' Taceo hercle, etsi itast. Ch. Molestu's *Spengelius*. *At* Taceo *supplementum, quod cum* ℞ *exhibuit* (*de cuius scriptura cf. Kellerhofius l. s. s. p. 61*) *non coit cum versu 948 ab ipso Spengelio praeclare emendato. Vnde ad hoc potius exemplum hunc locum refinxerim:*

Sy. Saeuos hercle's! Ch. Nimis molestu's: nam p. n.

947. 'Manere oportet *Scioppius*. Se praebere o. *Bothius*. esse o. ⟨hominem⟩ *Hermannus*. Praedicare o. ℞ *olim: pro quo etiam* Autumare o. *potui*. Rere o. *Hauptius Mus. Rhen. VII p. 479* (*Opusc. I p. 165*) *adscito simul* hominem *Hermanniano: quod fateor me non intellegere. Novam supplendae lacunae viam Ribbeckius ingressus aliam sententiam hanc substituit:* Porro audire oportet, quî . . . perueneris, pudicum *ut sit pro subiecto: coniectura meo sensu minime spernenda.*' Praebere aurem oportet (*et antea* nemini) *Bergkius p. 641*. Enarrare o. *Spengelius*. Pol perhibere o. ℱ. '*Ceterum* abs terra ad caelum qui *transposuit Hermannus: sed v. Proleg. p. CCXVI.*'

948. 'Mittam uti te *Hauptius l. s. s.* Catamitum hau te *Buggeus* (*v. ad v. 598*) *II p. 29 ingeniose, si forte non vere: id quod suum fecisse Lorentium Nunt. erud. Gotting. a. 1868 p. 1200 et Philologi t. XXVIII p. 563 arguit Vssingius* (*Tidskrift for Philologi og Paed. t. VIII, a. 1869*) *p. 209.*' *Cf. Sigismundus de* HAVD *negat. p. 257*. De itinere haud te *Bergkius p. 641*. '*Pro* hosce *exspectes* hos.'

950. 'Quid ais tu? nunc *interpunxi cum Meiero p. 324 conl. v. 892. Poen. I, 2, 130. V, 2, 25. 30 al.* Quid ais tu nunc? *vulgabatur*. Quid ais? tu nunc *Lomanus Spec. p. 54, Fleckeisenus Philologi II p. 83.*' *Cum Lomano fecerunt Spengelius Wagnerusque atque idem in edit. III correcturus erat ipse* ℞. 'nunc *delebat Reizius* (*servato* eum ipsum). ipsum (*om.* eum) *Guyetus*. *V.* 951 istas tibi *transponebat Bothius.*'

952. 'Norisne *Guyetus, Reizius* (*servantes* me edepol)' *itemque Spengelius atque* (Norin) *Muellerus Addit. p. 102:* '*quae forma vereor* (*quamquam non immemor Ciceronis Orat. § 157*) *ne non magis Plautina sit quam* nosse nossem, *quode v. ad v. 957*. hem, nae *Hermannus.*' *Cf. ad v. 1141.*

954. '*mihi etsi, qui in hac quidem versus sede tueare, Proleg. p. CCXXVIII ostendi explicatius, tamen nunc simplicius visum est ipsa scriptura pronuntiationem exaequari. Ceterum* mihi qui *transponentem me l. s. s. secutus est Fleckeisenus.*'

957. '*Pro* Mihin concrederet *quod item proponebam et Proleg. p. CV commendabam* Mihi concrederetne, *nunc ut reprobem facit Fleckeiseni de* nosse nossem *forma non Plautina observatio Ann. phil. t. 95* (*a. 1867*) *p. 632 adn.*' *Cf. Luchsius in progr. Erl. a. 1883 p. 22.* Mihi id concrederet, ni med ille *vel* Mihi concrederetne id, ni *Bergkius p. 641*. illic *pro* ille *Spengelius* (Mihi *et* nossem *servans*). 'me ét ille et *Muellerus de pros. p. 333 adn.: quod saltem* et mé ille et *esse debuit.*' *De* nouisse *cet. adde Engelbrechtum in Stud. Vindob. VI* (*a. 1884*) *p. 227 sqq. accuratius disputantem.*

959. 'possim *Camerarius praeter libros. Transponi* Si illo hunc possum m. n. Ph. *Kochius iubet, non sine aliqua specie. Cf. Scioppium Susp. lect. II, 3.*' *Adde Benndorfium in Act. gymn. austr. XXVI (a. 1875) p. 611 sq.*

963. 'hic homo mastigeus *e codicibus affert Pius.* mi hic homo astu. heus *Hermannus.*' heus Pax, tribus verbis te uolo *Kellerhofius emendavit p. 82.*

964 *sq.* 'quód ăccepisti *tolerandum esse iam tum intellexi cum Most. 308* áge ăccumbe *alia alibi similia intacta reliqui.* tu accepsti *R olim Proleg. p. CXXIV: forma non minus hic quam supra v. 420 improbabili. Transponebat Hermannus* aurum id quod accepisti. *De numeris v.* 965 *ne quid vereare cautum est Proleg. p. CCXLVI. CCLXXIII.*'

967. eiius *duce B Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 314 sq.* (*de* nepe *eiusdem B scriptura v. 966 cf. ad v. 328: eodem versu* ab eopse *Spengelius sine ratione*).

968. 'ego dem aurum *Hermannianum probatum Proleg. p. CCXC. CCXCII: pro quo tamen etiam* dém ego aurum *vel* aurum ego dem *licebat.* ego aurum dem *cum libris qui tueri volet,* mi *pro* mihi *scribat necesse est, accentu in ipso fine sententiae vix probabili*', *quamquam Spengelio (non a Spengelio) probato.*

969. 'te accepisse a me *Kampmannus de* AB *praepos. p. 14, contra quem Hermannus dixit in Nov. annal. phil. et paed. t. XXXV (a. 1842) p. 193.* a me te accepisse *cum defendere velle videtur Buechelerus de decl. p. 14, meo sensu ad nimiam sese similitudinem eorum adplicat quae non potui non inclementius perstringere Mus. Rhen. XXIV p. 489 adn. (Opusc. phil. III p. 130).*' *Ceterum* fassu's *scripturam pro* fassus *improbat Olsenius l. s. s. p. 39.*

971. 'huic auro *pro* auro huic *Hermannus. De* hercle es, *non* hercle's, *v.* 973 *v. Proleg. p. CCXXXV.*'

974. 'argute ⟨me⟩ obrepsisti *R Proleg. p. LXXXIII coll. v. 60.*' *At cf. Pseud. v. 686.* argutus' *Spengelius,* arguted *Brixius,* argutule *Kochius Mus. Rhen. XXXII (a. 1877) p. 99. Possis etiam* argute ⟨ob rem⟩ obrepsisti.

975. 'Posquam *scripsi, ut accommodarem ad proximum* pos tu, *quod vindicavi Opusc. phil. II p. 549.*' *Adde Bergkium Diar. ant. stud. a. 1852 p. 349 (Opusc. phil. I p. 106), Loewium Cens. p. 537 sq. Dein* factu's *refutavit Olsenius l. s. s. p. 27, exempla satis inter se dissimilia congerens.*

976. 'tu nec eras *Bergkius l. s. s. p. 346 (103).* non tu eras *Muellerus de pros. p. 181.*' *Totum versum spurium esse demonstravit Loewius Act. soc. phil. Lips. IV. p. 343 sq. Cf. v. 980.*

977. 'Proin tu te *etiam edd.* Proinde tu *Hermannus: sed v. Fuhrmannum Ann. phil. t. 97 (a. 1868) p. 852.* te recharmida *Hermannus. Ineptit interpretando Durantius Casellius Variarum l. II c. 14 p. 86 ed. Lutet. a. 1592.*' rusum ted echarmida *vel* rursum itidem decharmida *Bergkius p. 641.* Proín tu te ítidem ut chármidatus | és rursúm decharmida *non displicuit Olsenio l. s. s. p. 46.*

979 *sq.* 'esse ego *Bothius, non improbatum Muellero de pros. p. 299. 428 frustra laboranti in accentibus.* quilubet *cum B Scioppius*

Susp. lect. II, 3, Acidalius. V. 980 *confictum esse ad exemplum v. 976 pridem mihi persuaseram, cum idem vidi Ladewigium sentire Philol. XXVII p. 255.'*

982. fassu's *improbat Olsenius l. s. s. sublata post* redde *distinctione v.* 981 fassus *adiungens.' 'Spondiacam in hac sede vocem* aurum *excusavi ut potui Proleg. p. CCXXXV: nunc haud scio an* aurum id tibi *scripserit poeta'* (*quod probat Koehlerus l. s. s. p. 68*). 'tibi? *Hermannus, recte improbatum Hauptio Opusc. I p. 166.'*

983. Properasne *conl. Aul. v. 431 Beckerus in Studem. Stud. I p. 160 adn.* 'propere abire *Bothius: quod cum* actutum *sociatum placere nequit.'*

985. ementitus es *'durioribus numeris' defendit Olsenius p. 49,* ementitus, is *saltem exigens. Ceterum in proximis* ipsum es *ter corr. Spengelius.*

989 *sq. Pro* ser[i]o quoniam aduenis *male* serior quoniam a. *Spengelius.* 'sero quandoquidem a. *post Geppertum Kochius, convenienter versui 991.' Nullus dubito, quin scribendum sit:*

Enim uero sério! quoniam aduenis —

Vapulabis *e. q. s.,*

nisi Vapula sis *praestat.* '*V.* 990 Vapula *Bergkius Cens. p. 1144 sq.* (25), *sed idem de* uapulis (*h. e.* uapules) *scilicet coniunctivo cogitans Diar. ant. stud. a. 1852 p. 349* (106). Vapulabis arbitratu meo *cum Gulielmio Hermannus. Liberius transponendo numeris consulere Muellerus de pros. p. 568 instituit'*: *post quem* Meo arbitratu vapulabis *Spengelius dedit.* '*E novorum aedilium mentione quid sit consectarium ad tempora Trinummi definienda explicavi Parerg. p. 348.'*

991 *sq.* 'An *pro* At (*sic cum libris Acidalius*) *Camerarius: cf. Scioppium Susp. lect. II, 3.* quando equidem *R ut v. 352, certa ut puto id ratione suadente. V.* 992 etsi *pro* si te *Acidalius;* post an *pro* an *Lambinus, quod probabat Scaliger.'*

994. Sed enim tu qui sis *Camerarius.* Pseuderum : qui sis (*sublata post* infortunio *distinctione*) *Bergkius p. 641.* 'ciccum *R ut Rud.* 580 *pro* floccum*: quam notionem non est credibile post unius versus intervallum iteratam esse. Quamquam etiam alia in promptu sunt, e. c.* naucum *vel* hilum, *vel* cicerim *conl. Placidi glossa p. 486.' Placidus p. 23, 23 D.* ciccum, *non* cicerim, *explicat cum aliis: idque hoc loco firmavit Loewius Cens. p. 530.*

995. '*Fleckeiseno auctore sic ut feci interpunxi conl. Stichi v. 599, pro eo quod erat* Ibo ad illum, renuntiabo.' Ch. Abi. Sy. Ad illum r. *Bergkius p. 641.* 'mihi qui tris *Hermannus: sed v. Proleg. p. CCLVII.'*

997. '*Cf. Langenum Mus. Rhen. XII* (*a. 1857*) *p. 433.'* Qui di te *Spengelius.*

998. '*Cf. Proleg. p. XIX. CCCXVI.'* illic hinc *Kiesslingius emendavit Mus. Rhen. XXIV p. 119 confirmante Brixio.*

1005. 'mouet mutum, tacet *interpunxit Bothius. Totum versum seclusi ut male confictum prioris interpretamentum'*: *qui male saltem confictus neque Wagnero videtur neque aliis.* '*Ceterum v.* 1004 *de* tintin(n)abulum *vide Lachmannum in Lucr. p. 37.'*

1008. 'facite *Camerarii editio altera, unde* face tu *N. Faber apud Gulielmium c. 2, Hermannus.'*

1009. Ne subito tuis exoriatur scapulis stultitia malum *vel* N. s. ulmeum e. sc. supplicium tuis *Bergkius p. 641.* Ne subito tuxtax oriatur sc. st. tua 𝕾 *coni. Persae v. 265: adde* tacs tacs *imprecationis a de Rossio editae in Nunt. Inst. arch.* (*Romae a. 1880*) *p. 6 sq.*

1014 *sq.* 'thermopotas *Bothius.* thermopolasti *absurde N. Heinsius Adversar. I, 10 p. 98': cf. Vhdolphius in progr. gymn. Leobsch. a. 1877 p. XIII. Ceterum de v.* 1015 *integritate perperam dubitare videtur A. Muellerus l. s. s.* (*cf. ad v. 868*).

1016. 'hominem hunc ℜ *olim Proleg. p. CLXXV: mox* hominem *ut v. 851 sq.* (*quicum cf. ad v. 861 adnotata*). *896: quo fit ut* exercitor *ultimam servet longam.'*

1018. Memoriam *scribendum est cum Seyfferto Stud. Pl. p. 26 coni. v. 1014* (*adde Mahlerum l. s. s. p. 29 adn.*). *De* homonibus *cf. Bergkium Philologi XVII p 56* (*150*) *atque* (*Beitr. z. lat. Gr. I*) *p. 98, ubi aut hoc aut* frugis *pro* frugi *suadet. Servato* hominibus *pro* quia *potius* quoniam *Reizius apud Hermannum praef. p. X,* quia tu ℜ *Proleg. p. LXXIII,* quia ita *Wagnerus,* quiane *Spengelius* (*v.* 1020 *post v.* 1022 *relicto*), ain, uerbero? *pro* an uero 𝕾 *coni. Capt. v. 551 al.*

1021. 'Theruchus *Camerarius.* Cheruchus *Salmasius.* Ceruchus *nescio quis in exemplo Plantiniano bybliothecae Leidensis.'* Truchus *et* Kruchus (Krachus?) *Bentleius, idem* fuit *delens.* Trochus *Spengelius.* 'Cerdonicus *pro* Cercon. *coni. Osthelderus p. 35',* Creconicus *Spengelius, dein* Crinnus *servans.* 'Crimnus *Scaliger, Guyetus. Vtrumque et* Crinus *et* Crimnus *qui defendi possit, expendi Ind. schol. aest. Bonn. a. 1856 p. VI* (*Opusc. phil. III p. 318*)*: cessi tamen nunc metricae rationi quam ad v. 935 tetigi, quamquam fieri potest, ut regulae neglectio excusationem a nominibus propriis habeat.* Cricolabus *est* λαμβάνων κρίκον *i. e. condalium: probabilitatem vix habet* Cricoclopus.' Cerdobolus *Spengelius.* '*Denique* Colobus *Valla.* Cottabus *Palmerius p. 697.* [Kollabus *Bentleius.*] Collabus *nomen vindicavi l. s. s. Totum versum Bergkius Cens. p. 1145* (*25*) *talem conformavit:* Chrysus fuit, Cerconicus, Cercobulus, Collabus*: quantumvis dissimile veri sit bina deinceps nomina eodem* Cerco- *initio fuisse.'*

1022. 'Scapulicrepidae *Guyetus.'* Oculistrepidae *Spengelius.* Culicrepidae *Loewius Anal. Pl. p. 201, rectius deinde ipsis BCD ducibus* cruristrepidae *inferens.* Oculicrepidae, *quod pessime temptari Anal. Pl. p. 46 sq., nunc ipsum tueor coni. Anon. Vales. 14, 87 p. 303, 9 Gardth.:* accepta chorda in fronte diutissime tortus ita est, ut oculi eius creparent. *De versu in libris sequente* (1020) *cf. praefationem p. XXVI sq.; vide ad v. 1018.*

1023. '*De* Quorum hercle — *quod saepe* ercle *scribitur in libris — cf. Proleg. p. CCXXXVII. CCLXXIV.* Quorum hominum *Reisigius Schol. gramm. l. lat. p. 377.* Quorum (*om.* eorum) *Hermannus.* Quorum heri *Bothius.* Quorumne *Kochius.'* Corgo eorum *vel tale quid coni. Trucul. v. 104* 𝕾. *Dein* surpuit *Bentleius.* surripuerit *Hermannus, unde* surpuerit ℜ *cum Lindemanno* surrupiat *recepturus in ed. III. Ceterum v.* 1024 forem *ex* furorem (*C*) *elicuit Loewius l. s. s.*

1025. 'addam ‖ Num *memorabilem scilicet scripturam casui tribuendam esse negans Muellerus de pros. p. 568* ad damnum unum *proponit infelicissime.'* *V. 234. 971. 1031. 1058. 1059 adscripsit* ℜ*: cf. tamen*

Muellerum Addit. XIII. '*ἐπιθήκην in marg. adscriptum a Scaligero graecorum in hac ipsa fabula vocabulorum παῦσαι v. 187, οἴχεται 419, πάλιν 705 exemplo commendari commode monet Kochius, vindicatum id a me Proleg. p. LXXX sq. (cf. p. CXCIV): pro quo* ut epithecam *Reizius tollendi hiatus caussa;* in apothecam *Hermannus,* hypothecam *cum Valla Pius,* parathecam *vel* apotychiam [*sic*] *Scaliger item in marg.*' *Adde sis Fritzschium Anal. Pl. p. 7. Quamquam cogitare possis de* auctarium *per graecam vocem explicato.* ἐπιθήκην *impugnat* ut *post* damnum *inserens Bergkius Opusc. phil. I p. 641.*

1026 *sq.* 'perisse *Fleckeisenus Exerc. Pl. p. 32.* dicis *coni. idem*': *at cf. Catulli VIII, 2. Ceterum versum* 1027 *totum Stasimo relinquendum esse* (non — domi *spectatoribus dicenti*) *serio contendit A. Muellerus l. s. s. p. 23.*

1028. 'ueteres hominum mores *Lindemannus, perbene ad speciem litterarum, ad sensum nimis languide.* ueteres mores, utinam *Guyetus.* hominibus ueteres mores *Bergkius de Trin. p. XIV (69), parum feliciter.* ueterum homonum mores *dubitanter Kochius.*' ueteres ⟨heminae⟩ homines 𝕾 *conl. Catone r. r. 57, 1. Quintil. VI, 3, 52. Flav. Vop. Tac. XI, 1. Adde cognomen* Hemina (*conl.* Frugi).

1029. '*Transposuerunt* Hic maiori honori potius essent *Guyetus,* Potius maiori essent hic honori *Hermannus,* Maiori hic honori potius essent *Bothius, pessum datis autem numeris* Maiorum potius in honore *Bergkius l. s. s. Ceterum* maiori honori *fortasse relicta sunt e prisca* maiorei honorei *scriptura.*'

1032. 'mores *pro* homines *libri contra atque v. 1028 factum: quocum conciliari nequit* more habent *v. 1034. Pro* quod *Bergkius* quoad*: sed cf. v. 439.*'

1033 *sq.* 'sanctast, liberata *Gulielmius. Post* licentiam *v.* 1034 *non plene interpungi: alioqui enim v.* 1033. 1034 *inter se transponendi fuerant*'*: atque transponi iussit Bergkius p. 641.* 'morem habent. CH. Licentiam *Bergkius Cens. p. 1146 (25. cf. 641): quod iam praef. Mil. glor. p. XXI adn. reieci.*' more habet licentiam *Votschius de inf. p. 11 reprobante Barthio de inf. p. 62.*

1036. 'Strenuiores *Reizius.* Strenuos iam *Hermannus.*' Strenuosos *Loewius Anal. Pl. p. 202, optime: etsi glossa allata dubia est ex Epinalensis memoria.* praeteruidere *pro* praeterire *Spengelius.* 'praeteriri *Scaliger.* Nequam id quidem est *Hermannus: quo cur non opus sit, explicari Proleg. p. CXI.* Morem nequam quidem *Bergkius l. s. s. p. 348 (106), servato* Strenuos *sine* nunc*: dupliciter laborante versu.*' *Et h. v. et v.* 1035 *item totum Stasimo relinquendum esse A. Muellerus credit l. s. s.*

1038. 'Magis queis sunt *Camerarius.* Magis qui sint *Bothius.*' Magisque is sunt *Spengelius. Alia temptavit Muellerus Addit. p. 82 sq.* 'obnoxiae quam *cum Pio Guyetus* liberi parentibus *corrigens. Versui* 1037 *praepositum Riesius Mus. Rhen. XXIII (a. 1868) p. 378* hunc esse talem voluit:* Magis qui sunt obnoxiosi quam parentes liberis? *Ceterum v.* 1037 More *pro* Mores *Bothius.*'

1039. Et miserae *Spengelius.* Eae miserae *quod ex Z vulgabatur vindicat Seyffertus Stud. Pl. p. 9.* '*De numeris v. Proleg. p. CCXXXVII.*'

1043 *sqq.* '*Versu 1043, ut quo versuum 1037. 1038 sententia iteretur tantum, merito offensum Ladewigium Philologi XVII p. 255 fugit tamen*

ita ne proximis quidem duobus locum esse aptissimo cum illo vinculo iunctis: quapropter omnes tres post Plautinam demum aetatem additos esse existimandum est.' Quin immo etiam v. 1046 *sq. in suspicionis societatem trahendos esse animadvertit Langenus in Annal. phil. CXXV (a. 1882) p. 680.*

1046. 'Non *pro* Nonne *cum Guyeto Meieroque p. 325 iam Proleg. p. CV adn. probabam.' Adde Spengelium* (*Die Part.* XOXXE) *p. 4.* 'pullice *B prorsus ut v. 1044. 1057. Eam scripturam, quam non habeo qui defendam, ipsa litterarum similitudo suadet ut e* PUPL. *potius quam e* PUBL. *ortam credamus, ut scriptum est v. 286. Cf. Proleg. p. CII.* omnibus *tuentur Scioppius Susp. lect. V, 13, Doederlinus Synon. IV p. 355, Hildebrandus in Appul. Metam. VII, 5. Non potest v.* 1047 *comparari:* gregem universum uoluit totum auortere (*h. e. 'die ganze Heerde auf einmal' vel 'in der Gesammtheit', quando 'allen Menschen auf einmal' hinc esse alienissimum apparet*).' nam hominum genus id omnibus *Spengelius. Cf. Sittelius* (*v. ad v. 29*) *p. 97. Ceterum v.* 1047 omni male facit poplo (?) *Bergkius p. 642.*

1049. '*Pro* eorum ex *exspectes* suo ex *vel* (*sine* ex) ipsorum *aut* suopte, *ut ad idem subiectum referatur* probant.' *De* illorum *vel* aliorum *pro* ingenium *inferendo cogitat Bergkius p. 642.* eorumpse *pro* eorum ex *Leo* (*cf. ad v. 639*) *p. 4. 11 vidit scribendum esse,* horunc *pro* horum *Studemundus in Annal. phil. CXIII (a. 1876) p. 60.*

1051. 'beneficio inuenias tuo *Bentleius in Ter. Eun. I, 2, 69' itemque* benficio *cum* R *substituto Spengelius Wagnerusque.*

1052 *sq.* '*Hos v. non eiusdem manus vel recensionis esse atque eos qui praecedunt Bergkius Cens. p. 1146 sq.* (*26*), *perspexit unum alterumve praeterea versum periisse coniciens: adsentientemque habuit Fleckeisenum Cens. p. 248 sq.* Mage si exigere incipias *Bothius. Fefellit me opinio Proleg. p. LXXVI. LXXXIX.'*

1054. 'uenerit mi in mentem *Bothius: non sane incommode. De* mi(hi) *vide ad v. 954.* re commonitus sum modo *olim placebat Proleg. p. CCLXXVIII: nec fortasse immerito. De* reapse *cogitat Muellerus de pros. p. 277.'*

1056 *sq.* Quom dederam, talento *vel* Dederam, quo t. *temptavit Bergkius p. 642.* Nam ego talento, mutuom Quod dederam, Thaletem inimicum mi emi (*i. e. sapientia destitutus talentum dedi*) *F. conl. Capt. 274 al. In* talento *repetito item haesit* R. '*De* puplicis, pullicis *vide ad v. 1046.'*

1059. 'audin *Muellerus de pros. p. 180. 568: per se non improbabiliter, sed male interpretatus lacunulam quae post* AUDI *in A est': item Bergkius p. 642, recte probatum Spengelio Brixioque. Perperam* eo domum *deleto* audin? heus tu. ST. Heus tu *e. q. s. suasit A. Muellerus* (*cf. ad v. 868*). '*Ceterum* ST. Non sto. CH. At uolo *Pareus, prope ad uerum.* ST. Non sto. CH At ego te uolo *Reizius, Bothius.'*

1060. ego me *pro* egomet *cum A probat Bergkius post censorem edit. Ritschel. p. 313. Ceterum in* Stasimi *nomine a Charmide iam hic usurpato non recte haesit Bergkius: cf. v. 1008. 1013.* '*V.* 1061 *in* Et mere (*CD*) Te emere *latere Kochio visum.'*

1062. 'audiens mihi est *Lambinus.* quid agam *Kochius ut v. 718. 981: sed vide Bacch. 1195. Pers. 666. Epid. 693 et cf. v. 815. 843.'*

1064. ut iubes *cum Hermanno recte probant Spengelius Bergkiusque simul* es *vindicantes.* ut mones (*A*) *ex v. 1063 illatum.*

1068. 'fiet. sed *Camerarius.*' ad me huc *recte praefert Bergkius. V.* 1069 Em *pro* Hem *Spengelius, praeter rem.*

1070 *sq.* 'optumust *praeter rem commendabam Proleg. p. CX: vide ad v. 1177.*' *Ceterum hoc loco cum aliis* Ipse homo (*BCD*) *praeferam*, Ipsus *vero* (*A*) *ad v.* 1071 *traho*, '*ubi* ipsus *BCD, recte probatum a Fleckeiseno Ann. phil. t. 93* (*a. 1866*) *p. 61*, KIC *A*, *praeter morem Plautinum: pro quo* is *substituebam Proleg. p. CCCXXIII.*' *Ceterum v.* 1073 Certe is est *male Charmidi tribuit Bergkius p. 643.*

1080. '*De* aedis *nominativo vide ad v. 29.* ste *B testimonio aliis planiore brevioris formae a Lachmanno in Lucr. p. 197. 232 vindicatae. Eandem huius versus scripturam* (*nisi quod pro* staec *servat* stae. *quode vide ad v. 3*) *nunc Bergkius commendat* (*Beitr. z. lat. Gr. I*) *p. 51.* ted *ℜ, ut Amph. 812. Most. 365, alibi.*' staec *refutavit Muellerus Addit. p. 117. 158 sq. Atque* istae :: Quid ego ex te audio *certatim probarunt censor edit. Ritschel. p. 314, Seyffertus Stud. Plaut. p. 9* (*cf. ad Aul. v. 796*), *Schmidtius l. s. s. p. 74, Bergkius Opusc. phil. I p. 643* (*cf. p. 383*), *alii.*

1087. '*Per* miser summis aerumnis *manum poetae restitutam esse vel propter iteratum v. 1089* miser *diffidendum.* miser magnis periclis *Grauertus Diurn. schol. a. 1829 p. 28*, magnis *illud minime male.* miser summis periclis *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 24* (*ubi* summeis *substituebam Proleg. p. XCVIII*). miser minumis uehiculis *Bothius, quod mirere placere Naekio de allitt. p. 414 potuisse.* miserrumus procellis *Geppertus. Omni mutata constructione* Ego miser meis aerumnis: sum per m. m. Vectus c. p., per *c. q. s. Bergkius de Trin. p. XIV* (*69 sq.*) *proponens fidem aegre inveniet. Aut de* miser saeuis procellis *aut de* miserrumis aerumnis *vel adeo* miserrumis miseriis (*conl. Amph. v. 590*) *Kochius cogitabat, quamquam satis sibi ipse diffidens. Idem postea* Miseriis miserrumis ego sum. *Alii* ⏑́ ⏑ – ego mille aerumnis *placuit.*' Ego mis aerumnis Herculeis *Goetzius Act. soc. phil. Lips. II p. 461 sq.* Ego mille aerumnis incolumis *Buggius in Opusc. phil. ad Madvig. missis* (*ed. a. 1876*) *p. 185 sq. non intellegens* per maria uectus *satis significare servatum incolumem neque sentiens* incolumis per maria uectus *coniungi non posse. Iteratum* miser *qui defenderunt, velut Brixius Spengeliusque cum Kampmanno facientes, neglexerunt* miser *hunc locum plane turbare multoque magis ob sententiam quam ob ipsam repetitionem offendere: neque enim ideo se deplorat Charmides quod pericula feliciter propulsaverit. Quare aut omnino cum Goetzio faciendum est aut — iteratum* periclis *si sollicitare nolueris — scribendum:*

Ego mis aerumnis, periclis *e. q. s.*

1090. 'hoc aetate *stolidus homo Nonius: quod haud dubie ex* hoc aetatis *ortum esse dixi Proleg. p. LXXXIV. Quo testimonio Muellerus de pros. p. 391 abutitur ad parum credibilia commendanda: quibus tamen etiam incredibiliora Bergkius comminiscitur* (*Beitr. z. lat. Gr. I*) *p. 149 sq.*'

1098. '*Ante hunc versum, non post* 1096 *quod Grauertus suspicatus erat l. s. s. p. 31, gravem lacunam esse ostendi Parerg. p. 561 sqq. Quam*

qualium fere versuum exemplo explendam putaverim, praef. p. XXIX sq. ante oculos ponit.' Cum Grauerto facit Bergkius p. 643. Cf. ad v. 1109. '*Ex* ſi ıtaſt ut *effecerunt* tibi, si itast ut *Camerarius*, si ita est ut tu *Hermannus*, si quidem itast ut *Reizius*', esse ita ut tu *conl. v. 545 al.* 𝔖.

1101. 'narrabo intus *Hermannus: sed v. Proleg. p. CXXVIII. V.* 1102 *idem* en *pro* (h)em.'

1106. afferantur *pro* efferantur *Bergkius p. 643.*

1108. '*Totum versum uni Charmidi continuantes libros recte sequitur Geppertus, quocum Muellero convenit de pros. p. 670 sq.* ,morae [.Ch.] cito ambula ℞ *Proleg. p. LXXIII: ut Pseud. v. 920, ubi loco* cii (cito) *Camerarius* nihil (*cf. Scioppii Susp. lect. II, 3*), i, i, *Gruterus,* i nunc *Hermannus,* quin *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (105).* morai. Ch. ambula, *quaesito hiatu praeeunte Gepperto, Seyffertus Philologi XXVII (a. 1868) p. 460 sq., pro quo* morais: ambula *Kochius.*'

1109. hac tu me *pro* tu hac me *Muellerus Addit. p. 50 assentiente Kellerhofio l. s. s. p. 84. Ceterum hoc versu actum finiri significavi Act. soc. phil. Lips. II p. 457 sq. adsentiente Ribbeckio in Diar. litt. Ien. a. 1875 p. 452: qui secuntur versus cum ad explendam lacunam post v. 1097 adhibuerim, rectius ille ex altera recensione repetirit.* '*V.* 1110—1114 *sic constitui Parerg. p. 556—563, unde petat qui aliorum conatus resciscere cupiat. Quartum versum, quem ego post quintum, Hermannus transposuit ante tertium; de lacunae inter* ob rem *et* cum ego *sede inter nos convenit, nisi quod ex* laborem *ille effecit* heri mei Et Liberum eius, *ego* et liberos Apsentis mei eri. — *Aliam viam Bergkius Cens. p. 1147 (26) ingressus de geminis recensionibus duabus cogitat, quas sic distinguere posse sibi visus est:*

a. Hic meo ero amicus solus firmus restitit
Neque demutavit animum de firma fide,
Quanquam labores multos *et* * * *
* * * * * * * * *

b. Hic unus, ut ego suspicor, seruat fidem,
Quam ob rem labores eum ego cepisse censeo
* * * * * * * * *

Quod ut ita fieri potuisse non nego (nisi quod admissi in ultimo versu pro iambo paeonis primi nunc fortasse ipsum paenitet), ita multo simplicior mea mihi ratio videtur, longe autem aptissime, si Stasimi de corruptis moribus communique hominum perfidia querellas memineris, in fine sermonis illa ipsa sententia cum pondere iterata quae est Sed hic unus *e. q. s.*'

1115 *sqq. Cf. Vossius l. ad v. 820 s.* 'hominum omnium *transpositum immerito sprevi Proleg. p. CXXXIII.' Spreverunt Spengelius, Wagnerus, Brixius, quem videas.* '*De v.* 1118 *v. Proleg. p. LXXV (conl. p. CXXXVIII).* adsecue *probare videtur Lachmannus in Lucr. p. 304. Totum versiculum delerit Hermannus, haud dubie ut e glossematis conflatum: nec id praeter probabilitatem. Quaeri tamen potest, num forte talis olim versus exstiterit:* Quod ago, subito subit, subsequitur.' *Versui* 1119 *hunc subiciens Bergkius p. 643* Quod ago, gentium ubi ubi est sequitur *temptavit.* quod ago assequier, subit subsequitur *Bockschius de casuum attract. apud Pl. et Ter. (ed. Vratisl. a. 1865) p. 42.* Quod ago sequitur

Spes (*vel* Salus), subsequitur *vel* Quod ago S. sequitur, subsequitur 𝕾 *conl. Amph.* 551 Sequor, subsequor te. *V.* 1119 gaudia gaudiis *transponendum cum Kellerhofio l. s. s. p. 59. 'Totum versiculum post v.* 1116 *transponebat Crainius de comp. cant. p. 36 sq., male administrans cetera.'*

1123 *sq. 'De* fundus *cf. ex antiquioribus Bullialdum in Valesii Emend. p. 203 sq. De* ego *suppleto cf. Proleg. p. LXXIII, de* moram mihi *v.* 1124 *traiecto p. CLXX. CXCIV. Pro* Hac *credibile est* Haec *poetam dedisse.' Cf. Schmidtius l. s. s. p. 45 sqq. cum Studemundo l. s. s. p. 61 sq. Servantes* mihi moram *Spengelius atque Koehlerus l. s. s. p. 28* Sed fores *in v.* 1124 *adhibuerunt maiore lacuna post* eo *v.* 1123 *designata: neque id improbabiliter. Quare conl. Truc. v. 443. Asin v. 130 (de quibus perperam iudicarit Leo l. s. s. p. 18) sic suppleverim:* eo ego (*vel* eo iam) ex hoc loco.

1125. *'Cf. Kochius Ann. phil. t. 101 (a. 1870) p. 64 sq. Bergkius (Beitr. z. lat. Gr. I) p. 69.* hominum in terra dum *Camerarius: ubi* dum *delere cum Engero p. XIV non artis erat, sed licentiae, quamquam idem iam Reizius suaserat, uterque producta* esse *voce.* hominem in uentum *Bergkius l. s. s. p. 70 (cf. Opusc. phil. I p. 643).* hominem alterum *Crainius Diar. gymn. Berol. a. 1866 p. 475. Liberius* esse usquam hominem terrarum *Hauptius Mus. Rhen. VII p. 479 (Opusc. I p. 166), conlocatione verborum vix ferenda, quam fuit qui sic emendaret:* esse quemquam usquam terrarum *sine* hominem. hominem, ín terrá natum *male Muellerus de pros. p. 299.' Cf. eundem Addit. p. XII. 74 adv.* hominem in terra *vindicarunt Spengelius et Brixius itemque Koehlerus l. s. s. p. 30: quos ita sequor, ut* dum *aut ex interpolatione aut ex lectione repetam ad* Nequedum (*vel* Necdum) fuit *principio efficiendum.*

1126. 'Quoi *ipsum genetivi formam Buechelerus de decl. p. 39 interpretatur.' Cf. Luchsius in Studem. Stud. I, 2 p. 28 sq. 'Pro* suum *Goellerus* tuae *expetebat.'*

1127. *'Dactylicum vocabulum sic removebat Lachmannus in Lucr. p. 116 neglecta caesura:* Nam ex his aedibus me exaedificasset a. t. f., *sic autem nuper (aliter enim olim statuerat Cens. p. 61) Fleckeisenus Ann. phil. t. 95 (a 1867) p. 626:* Nam apsque te foret, me ex his exaedificasset aedibus, *numeris non nimis blandientibus.' Traditum ordinem dactylicumque vocabulum defendit Roeperus Philol. XXX p. 577 conl. Vidul. Frg. V, 3 St.:* Hicine nos habitatis? Hisce in aedibus: huc adducito. *At profecto fidem aegre inveniet hic locus, ubi praeter vocabulum dactylicum id offendit, quod contra morem constantem* apsque te foret *postponitur (cf. v. 832. Men. 1022. Bacch. 412. Capt. 754. Pers. 836. Ter. Phorm. 188: aliter comparatus est Ter. Hec. 607: non recte disputarit Brugmanus Mus. Rhen. XXXII p. 425 sq.). Bis peccarit Spengelius* Nam aedibus me exaedificasset ex his, a. t. f., *semel Wagnerus* Nam a. t. f., exaedificasset me ex h. a. *Pluralem* exaedificauissent *Bergkius p. 643 restituit praeter necessitatem: at recte de hoc ipso vocabulo suspicionem movit Loewius Act. soc. phil. Lips. V p. 317 conl. glossa (non prorsus certa):* exaedituat: excludit ab aditis. *An fuit:*

Nam ápsque te forét me (*vel* foret méd) ex hisce exaédituasset aedibus?

1130. Nam benticium id homini *Spengelius.* Etenim benficium homini *coni. Wagnerus.* 'proprium sumserit *Camerarius.* proprium

sumseris *Acidalius.* pro proprio perit *reliquis transpositis Hermannus.* praesumpseris *Salmasius, item* quod *mutato in* quoi *Bothius.*'

1131. 'utendum (*om.* est) id repetundi *Bothius: contra quem dixi Proleg. p. CX.* utendumst repetundi (*sine* id) *Brixius duriuscule: quo tamen a numeris longe deteriora Muellerus de pros. p. 403 commendat.* utundumst *cur non scripserim, significari ad v. 867. Aliquid sententiae hic intercidisse suspicatur Ladewigius Philologi XVII p. 251, nulla si quid video necessitate.*'

1134. '*Callicli cum B tribuit Scaliger.*' *Totum versum proscripsit A. Muellerus l. s. s. Dein* occupabit (*sc.* filia) *pro* occupauit *Bergkius p. 643.*

1136. 'hic *pro* hoc *Scaliger. Post hunc v. quos intercidisse vidit Bergkius consentaneum est non tam ad Lesbonici et nuptias et cum Lysitele discidia spectasse* (*quid enim nisi haec ipsa* '*intus narrasse*' *Charmidi Callicles videbitur?*) *quam ad Lesbonici cum Calliclis filia nuptias, ad quas v. 1182 respicitur.*' *Cf. praef. p. XXX.*

1138. 'aduenienti *etsi ferri potest, tamen haud scio an recte gratiores numeros* aduenienti hic *commendaverim Proleg. p. CCXLIX sq.*'

1141. *Cf. ad v. 952 ac vide repugnantem Bergkium p. 643. An:* Quem égo nec qui esset nóueram ante néque eum conspexí prius?

1145. '*Neglectae caesurae aut venia petenda a commissura compositi vocabuli aut remedium ea transpositione admovendum quam Proleg. p. CCLXXVI proponebam.* Neú qui rém eampse íntellegere posset.'

1146. 'me esse penes *non magis suspectandum quam c. c.* qua istaec propter *Amph. v. 815.* me penes esse *Bothius. De* eum me (*del.* a) *cogitat Muellerus de pros. p. 381.*'

1153. 'salutis dignus *Pius, Gulielmius, Scaliger, Acidalius.*' *Cf. Woelfflinus Mus. Rhen. XXXVII (a. 1882) p. 114.*

1155. *Hunc versum Charmidi, verba antecedentia* Tunica propior palliost *Callicli tribuit Spengelius.* '⟨uobis⟩ nostra *probatum Fleckeiseno Ann. phil. t. 73 (a. 1856) p. 688.* deasque *post* Deos *Pareus ed. tert. supplevit*', recta *ante* recte *Spengelius,* Lysiteles *vocativum principio versus* 𝕾.

1156. 'desponsatam (*om.* esse) *Bothius male. Cf. Proleg. p. CXIII. CLXI.*'

1160 *sq.* 'Postremo hoc quod *Hermannus: sed v. Proleg. p. CCXLI.* V. 1161 Ch. *vitium Camerarianae corrigit Acidalius.*'

1163. 'idem hoc *servatum ab Huschkio* (*Gaius*) *p. 76.* item hoc *Bothius.* idem *Hermannus. De nota* X *ad v. 858 dictum est. Lacunae significandae eas notas adscriptas esse vix probabilis Bergkii coniectura est Cens. p. 1148 (28 adn. cf. p. 643).*'

1166. 'uoluntate *vox suppressa* n *littera ut* uolūtate *pronuntiata tam late patente analogia firmatur, ut de aliqua* uluntate *forma me iudice non sit ullo modo cum Kochio Annal. phil. t. 101 (a. 1870) p. 686 cogitandum.*' factum, est *probat Olsenius l. s. s. p. 76 (itemque* perpessus *v.* 1165 *ibid. p. 41).* '*Post hunc versum lacunam signavi, quam velut hoc exemplo suppleri Parerg. p. 579 (cf. praef. p. XXVIII sq.):*

Verum incendium ubi, quod comedit, sibi paratum inuenerit,
Ipsus scis quam sit difficile offusa aqua restinguere.

1168. missum, *non* missa. facias *pro* missam 𝕾 [*itemque Loewius*].

1169. '*cassas cur alii scribendum putaverint, caussa me praeterit.* nam quid est *pro* quid nam id est *℟ olim.*'

1173. sunt *cum Lindemanno Spengelius, Wagnerus, Bergkius p. 643 sq.* '*Ceterum hunc versum v.* 1172 *anteposuit Bothius.*'

1174 *sq.* '*Versui ut consulerent*, foras *delebant* [*cum Bentleio*] *Guyetus, Reizius*, Foras uocate *scribebat Bothius, omnes alterum mox* propere *servantes, quod deleri.* subitum est, propter quod eum *Acidalius.* subito et propere eum (*sine* quod) *Bergkius*', subitost quod eum *idem p. 644. Cf. Curc. v. 283.* foras *ex v. 1176 irrepere potuit, ut in illum ex hoc* subito. '*Proxima propter eas quas Opusc. phil. II p. 366 sqq. (conl. Proleg. p. CCCXVI) explicavi caussas novam esse scaenam volui cum Bothio, qui tamen in inscriptione* LYSITELES *nomen omisit.*'

1177. 'amicust *etsi Proleg. p. CX tutatus sum, tamen nunc certa me ratio movet ut derelinquam, praesertim post sublatum v. 1070 simile* optumust *exemplum.* satin saluae *Camerarius.* satine salue *Gruterus.* satine saluae *℟ ad Stichi v. 8 (I, 1, 10), ubi vide Gronovii adnotationem et praeter alios multos Dukerum ad Livii I, 58, 7.*' *Adde Georgesium in Annal. phil. CXVII (a. 1878) p. 830.*

1181. 'laboris *cum plena interpunctione edd. vett.*, *item Bentleius in Ter. Haut. I, 1, 30: cum interrogandi nota permire Gronovius, Hermannus.* laborist *Bergkius Diar. ant. stud. a. 1852 p. 348 (106), prorsus praeter rationem.*' *Non rectius proximo versu* redeo, si tu — uis. *distinxit idem p. 644. Cf. praef. p. XXX.*

1183. '*Ante hunc versum non potest non aliquid intercidisse, idque in hanc fere sententiam:*

> Ignoscentur, per stultitiam quae deliquisti antidhac.
> Verum posthac ne in desidiam, qua adsueuisti, reccidas,
> Haec tibi *e. q. s.*

Pro Callicletis *a Bergkio postea commendatum* Callicleï *Philol. t XIV p. 185 sq. (cf. Opusc. I p. 5. 644) fide prorsus destitutum est. Illam declinationem non Charisius tantum a Bergkio commemoratus testatur cum aliis grammaticis, sed inscriptiones quoque frequentant, quamquam in his quidem fatendum est Plautinae aetatis atque adeo septimi ab u. c. saeculi exemplum desiderari.* Calliclai *Bothius.* Callicli huius *Hermannus.* Calliculi *vel* Callicoli *Crainius Diar. gymn. Berol. a. 1866 p. 475 ridicule prorsus.*' *Cf. O. Sieversius in Act. soc. phil. Lips. II p. 61, qui dubitat de veritate scripturae* Callicletis *obloquente ibid. ℟. Ceterum v.* 1184 Et istam *Brixius.*

1185. '*In omnia alia abiens Muellerus de pros. p. 606 Plautino lepori variis commentis succurendum putavit, quae tacere praestat.*' *Cf. Bergkius p. 644.* 'Immo huic est parum *cum Reizio Hermannus: sed v. Proleg. p. CLXXXVIII.*' Immo una huic parumst *Brixius.* Ain? immo h. p. 𝕾.

1187. 'Ca. (*non* Ch.) Dicis *Guyetus, Gronoviana. Cf. ad v. 939.*' facies *Spengelius Bergkiusque p. 644.*

1188. '*Grauerti sententiam recte probat Hauptius Mus. Rhen. VII p. 479 (Opusc. I p. 166).* Optumust *Callicli tribuit Bothius.* optumumst licet *Reizius servari voluit deleta* domum *voce.* optima est

Gronovius ad Capt. II, 2, 104. Incredibilia de his F. G. Muellerus comminiscitur Annal. phil. t. 83 (a. 1861) p. 267. Duplicis nisi fallimur recensionis vestigia apparent, in altera ut fuerit

Lys. Numquid causaest quin uxorem cras domum ducam?
Cha. optumumst:

sic autem in altera:

Cal. Numquid causaest quin uxorem cras domum ducat?
Cha. licet:

ubi tamen ducat *non ad Lysitelem, sed ad Lesbonicum referendum.'*

1189. 'ω plaudite (*B*) *quo iure* CANTOR plaudite *interpretemur, Prolegomena p. XXX docent.' Cf. praef. p. LV sqq.*

INDEX*)

*) *Stellula versuum numeris adscripta appendix critica significatur.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS II

EPIDICVM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXVIII

T. MACCI PLAVTI

E P I D I C V S

RECENSVIT

GEORGIVS GOETZ

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS II

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Tres iam praeterlapsi sunt anni ex quo FRIDERICUS RITSCHELIUS, praeceptor dilectissimus, reversus ad studia Plautina aliquantum intermissa ceteras quoque octo fabulas ad Trinummi exemplum iterum edere iisque nondum editas adiungere instituit: cuius operae Gustavum Loewe et Fridericum Schoell meque voluit esse socios; qua in re quamvis viribus diffideremus, tamen laeta tenebamur spe fore ut magistri incomparabilis consilio atque auxilio adiuti labore admodum difficili perfungeremur. Quod fata secus voluerunt. Nam iam cum occupatissimus ille esset his ipsis studiis undique colligendo et comparando quae usui forent, acerba mortis necessitate spes opesque nobis optimae conciderunt. Quod tamen ne sic quidem incepto desistendum putavimus, ipsius obsequimur voluntati, qui quaecumque ad Plautum edendum expoliendumque pertinerent nobis utenda permitti iusserat: simulque illud nobis animum addidit, quod memores dicti Ritscheliani 'promus, non condus sum' non posse non praestare duximus Plauti recensionem qualemcumque — dummodo ne fidei laude aut diligentiae careret — tandem aliquando ad usum hominum doctorum accommodari quam thensauros diutius in bibliotheca detineri. Quae praefati paucis iam enarrabimus ipsius huius fabulae edendae quae fuerit ratio. Ac primum quidem de codicibus Ambrosiano et vetere pauca praemittet qui eos contulit Gustavus Loewe.

"Codex palimpsestus Ambrosianus (A) a me collatus est ter. Postquam enim laboris difficultatibus pleni rudis etiam tum breviter enotavi, quae Geppertus non recte legisse aut

omisisse videretur, post aliquod temporis intervallum ad Epidicum redii eiusque in membrana rescripta reliquiarum apographum confeci. Hoc usus est Goetzius meus, dum in Analectis Plautinis p. 69—134 dissertationem ad octo fabulas priores pertinentem publicat. At postea orta est suspicio non uno loco plura etiam enucleari posse, si maxima cum cura pallidi pessimeque habiti ductus denuo examinarentur. Ac re vera contigit ut curis tertiis apographum meum multo correctius evaderet. Unde explicabis si quando huius fabulae adnotationem a scripturis loco supra indicato editis discrepare videris. Ad eadem autem Analecta relegandum esse duco eum, qui plura de opera mea in describendo codice antiquissimo posita scire cupiat: vide Coniectanea Plautina p. 137 sq. Addenda sunt non nulla, quae ad ipsam Epidicum spectant.

Consentaneum est me religiose adhibuisse, quidquid huius fabulae in A lectionum adhuc notum est: Gepperti dico adnotationem in editione anni 1865 et versus illos ut paucos ita felicissime erutos*) Studemundi, qui variis locis eos publici iuris fecit. Ritschelius et Schwarzmannus Epidicum non attigerunt. Geppertus autem in paginis difficillimis omnino non versatus est, ita ut magnae partis lectionem nos primi instituerimus. Unde quae evadit difficultas, eam facile superat altera, quae spectat ad foliorum laceratorum scripturae testandae modum. Non exstat enim hucusque editio, in qua etiam talium paginarum lectiones ita repraesententur, ut ubique planum fiat, quid in A servatum sit, quid non item. Geppertus enim in adnotando ἐκλεκτικῶς versatus est, atque Truculentus et Trinummus[2], ubi Studemundianis copiis uti licuit, ita in A conservatae sunt, ut non habeantur folia lacera. Reddidimus igitur ut

---

*) Probare tamen nequeo hos duos. P. 183, 14 Studemundus Stud. vol. I p. 40 quod legit *fac videam si mea, si salva mea sit.* ⁑ *eho istinc Canthara* nescio unde hauserit; litterarum enim inter FACUỊDE et NTKẠṚA reliquiae fere nullae et spatium (quo paullulo plus quam EAMSIMEUISUIUERE⁑EKOISTINCCA contineri adnotavi) illam scripturam excludit. P. 182, 14 RAUISṬELLUṢ scriptum est, non quod Studemundus legit Hermae vol. I p. 284, RAUASTELLUS.

potuimus sine apographo codicis speciem et addendum iudicamus, in foliis quae maiorem membranae iacturam passa sunt, non esse lecta in A nisi ea, quae ibi exstare disertis verbis testamur. Sunt autem p. 465^{A}; 466^{A}; 479; 480; 191; 192; 183, 2—14; 184, 1—8. 10—14; 181, 1—5; 182, 1—5; 187, 1—15; 188, 1—16; 185, 1—12. 14. 15; 186, 4—8; 177, 1—15; 178. Adnotandi autem rationem quam secutus eram in Analectis Plautinis, in editionem transferri non posse facile mihi persuasi. Puncta enim separatim subposita et interrogationis signa litteraeque eiusdem vel diversae probabilitatis superposita efficiebant, ut versus variis spatiis male discerpti oculos maximopere offenderent. Itaque novas formas faciendas curavi, ubi puncta cum ipsis litteris coniuncta essent (sic adnotatae litterae in palimpsesto prorsus aut evanuerunt aut interciderunt una cum membranae particulae aut nova scriptura obductae sunt) et litterarum aliqua ex causa dubiarum (quibus interrogationis signa superposueram) genus elegi cursivum quod dicitur, non autem superscribere litteras, sed adscribere studui.

Sed iam accedendum ad describendas ipsas praeclari codicis reliquias. Ibi Epidicus continebatur tribus quaternionibus, quorum paginas superstites numeris novae compagis (librorum regum vulgatae) Maianis, deperditas litteris signabo. Foliorum paria etiam nunc conexa lineis coniungam. Quaterniones autem illi hi sunt:

Fasc. XXIII	A. a	[Cistellariae exitus]
	313. 314	1—13. 14—27 (tua)
	B. b	
	465^{A}. 466^{A} *)	52—81
	479. 480 **)	82—95. 96—113
	C. c	
	319. 320	150—166 (pudet). 166 (ubi) — 184
	D. d ***)	

*) A litteras non adiecit Maius.

**) Numeri sunt a Studemundo in priorum 465^{B}. 466^{B} locum substituti.

***) Cum ipsa pagina d intercidit quaternionis nota quae fuerat XXXIII.

Fasc. XXXIV	195. 196	214—232. 233—251
	E. e	
	F. f	
	G. g	
	H. h	
	I. i	
	K. k	
	205. 206*)	450—468. 469—486
Fasc. XXXV	317. 318	487—504. 505—525
	191. 192	526—554
	183. 184	555—570. 571—586
	181. 182	587—607. 608—624
	187. 188	625—641. 642—659
	185. 186	660—676. 677—693
	177. 178	694—710. 711—727
	315. 316**)	728—733

Hunc indicem qui perlustraverit, ei facile videatur satis secunda fortuna esse usa Epidicus, cuius servata sint folia quattuordecim, interciderint tantum modo novem. At summopere dolendum quod maioris illorum partis hodierna condicio perquam miserabilis est. Exceptis enim foliis 313/314. 319/320. 195/196. 205/206. 317/318. 315/316 reliqua omnia aut nihil fere praeter margines exiguasque lacinias***) exhibent, aut — si membrana exstat — adeo a librario Bobiensi olim detrita et nova scriptura chemicisque liquoribus offuscata sunt, ut lectio modo ingenti cum difficultate, modo omnino non procedat. Quam difficultatem auget, quod in foliis pessimis aut nihil aut parum medicamenti ut nunc dicitur 'reagentis' adhibitum est: nec dubito quin, si iteratus illius concedatur usus, sat multa quae nunc latent in novam quodam modo lucem proditura sint. Singulorum foliorum condicio lectioque talis est:

*) In inferioris marginis angulo dextro XXXIIII.

**) Pagina 316 nihil exhibet nisi quaternionis notam: XXXIIII, ex mero librarii errore pro XXXV.

***) Ima horum foliorum pars servata esse solet; quo autem propius ad principia redimus, eo plus membranae desideramus.

Foliorum 313/314 et 319/320 etiamnunc cohaerentium par describi nequit quot parvulis foraminibus insigne sit: id quod cum in utrumque cadit tum maxime in folium 319/320, cuius in versibus 5/6 et 12/13 praeterea duo habes longiora foramina. Idem cum sit perquam tenue, alterius paginae et vetus et nova scriptura perlucent. Vulgatae atramentum raro tam nigrum vidi. Lectio paginarum 313 et 319 ex parte difficilis, 314 paucis versibus exceptis satis facilis, 320 magnam partem difficilis.

Folii 465 A/466 A nihil servatum est praeter margines et perexiguas lacinias: atque harum quidem in parte dextra laevaque idem fere ambitus. P. 466 A minus quam altera detrita. Neutra liquorem chemicum experta, si exceperis marginis superioris eam partem, ubi EPI et DICUS scriptum est. Lectio praeter modum difficilis.

Folium 479/480 in duas partes discissum est. Inferioris, principium versus 16 et v. 17—19 complectentis, condicio tolerabilis est, perquam misera contra superioris, cuius praeter margines laciniae exstant maiores in parte interiore, perparvae in exteriore. Lectio perdifficilis.

Foliorum 195/196 et 205/206, quorum nexus non solutus est, par bene servatum est, praeter alterius v. 1—6, ubi maiora foramina habes. Lectio paginarum 195 et 196 paene ubique facilis, 205 v. 1—5 perdifficilis et 6—19 satis facilis, 206 v. 1—5 difficilis et 8—19 facilis.

Folium 317/318 etiam nunc cum 315/316 conexum est. Foramina fere nulla. Paginae 318 et 315 valde detritae. Lectio paginarum 317 non difficilis, 318 saepiuscule satis difficilis, 315 non nimis facilis: 316 quaternionis tantum notam exhibere supra vidimus.

Folii 191/192 hodiernus status non potest non movere tristitiam. Licet enim membranae bona pars etiamnum exstet (quamquam rimae longae cum in omnibus, tum maxime in versibus 1. 2. 5. 6. 7. 8. 14. 15. 16), tamen vetus scriptura tam penitus exstincta est, ut maximo cum labore oculorumque detrimento paucas tantum litterulas expiscari potuerim. Accedit quod in p. 191 (quae detritior quam altera)

scriptura Plautina liquore chemico non resuscitata est. Lectio praeter modum difficilis.

Pessime habitum est etiam par foliorum 183/184 et 185/186. Nam quamquam magna ex parte servatum est, tamen scriptura admodum evanuit et foramina continua paene omnes versus occupant. Lacunas maiores habes in partibus superioribus utriusque folii dextroversum (si paginam rectam aspexeris): , praeterea duos largiores defectus in prioris folii parte inferiore sinistrorsum: . Medicina chemica oblitae sunt parvae horum foliorum partes, unde quantopere auctus sit legendi labor facile est ad intellegendum. Lectio paginarum 183 et 186 v. 13—19 perdifficilis, 184. 185. 186 v. 1—12 praeter modum difficilis.

Folii 181/182, cuius p. 181 pallidior quam altera, versus 1—6 paene integri exciderunt, 7—14 multis eisque ex parte continuis foraminibus pessumdati, 15—19 bene conservati sunt. Lectio paginae 181 versibus 15—19 exceptis perdifficilis, p. 182 non adeo difficilis.

Folii 187/188 prior pagina minus detrita. Exstant versus 17—19, reliqui interciderunt omnes, si exceperis parvulas reliquias, quas servavit interior folii margo: atque paullulo maiores quidem versus 4. 5 et 14—16. Lectio prioris paginae difficilis, alterius praeter modum difficilis est.

Folii 177/178 planior pagina est 177. Marginibus dextro laevoque adhaerent (maxime in parte inferiore) frustula nonnulla misere devastata. Quattuor parvula fragmenta fasciculo adiecta sunt, quorum duo pristinae sedi adsignare potui. Liquore oblita est paginae 178 perparva particula et paginae 177 ima pars sinistrorsum et dextrorsum. Lectio praeter modum difficilis. —

Iam secuntur quaedam singularia, ad externam Ambrosiani speciem pertinentia.

Titulus binis paginis inscriptus esse solet: EP̃I et DIC̃VS, quo tamen titulo carent p. 313 et 316, ut in commissuris fabularum Cistellariae/Epidici et Epidici/Mercatoris*). P. 188 EPI perpallidum est et ~ omnino dispici nequit.

*) Cf. Guilelmus Studemund 'De actae Stichi Plautinae tempore' p. 11 (p. 790 commentationum in honorem Th. Mommseni editarum).

Senarii singulis versibus contineri et ita scribi solent, ut paullulum ab initio removeantur. Excipiuntur in hac fabula v. 496 praeter morem prolixus, qui duos occupat versus p. 317, 10 et 11, atque v. 480. 483. 484. 503, qui p. 206, 13. 16. 17 et 317, 18 item propter copiam verborum cum ipso lineae ut vulgo aiunt principio incipiunt. Septenarii et octonarii sat frequenter bipertiti sunt: exempla quae in Epidico occurrunt praesto nobis sunt omnia, sed enumerare nihil refert. Cantica et scaenae eis contiguae *συμμετρικῶς* distribui solent, velut in paginis 313, 314, 479, 480, 320, 191, 192. Exempla dedimus in Analectis Plautinis p. 97. 165. 173.

Scaenarum intervalla in codice palimpsesto discerni solent aut binis (et sic frequentissime) aut singulis versibus intermissis. Bini si intersunt, prior nomina personarum exhibet, alter vacuus est: si singuli, scripturam non continent. Illius generis in Epidico sunt tituli scaenarum I, 1 (p. 313 v. 1. 2); I, 2 (p. 480, 11. 12); II, 1 (p. 319, 17. 18); II, 2 (p. 320, 16. 17); IV, 2 (p. 183, 17. 18): huius scaenarum IV, 1 (p. 318, 19: inter v. 18 et 19 manus alia atque prima parvulis litteris inseruit PERIPKANES); V, 1 (p. 181, 18); V, 2 (p. 185, 7). Paginae 206 versus 7 (inter v. 474 et 475) quam ob rem vacuus sit me latet.

Denique — ne quid omisisse videamur — non nulla de litteris initialibus et deminutis abbreviatisque. Illas habes in principio, has in fine versuum. Illic has litteras ornandi gratia aliter atque mos est formatas repperi: T p. 480, 6 (I 1, 89); 195, 17 (II 2, 46); 206, 1 (III 4, 33); 186, 15 et 17 (V 2, 25 et 26); H p. 196, 3 (II 2, 51); ibidem 15, ut videtur certe (II 2, 62: *h*oc quod); 315, 6 (V 2, 67). Litteras in fine versuum deminutas et abbreviatas ita testabor, ut unde incipiat deminutio indicem lineola inserta, non curans tamen amplius, unde litterae deminutae denuo deminui incipiant (velut p. 196, 1 MAX|UME), quamquam id quoque accurate enotatum habeo.

P. 313, 3 REPREKENDI|TPALLIO; 313, 10 DAB|IS; 314*), 1 SEQ|UI; 314, 11 TKES|PRIO; 466 A, 4 =DI|CẠ (ut videtur); 466 A, 5 CONSPICA|RI; 466 A, 6 —MERAUE|RỊT; 466 A, 16 MAG|ỊṢ (ut videtur); 479, 19 COR-

*) In fine versus 8 eiusdem paginae scriptum esse posse praeter

RUPTUSTCAP UT; 480, 10 —Q UAR (U et A ligatae); 480, 13 —DMOD U; 480, 14 TIB I; 319, 3 CONSILI|IS; 319, 5 ALTE RA (~ dispici nunc nequit); 319, 7 FAXO|KICERIT; 319, 8 KUNC|KODIEDIE (non prorsus certum, ubi incipiat |); 319, 9 ARGENT ARIA; 319, 11 AUF|ERA; 319, 12 OBIECTAST|TIBI; 320, 6 DOM|OST; 320, 14 OBI ECTAST (A et S ligatae); 320, 15 MAR|ITAST (S litterae forma finalis); 195, 4 PRAESTOLA RIER; 195, 6 DEPER IT; 195, 8 BENEFICA; 195, 9 N OUE; 195, 10 MENDIC ULA; 195, 12 MIRABILEES|T; 195, 13 PERU IAS; 195, 16 INUENIUN TNOUA; 195, 17 CAESIC IU; 195, 19 EXOTI CU; 196, 1 MA XUME (U et M ligatae); 196, 2 LACO|NICU; 196, 6 SERMONI DARE; 196, 8 ALT|ERA; 196, 10 DE PERIT; 196, 15 LOQ UI; 196, 17 INTELLEG|O; 205, 7 INTELLEG AS; 205, 9 EPIDIC US (finalis S litterae forma); 205, 14 ADES T; 317, 19 LIBERAS|T; 318, 11 AB IERO; 191, 8 —UENIEN S; 191, 12 KOMIN E; 192, 3 —L|IT; 192, 14 NO UERIS (S finalis); 192, 16 DE deminutum: quot litterae item deminutae praecesserint dici nequit; 192, 18 EPIDAUR O; 183, 15 MEA; 183, 16 DEMUM MIKI (U et M ligatae); 183, 19 TUAM (U et A ligatae, ut vid.); 184, 4 FILIA; 184, 5 N O; 184, 9 KUNC DIE; 184, 10 IMMUTABIL E; 184, 13 KOMINUMF IDE (U et M ligatae); 184, 16 TA|CES (S finalis); 184, 17 F UAT; 184, 19 N|EUULT; 181, 7 AUDIU ERO; 181, 11 POS TEA; 181, 12 BONU vel BONUM; 181, 14 TA|CE; 181, 19 N|PETIT; 182, 5 —IDICU (incertis CU litteris); 182, 6 APOECI DES; 182, 8 QUOD|MISER (incertis 3. et 4. litteris); 182, 12 MUNDO|SITAST; 182, 14 UEN IT; 182, 18 FESTIUISTIUISSI MA; 182, 19 ASPEXE RIS (S finalis); 187, 1 in fine perincertum CAS, A cum S ligata; 187, 7 |RER; 187, 8 N|IS; 187, 15 M IKI; 188, 5 MINAE; 188, 7 SCIAS (A cum S conexa); 188, 13 M|EA; 188, 17 IUSSE RO; 186, 2 GEN TIU; 186, 4 ECCE|ME; 186, 5 CONCESS ITUIS (S finalis); 186, 13 KAU TUO; 186, 14 COL|IGO; 186, 17 COLL IGA; 186, 19 APO ECIDES; 177, 10 C IAS; 177, 18 MAL U; 178, 1 GAUD|EO; 178, 9 METAS (A litterae cum S ligatura); 178, 10 AER ERE; 178, 17 PALL|IU.

Principium capit Epidicus a primae scaenae titulo (p. 313, 1 et 2): in fine subscripta habes post vacuos duos versus haec:

MACCI PLAUTI
EPIDICUS EXPLICIT
INCIPIT MERCATOR
FELICITER

Codicem veterem qui dicitur (B) bis contuli: et si quid sic quoque me fugit, addam propediem.

Praeter primam manum (B) notabis secundam cor-

alia etiam ANT adnotavi huius editionis p. 8 Non imitatus est typotheta ligaturam N et T litterarum.

rectoris (B^2), qui fabulam emendare studuit. Praeterea rarissime obvia est manus tertia (B^3) subflavo atramento ea usa (III 4) et alia quaedam recentior quam B^2 (III 2, 13. 35), raro denique recens Camerarii (cf. velut III 3, 2. 4, 43. IV 1, 5. 33), qui nonnulla in ipso codice corrigenda putavit. Manus prima et secunda non numquam difficillimae sunt ad discernendum, unde explicandum quod toties 'ut videtur' adiecimus.

Lacunarum, quae frequentissimae sunt in hac fabula, et rasurarum spatia ita testamur, ut quot singulis litterae contineantur narremus. Quem quidem dimetiendi modum facile patet non nimis accuratum esse, quoniam aliae litterae maiores minoresve sunt aliis. At non sunt ullius tales errores momenti propterea, quod ipse librarius neque voluit neque potuit prorsus congruenter et ut ita dicam mathematice litterarum quae intercidissent ambitum indicare.

Scaenarum titulos scripsit rubricator. Ab initio usque ad III 1, 15 personarum notae in principio et in fine rubro colore pictae sunt, in mediis autem versibus atramento ita scriptae, ut rubricator ornandi causa singulis litteris plus minusve minii adiecerit. Inde a III 2, 1 usque ad V 1, 37 omnes notas personarum addidit manus secunda (correctoris), a V 1, 38 usque ad finem item omnes rubricator. Diversarum autem personarum nomina si non integris litteris perscripta habes, notis (quibus puncta, velut THES·, et lineolae, velut EP̄ID THES̄ simil., modo addita sunt, modo non addita) indicantur hisce:

EPIDICVS: EP (II 2, 1), EPD (III 2, 1), EPID, EPIDI (I 1, 5). In scaenis V 1 et 2 appellatur SERVVS (SER, SERV).

THESPRIO: THES.

STRATIPPOCLES: STR, STRA, STRT (I 2, 24. 41), STRAT, STRATIP, STRTIP (I 2, 29). In scaena V 1 nominatur ADOLESCENS (ADOŁ).

CHAERIBVLVS: CHE, CHER, CHERI, CHERIB. Nusquam CHAE–.

APOECIDES: APE (III 3, 26), APOE, APOEC, APOET

(III 3, 23), APOECI, APOEID (II 2, 17), APOETI (ib. 18), APOCI (II 2, 52), APOECID, APOEIƌ, APOCID (II 2, 75).

PERIPHANES*): PER, PERI, PERIP, PERIPH, PERIPħ (V 2, 62), PERIħ (II 2, 106. 108. 117), PERPħ (V 2, 45), PERIPħA (V 2, 13), PERIPHAN, PERIFAN (V 2, 1). SENEX (SEN, ·S· IV 2, 33) audit IV 1 et 2.

MILES: MIŁ.

FIDICINA: FIƌ, FIDI, FIDIC, FIDICI, FIDICIN.

MVLIER: MVŁ, MVLI. Nusquam PHILIPPA.

DANISTA: DANIS, DANIST.

POETA praefigitur paene ultimo versui.

Versuum in B discriptio eadem est atque in hac editione, nisi ubi disertis verbis discrepantiam codicis testabimur. Diversorum autem initiorum index hic est:

V. 3. 4 et 5. 6 singulis versibus continentur ‖ 24—26: *Percтari — Iam tu autem — Dices digniorem —* ‖ 45—151: *Cur eam — Animos habet — Ipse mandauit — Emeretur sibi — Inalto uentus est — Male p̱didit me — Quid istanc — Istuc te rogo — Tot quadraginta — Apud thebas — Singulas nummis — Vna cum eo — Ego interii — Epidice? — Num quid ita? — Mittebat sed — Seruū hominē — Trepidas epidice — Hic me absente — Abeo* ⌗ *Assta — Amat ne — Detegetur — Iuppiter te — Venire. adcheribolum — Eo uenturus — Prius se — Quod debetur — Mitte me — Pereunda est — Quia perire — Abi inmalam — I sane — Abierī libentius — Epidice — Impendent — Itaque inte — Ex impedito — Senem ut — Emit quam — Si sibi nunc — Nā ubi — At enim tu — Nequā — Qui lubido — Tuquidē ante hac —* [lacuna] *quid? — Adolescenti — Cum cheribulo — Placide — Rem tibi — Męrorum — Praeter — Quia captiuam — Vicio qui — Illoc facto — Iam istoc — Nihil agit — Dubia — Argenti dare — Illud sumpsi — Nam quid — Auxilium — Differor diffatigor — Furno mensos — Quem quidem — Prius comparassit — Elocutus ei — Spero seruabit — Aggrediar hominem — Salua impertit — Saluum te*

*) Cf. etiam adn. crit. ad II 2, 19 sqq.

— *Bene ne* — *Quod ad* — *Emptast ancilla* — *Perdidisti* — *Cordi neque* — *Et mittere* — *Impendet* — *Id quod* — *Desipiebam* — *Oportet fieri* — *Subdas succidaneum?* — *Opus est* — *Et cito* — *Vnde libet* — *Meam domum* — *Facile tu* — *Ego nostros* — *Vt ego me* — *Periclum potius* — *Quid de* — 155—165: *Continuo* — *Quam tu* — *Agimus?* — *Luculente* — *Iam senatum* — *Indicatur bellum* — *Quid agas ita* — *Dormitandum* — *Oppugnare certum* — *Diciam nostro* — ‖ de 166—171 v. adnot. ‖ 171—201: *Hanc quae* — *At pol ego* — *Cuius quociens* — *Neque adeo* — *Oh hercules* — *Acerbior herculi* — *Edepol dos* — *St ateitacete* — *Acutum cultrum* — [lacuna] *qualis uolo* — *Iam ego me* — *Qui columen* — *Nam ego* — *Id ego* — *Ipsi hi* — *Age nunc* — *Quasi perurbem* — *Coueniam* — *Per medicinas* — *Circumque* — *Epidice* — ‖ 205 sq.: *Alegione om̃s* — [lacuna] *ego ita* — ‖ 214—217: *Obuiam* — *Quã maxime* — *Habebant retia* — ‖ 242—270: *Postquam illam* — *Et quam* — *Quam uult* — *Stratippoden* — *Hoc quod* — *Vorsum ad* — *Me uis* — *Qui scis?* — *A stratippocle* — *Foenore* — *Haec sic* — *Consilium ate* — *Conducibilis* — *Aut iam ad est* — *Vobis consilium* — *Ergo ubi* — *Quid istuc* — *Qui plus sapitis* — *Non edepol* — *Si non placebit* — *Nec metitur* — *Tuae sapientię* — *Illam quam* — *Curetur usque* —*) ‖ 277—284: *Vt enim* — *Libertatem* — *Vt aliquo* — *Immo docte* — *Iam nisi* — *Amota ei* — *Viuc sapis* — ‖ 298—328: *Atque id* — *Quia enim* — *Magnus miles* — *Et dabit* — *Deos quidem* — *Argentum promis?* — *Ne abitas* — *Sequere tu* — *Nullum esse* — *Quam hic* — *Atque armario* — *Quod pol* — *Faciat quę* — *Apoecidi* — *Atque id* — *Fidicinam sibi* — *Ea conducetur* — *Aduersus senem* — *Expectando* — *Epidici blanda* — *Sio nequit* — *Copiam tibi* — *Nullam tibi* — *Absurde facis* — *Numquam irridere* — ‖ 340—347: *Crede modo* — *Mihi hunc* — *Sed ego* — *Hunc auspicio* — *Ante ędis* — *Accipe hoc* — *Et plus* — ‖ 351—618: *Peratum* — *Argentum abstulit* — *Dinumeraui* — *Nunc iterum* — *Ita suasi* — *Euge*

*) *quiduis* — *Hem* singulari quidem versu continentur, sed adiecta lineola rubra ad eum qui praecedit referuntur.

= *Ea iam* — *Dedit mihi* — *Quasi quae* — *Ipse in* — *Domi extemplo* — *Que adducta* — *Astutiam institui* — *Siquid ad eum* — *Minas se* — *Meis manibus* — *Ibi leno* — *Argentum acceperit* — *Es quā rota* — *Nummo conducta* — *Docte ludificetur* — *Eam permeditatam* — *Longum loquor* — *Bene ambulato* — *Me equidem* — *Atque aliquanto* — *Virtute atque* — *Non oris causa* — *Contemplarēt* — *Igitur perspicere* — *Cogitarent postea* — *Vel quasi* — *Ego me* — *Melius deliquisset* — *Male facta* — *Profecto* — *Sed meus* — *Quid sit* — *Qui homini* — *Abduci heus* — *Atque audin* — *Mea copulari* — *Diuortunt* — [lacuna] *dicis num* — *Filiae edepol* — *Quid iam?* — *Hanc edepol* — *Ne tu* — *Vt ille* — *Atque hilaram* — *Te pro* ... *diuinam domi* —*) *Me autem* — *Immo* — *Ire aduocatus* — *Ad ṗme* — *Amico st* — *Ego si* — *Quam doctum* — *Me albis* — *Atque haec* — *Cum militabam* — *Aures quando* — *Suam qui* — *Caue* — [lacuna] *platenius* — *Adolescens* — *Abste* — *Omnis* — *Adolescens* — *Nam strenuiori* — *Sed istum* — *Nempe quem* — *Diuicias* — *Meas pugnas* — *Magis unum* — *Suas mihi* — *Cui centones* — *Adte uenio* — *Attate* — *Adulescens ita* — [lacuna] *si tibi* — *Molestum non* — *Mihi illam* — *Namquid* — *Facere libertam* — *Te ab soluam* — *Sexaginta mihi* — *Atque ita* — *Haec istis* — *Foras educite* — *Ei quae* — *Quae intemperię* — *Fidicinam* — *Non mihi* — *Haec inquam* — *Hanc inquam* — *Quid non est?* — *Equidem hercle* — *Immo haec* — *Meum gnatum* — *Hem istic* — *Quid concidit?* — *Senex tibi* — *Bellator uale* — *Qui me* — *Delenone* — *Ante hunc* — *Plus iam* — *Audies conducta* — *Fateor me* — *Nouisti fidicinam* — *Vbi habitat* — *Dum incerto* — *Volo scire* — *Filium* — *Si istaec* — *Haec sic* — *Vt pereas* — *Tibias* — *Flagitio* — *Positus sum* — *Tantum perdundum* — *Depeculatum eis* — *Facio pro* — *Is etiam* — *Sapientiorem* — *Siquid est* — *Id ego* — *Pectus pulsant* — *Pauor territat* — *Habeo usquam* — *Neque ea* — *Pectore peregre* — *In his dictust* — *Me nominat haec* — *Peruelim mercedem* — *Noscito ego* — *Quam animus* — *Certo cast*

*) Verba *quia thebis* ... *tibi domi* in margine inferiore m. 2 adiecta sunt, versuum discriptione nulla.

— *Pauperculam memini — Primus pudicitiam — Quam domi nunc — Si haec ea est — Longa dies — Hanc congrediar — Compellabo — Salutem accipio — Quod credidisti — Si ego te — Inique iniurius — Me ęquum — Hem istuc — Ah guttula — Tuae que matri — Tuam in mea — Salua sum quia — Accipe ęrumnosam — Quid est quod — Quid eam? — Habe animum — Nam postquam — Vt emeretur ille — Vt alias res — Eho istinc — Vt suam uideat — Quid est pater — Adeas uenienti — Quę ex animata — Osculum mihi — Egone osculum — Tu homo — Ego hanc quae — Scio quid erres — Aliter catuli — Atque hominum — Atque argentum — Vocas me — Quid loquar uis? — Si non uult equidem — Cogere aequum — Vocabas? — Vbi tu tuam — Matrem uocem — Postremo haec — Magister fuit — Si hercle te — Non uoco ubi — Quid ob eam — Agnoscebas? — Seruus epidicus — Poteras nouisse — Nunquam uidi — Abi habeto — Athenis ciuis — Emisse — Circa solis — Si inuenio — Male morigerus — Neque illam — Quid illuc est — Si undecim deos — Excruciatu poterunt — Aderat ibi una — Senserunt sciunt — Quod miser — Viaticum — Prius quam pereo — Habe//////bonum —*

Reliqua usque ad finem fabulae ab hac editione non discrepant."

Duobus his libris manu scriptis accedit tertius, non ille quidem pari in loco habendus cum Vetere, verum tamen nequaquam neglegendus: codicem dico eum, quem Ritschelii exemplum secutus J littera designavi. Cuius quae esset ad emendandas priores octo fabulas auctoritas cum plerique non recte perspexissent Analectorum Plautinorum p. 71 sqq. exposui*). Asservatur ille in Museo Britannico numero insignitus $\frac{15\ C}{XI}$, membraneus, scriptus ut videtur saeculo XI. Constat autem ex foliis 194, quorum 1—112 continent Ciceronis Tusculanas disputationes, libros de inventione rhetorica, Rhetorica ad Herennium, cum Plautus incipiat inde a fol. 113 singularum fabularum hac distributione: Amphitruo

*) Similiter Studemundus de J iudicare videtur in dissertatione supra commemorata p. 15 (794).

inc. fol. 113[a], Asinaria 127[a], Aulularia 139[a], Captivi 149[b], Curculio 162[a], Casina 170[b], Cistellaria 180[b], Epidicus 186[a]. In fine exstat hoc epigramma:

> Exemplar mendum tandem me compulit ipsū
> Cunctantem nimiū plautū exemplarier istū.
> Ne graspicus mendis pprias idiota reptis
> Ad deret. & liber hic falso patre falsior ess&;

Quem codicem eundem fuisse atque illum, quem ex Anglia sibi missum iri olim speraverat Camerarius, suspicatur Ritschelius Opusc. phil. vol. III p. 119; nec diversus est ab eo quem Bentleius commemorat et alibi et ad Haut. I 1, 20 (cf. Wagneri praef. Aulul. p. IV): ac nescio an eundem ille in mente habuerit librum, cum ad Eun. II 2, 51 codicem laudat 'Terentio Bembino aetate non cedentem'. Hoc saeculo eo usus est Hildyardus: cf. praef. Aulul. p. 15. Post hunc de eodem egit qui collationem nactus erat ab Aemilio Braun confectam Fridericus Ritschelius proleg. p. XLI, quamquam de eius auctoritate iniquius iudicavit: cf. Opusc. phil. l. s. s. Ac ne Wagnerus quidem, cui ipsi codicem inspicere contigit, quid verum esset indagavit, cum correctum eum esse exemplar a grammatico mediae aetatis affirmaret: quem Anal. Pl. p. 72 refutavi. Totam quaestionem doleo quod Ottonem Seyffertum, virum de Plauto meritissimum, iam antea tractavisse me fugerat: cf. Ind. phil. vol. IV (a. 1872) p. 392. Nam quo accuratius in singulas huius codicis scripturas inquisivi, eo magis mihi cum Seyfferto persuasi, contra atque olim visum est*), J in universum paullulo propius accedere ad D quam ad B, ita tamen ut neutiquam cum D prorsus concinat, immo ex communi cum D fonte sit repetendus; exstant enim scripturae haud paucae quibus J differt a D et cum B conspirat. Inde patet neque in eis fabulis quae in D servatae sunt J posse neglegi et in ceteris esse summi aestimandum eoque tantum Vetere inferiorem, quod multo maiore quam ille neglegentia exaratus est: qua de re in prolego-

*) Cf. Anal. Pl. p. 74, ubi erravi. Nam illud exemplum quo maxime fretus eram, Amphitr. 755 sq., propterea nil probat, quod verba in J omissa ne in D quidem exstant.

menis quae absoluta hac editione emittentur explicatius disputabitur. Ceterum commemoro pessime codicem esse habitum, maxime in Amphitruone, de quo vide Wagnerum p. III. De Epidico monendum est, versus 621—695 loco motos post 698 exstare folio 193 inverso ordine inserto. Personarum notae initiis versuum saepius dispici non potuerunt, quod tamen, ubicumque consensu ceterorum librorum certum fit eas exstitisse, non notavi. Versuum initia prorsus cum B congruunt, nisi quod v. 96 cum 95 et 187 cum 186 iunguntur; v. 445 initium fit a *factitavi* et v. 461 ab *edepol*. Partes folii 192ª dextera et folii 192ᵇ sinistra abscissae sunt, ut versuum 534—539 haec verba non exstent: mise]*ratur*. in]*uenit*. *aut ubi habitet. estne annon est*, versuum autem 575—583 haec: *ego istanc quae sciet neque s*]cio. *scio quid erres quia vest*]itum. *aliter catuli longe ole*]nt. *atque hominum fidem. atque argentum. vocas me.*

Ad musei Britannici codicem octo priorum fabularum libri redeunt quantum equidem scio ad unum omnes; quod non ita intellegi volo, quasi ex ipso J eos descriptos esse censeam — immo aliunde fluxisse nunc prorsus mihi persuasi —: sed ex simillimo derivati libro*) ad eandem cum J familiam pertinent, et ab interpolationibus horum librorum recentioribus nonnullis et verbis paullo neglegentius in J scriptis vel adeo omissis si discesseris, inter se tam sunt similes, vix ut eos fere dignoscas**). Quod de codicibus valet, qui octo priores solas exhibent fabulas, idem de eis dicendum, in quibus viginti insunt. Qualiscunque enim libra-

*) Qualis fuit is ex quo fragmentum Captivorum petii, de quo cf. Anal. Pl. p. 87 sqq.

**) Eis codicibus, quos adhibui Anal. Pl. p. 92, Gustavus Loewe me docuit addendos esse praeter alios Monacensem 6722 saec. XV, chartaceum, qui Amphitruonem et Asinariam exhibet; porro codices Veronenses 138 saec. XV et 139 saec. XV; denique item Veronensem 140 saec. XIV exeuntis vel ineuntis XV, qui nitidissime scriptus ad melioris notae libros pertinet. Romanis denique codicibus hi sunt addendi: Vaticani lat. 655. 1631. 2830. 3871. 5210; Ottoboniani lat. 1697. 2005. 2028; denique Vaticanus lat. 1633 viginti comoediarum. Hac occasione data etiam illud commemoro, ad idem codicum genus redire priorum octo fabularum editionem principem, quae Venetiis asservatur, id quod nunc possum pro certo testari. Cf. Anal. Pl. p. 95 adn. 44.

riis decimi quinti saeculi praesto fuit codex octo priorum fabularum, eo usi sunt, ut adiectis duodecim posterioribus unum Plauti volumen efficerent. Ex his igitur recentioribus codicibus — nullus saec. XIV est antiquior — quod Lipsiensem elegi, in eo Ritschelii exemplum secutus sum. Puriorem librum adhibere velut Laurentianos non nullos et potui et volui certe initio. Sed quo pleniorem horum librorum notitiam nactus sum, eo magis mihi apparuit, ne purissimum quidem huius generis maiore rei criticae emolumento adhiberi quam peiores*); qua propter viam a Ritschelio initam nolui relinquere. Sed ne Lipsiensis quidem codicis accurate expressi scripturas omnes: pusillas enim res quae vel ad orthographiam vel ad dirimendas voces pertinerent et alia levidensia, ne praeter usum commentarium onerarem, consulto neglexi, quod simul de editione principi dictum volo**): cuius

---

*) Inter sex codices Palatinos, quibus Pareum usum esse scimus, sextus dignus est, de quo paucis hoc loco disputem. Est ille chartaceus saec. XV, numero insignitus 1619: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 231 adn. Saepius enim hic liber bonas vel adeo optimas exhibet scripturas, quae tamen non possunt non coniectura esse inventae. Velut ibi *familiam* v. 172 man. II correxit in *filiam*; v. 211 *quinque* exstat pro *quisque*; v. 298 *decem* pro *decet*; v. 593 sup. vers. additum est *audivero* confirmatum id testimonio Ambrosiani; v. 705 *istam ob rem* pro *iste ab ore*; 707 *recte factum*, non cum JFZ *rectum factum*. Cui debeantur hae coniecturae, ex parte certe colligere licet ex hac codicis subscriptione: 'Explicit Aulularia comedia plauti comici. 1496 et correcta diligenter secundum omnibonum leonicenum. die primo marcii'. Verba *et correcta — leonicenum* addidit manus altera; eadem verba eadem adscripta manu in fine Cistellariae leguntur. Omnibonum Leonicenum fuisse virum bonarum litterarum doctissimum testantur multi: cf. Fabricius, Bibl. med. et inf. lat. tom. V p. 482; Quirini, de Brixiana litt. p. 114 sq.; Laire, Specimen hist. typ. Rom. p. 225: Plauto eum operam navasse ex sola hac adnotatione discimus. Sed multo maioris momenti illud est, quod Pylades Brixianus hoc codice videtur esse usus, audax ille Plauti interpolator idemque emendator felicissimus: velut *decem* ille scribit 'ex codicibus antiquis ad litteram' ut ipse ait; idem *istam ob rem* posuit et *audivero* et *recte factum*. Ex eodem codice pendet ea coniectura, quam ad 627 profert *soccos iussi adimere*, ubi Palatinus *socio iussi adimere*; porro scriptura *id adeo scio* v. 215; denique *fondis* v. 226, quae scriptura apertissimo testimonio est, patriam Palatini esse Italiam. Plura de Pylade alibi disputabo. Excussit codicem in usum meum Loewius.

**) Unde sequitur, ut ubicumque BJFZ vel JFZ vel BFZ coniunxi, in his quidem rebus solos B et J codices respexerim, neglexerim FZ.

generis adnotationes qui quaesiverit in Ritscheliana Trinummi editione quae opus erunt facile inveniet. Qua in re id unum doleo, quod non plura etiam omisi.

Praeter codices diligenter adhibui editiones ante hanc vulgatas, quarum tamen scripturas non commemorandas duxi, nisi ubi aut verae aut veri essent simillimae aut certe ad inveniendam veram scripturam inservissent inservirentve: itemque alios accurate inspexi libros, qui quidem ad Plauti fabulas emendandas pertinent, et veterum philologorum et recentiorum, acriter semper intentus, ut quae vere indagata essent, ad inventores primos referrem: recentiorum vero inventa quotquot mihi innotuerunt adnotavi vel certe respexi omnia, nisi quae aut aperte falsa vitiosave essent aut prorsus manca librorum manu scriptorum fulta cognitione, qua in re si quid insciens peccavi ut aut inventorem non recte indagaverim aut scripturas omiserim, quas ex instituta ratione commemorare debueram, facilem mihi veniam paraturam esse confido ingentem librorum ad Plautum emendandum editorum molem.

Scaligeri scripturas quotquot attuli ex exemplari hausi Leidensi — est ea editio Camerarii Basileensis — liberaliter mihi transmisso; de quo cf. proleg. Ritschelii p. LIV. Ex Ritschelii exemplari ad Epidicum fere nihil petere potui: nonnulla, quae temptavit, cum ne ipsum quidem editurum fuisse suspicer, silentio praetermisi. Exemplar Lachmanni, quod est in Ritschelii bibliotheca, commemoravi ad v. 327 et 527; praeterea nihil inde potui in usum meum convertere. Aliquanto plura debeo exemplari Godofredi Hermanni, velut Reiziana quaedam, quae ibi in margine notata sunt.

His igitur instructus subsidiis recensui Epidicum non qualem Plautum edidisse, sed qualem retractatorem septimi saeculi a. u. c. nobis reliquisse putaverem: cuius retractationis ut alia restant vestigia ita v. 153—156. 229—235. 364—370. 410—421*)

*) Rectissime enim Langrehrius Miscell. philol. Gottingae a. 1876 edit. p. 12 miro modo hos versus cum ratione universa quam instituerat Epidicus discrepare dicit. Cur tamen negem hos errores esse ex contaminatione repetendos nolo iterum exponere. Ceterum commemoro in turbas huius fabulae iam Scaligerum accuratius inquisivisse,

testes sunt. Accedit quod in hac fabula vetusta ablativi in *d* exeuntis terminatio fere nusquam corruptelae medelam sese praebuit tam facilem quam aliis in fabulis. Quod cum animadvertissem et similem esse perspexissem non nullarum comoediarum condicionem quae similem passae essent retractationem, antiquis illis formis in Epidico omnino abstinui.

Plagulas dum corrigo, amicorum mihi adferuntur adnotationes ad Epidicum uberrimae, quas ex parte certe ipsi apparatui intexui: quas autem propter spatii difficultatem inserere non potui, eas si hoc loco adderem, hominibus doctis me gratum facturum esse putavi. Qua occasione oblata simul de meo quaedam adnotabo.

31 sqq. Dubitat de transpositione Seyffertus censetque rectius de interpolatione cogitari. Et possunt certe v. 34—36 abesse.

37. In apographo J codicis, quod inter corrigendum nactus sum, haec sunt perscripta *scrutariis* (superscr. *ł scrutariis*), quae sic intellego: *scutariis vel scrutariis*; nam *scutariis* est in FZ. Alia quaedam, quae in apographo a collatione discrepant ad *ae* et *ę* spectantia vel ad voculas male ibi coniunctas — pauca sunt nec ullius omnino momenti — hoc loco adicere nolo.

52. Ambigit Seyffertus de coniectura Meursii maxime propter accentum et haec proponit:

Quíd vis igitur? ‖ Quót minis? ‖ Tot. ‖ Quót? ‖ Quadragintá minis.

55. Idem putat scribendum esse aut 'qui argentum petat' aut 'atque argentum petit'.

---

quod apparet ex hac adnotatione ad v. 417 petita ex exemplari Leidensi (cf. p. XXI): 'At quomodo potuit eam emere Apoecides?' et in margine inferiore: 'Pessima οἰκονομία. Nam aut virgo est aut fidicina conductitia, quam adducit Apoecides. Si virgo est, ut verisimile est, non emetur. Quomodo domo auferatur ut conductitia illi supponatur? Nam Epidicus abest. Si autem conductitia, quomodo emi potuit, cum ipsamet neget, se eo die emi potuisse et quinquennio ante manumissam?'. Quibus adde adnotationem ad v. 151 sqq., quam mihi excerpsit ex codice Parisino 8185 (cf. Parerga p. 575; Proleg. p. LIV; praef. Bacch. p. VIII) Otto Crusius adulescens bonarum litterarum studiosissimus: 'Quid de illa fiet fidicina. Plautus hic errat et obliviscitur sui. senex non fidicinam emerat, sed filiam, et curabat ut filiam. Ergo frustra sollicitus est, quid de ea fieri debeat.'

61. Totum locum idem sic reconcinnandum esse iudicat:

Nescío pol quid tu tímidu's. trepidas, Épidice. ita voltús tuost.
Videór videre ...

73. Ad 'haecine' cf. Militis gl. v. 309. 565. Andr. 478 cum adnotatione Spengelii. Praeterea vide v. 541.

121. *hercle* pro *ego* conicit Schoellius.

144 sq. Loewius exempli gratia ita supplet:

Únde lubet: nam ni ánte solem occásum zonam inpléveris,
Meám domum ne inbítas. tute in prístinum ipsus té duas.

149. Quod scripsi 'aliqua audacia', 'audacia' idem esse putavi atque 'res audaciter suscepta'. Loewius: 'atque anclavero'.

166. In adnotatione addendum est, verba 'ubi pudendum est' primum eiecisse Kiesslingium Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119.

253. Loewius: 'ferre. || Epidice, ego occidi'.

283. Ribbeckius: 'valide sapis'. Schoellius: 'vive ut sapis et places'. Loewius: 'plane sapis et places'.

288. Schoellius: 'eloquere'.

327 sq. Ribbeckius:

Numquam ínridere nós inultum illúm sic servom hominém sinam.

333. Loewius dubitanter (cf. Prodr. p. 282):

Vae tíbi, murcíde homo, ignáve iners ...

335. Cf. Captivorum v. 548.

336. De metro dubitare licet. Non ausus sum mutare.

337. Schoellius:

Fecísti iam probe tú tuom ...

357. Commemorare debui R. Muellerum de Plauti Epidico p. 8 hunc locum sic scribere:

Str. Eúge,
Quae iám domist pro filiá. Ep. Tenen? Str. Téneo.
Ep. Nunc auctórem ...

359. Hunc versum Buechelerus Nov. annal. vol. 99 (a. 1869) p. 536 ita restituit:

Quasi qui á me caveat. || Haúd male. || Iam is saépe cautor cáptust.

Quamquam de hac coniectura valde dubito.

438. Ribbeckius: 'virtute belli animatus'. Cf. Enn. trag. 257.

443. De *duellis*, in quod ego quoque incideram, cf. Loewii Prodr. p. 125 et Ludovici Langii 'de duelli vocabuli origine et fatis' commentationem p. 14.

493. Ribbeckius proponit:

Euge, eúge, frugi's, Épidice, et guminásticus.

554. Loewius proponit: 'ecquid meministi? in' e. q. s. Hoc loco addo quae idem Loewius de *gravastellus* et *pappare* verbis mecum communicavit:

"V. 620 dubitari potest utrum *gravastellus* an *ravistellus* recipiendum sit. Illam formam Placidi auctor apud scriptorem quendam — fortasse is ipse Plautus fuit — legisse videtur. Sic enim illius glossae p. 49, 16 ex Deuerlingii emendatione: *gravastellas*: *graves, id est annis,* cum codices R *grauascela graues id est anni* et G *grauescella graues idus anni* exhibeant. Scripserim ego potius: *gravastella*: *γραῦς, id est anus.* Quod quidem genus et graece et latine interpretandi cave a glossis alienum putes. Similiter glossarium 'a a': *gesticularius*: *ὀρχηστής, hoc est lascivus**) et *fellinosus*: *χολικός, id est cholericus***). Atque ipse Placidus graece enarrat p. 29, 18 *conducibile*: *utile, συμφέρον.* At incertum, num omnino agnoscendum sit in lemmate vocabulum illud glossematicum. Usenerus enim a G profectus sic emendat: *gravis stella*: *grave sidus anni.* Quamquam parum patet, quid ibi sibi velit *anni*, et *gravis stella* nimis simplex videtur lemma inter exquisitissima *gnaruris, gallicula* et *gramis, gerras, gorgo, gnarificationum* positum.

Non dissimilis quaestio oritur de v. 727: *novo liberto opus est quod pappet* .., ubi *pappare* verbum per duplicem *p* in AB, per simplicem vero in JF codicibus exhibetur.

---

*) *gesticulamus orchistis* cod. Casinensis 401; idem, nisi quod *id et lascibus*, Vaticanus 1471[4]; *gesticulanus* et *lascibus* Vaticanus 3320.

**) *cholico* . . *colericus* Cas. 401; *cholicos* . . *colericus* Vat. 1471[4]; *c//olicor* . . *coliricus* Vat. 3320.

Illa enim cum sit tralaticia in editionibus forma, hanc praefert Otto Jahnius in commentario Persii Lipsiae a. 1843 editi p. 146, ductus hau dubie memoria versus Persiani III, 17, in quo '*papare* plerique codices iique antiquissimi'. Ac fuisse iam ante eum qui item iudicarent docet inedita codicis Vaticani 1469[6] saec. X scripti glossa: *papilla caput est mammae, de quo* [cod. *qua*] *exit lac, unde factum est ut dicamus infantibus 'papa!' id est 'manduca!'; 'papare' enim dicimus, non 'pappare': nam et ipso motu labiorum id ostendimus.* At nihilo setius recentiori aevo tribuerim *papare*, probum autem atque antiquum censuerim *pappare*. Optimorum enim in versu Plautino fontium A et B consensus gravissimi est momenti. Accedit deperditus nescio cuius scriptoris locus, quo spectat 'Philoxenus' p. 152, 18: *pappat*: *μασᾶται*. Neque neglegendum quod hodiernus Italorum sermo non facit cum glossographo Jahnioque; frequens enim *pappare* verbi usus in lingua quotidiana. Velut Stenterellus in comoedia 'Flamminio pazzo per amore' inscripta p. 36: 'Di viso' inquit 'ne convengo; ma di questi personali non se ne pappa'. Et Persius quoque l. s. s. videtur *pappare* dedisse: sic enim codices bonae notae omnes, quos Jahnius postea (in editione Berolinensi a. 1868) in recognoscendis saturis duces elegit et in scribendo ipso illo versu secutus est."

V. 643 post 645 collocat Ribbeckius.

664. Ribbeckius: 'nos ludibrio'.

668. Ribbeckius: 'Tace sis: sine med' e. q. s.

V. 724—31 ex duplici recensione videntur esse consuti. cf. adn. ad v. 729.

Praeterea moneo corrigenda non nulla esse, quae vel typothetae vel calami lapsu non recte edita sunt. Praef. p. VII primus qui commemoratur fasciculus in A est XXXIII, non XXXII; p. 13 v. 50 text. scr. 'mihí' pro 'mihi'; p. 21 v. 131 'ancillast' pro 'ancíllast'; p. 22 v. 135 adn. scr. 'det *e*' pro 'det*e*'; p. 31 v. 206 adn. scr. 'Exitus huius et insequentis initium in B sic habentur'; p. 41 v. 285—287 scr. 290 pro 291.

De signis quibus in adnotatione usus sum non est quod dicam. Ambrosiani scripturae ut recte intellegantur, addo ubicumque testimonia initio versuum posui, velut sic v. 66: *A:* PLUSQ·A, ibi praeter ea, quae diserte sic traduntur, ex A nihil hauriri potuisse. De v. 19 cf. quae dixi Anal. Plaut. p. 116. *Gz* signo meas indicavi scripturas.

Sed iam finem faciam praefandi gratias agens meritissimas omnibus, quorum propensa voluntate haec mea studia usa sunt: maxime autem Gustavo Loewe, qui toti huic libello quantopere adiutabilem et amicam operam praestiterit vix possum satis praedicare.

Scripsi Lipsiae Kal. Mai. a. CIↃIↃCCCLXXVIII.

T · MACCI · PLAVTI

E P I D I C V S

ARGVMENTVM

Emít fidicinam, fíliam credéns, senex
Persuásu servi, qui áliam conductíciam
Iterúm pro amica eí subiecit fílii.
Dat eríli argentum. eó sororem déstinat
Inprúdens iuvenis. móx conpressae ac mílitis
Cognóscit opera síbi senex os súblitum.
Vt ílle amicam, haec quaéritabat fíliam.
Sed invénta gnata sérvolum emittít manu.

ARGVMENTVM INEPIDICVM PLAVTI *B J nisi quod* INEPVDICV̄ *J* 1. *Super* filiam *superscriptum est* suam *in J: similia glossemata passim argumento addita amplius non perscribam* 2. qui aliam *Gz.* atque *B J F Z.* aliam qui *Pylades* conducticiam *Pylades.* conductam *B J F Z* 3. ei subiecit filii *cum libris Gz nisi quod* sub iecit *J: cf. Anal. Pl. p. 82.* ei subiecit. filio *Camerarius iungens cum v. 4:* gnati ei sŭbicit. filio *Brugmanus 'Quemadmodum in iambico senario Romani veteres verborum accent. cum num. consoc.' p. 11: ad* ei *pronominis mensuram cf. arg. Trin. v. 6* 4. erili*: cf. arg. Pseud. I v. 6* quo *Brugmanus l. s. s. p. 11* 4—8. *Verba* dat erili, imprudens, cognoscit, ut ille, sed inventa *in J dispici nequeunt* 5. mox *addidit Pylades* conpressę *B.* compresse *J* inclitis *Z* 6. oblitum *F* 7. haec *B. Saracenus.* hic *J Z.* hic senex *F.* ita haec *Muellerus Plaut. Pros. p. 685* quaeritabat *Camerarius.* quęrebat *B.* querebat *J: idem F Z* 8. gnata inventa *Pylades*, *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 415*

PERSONAE

EPIDICVS SERVOS
THESPRIO SERVOS
STRATIPPOCLES ADVLESCENS
CHAERIBVLVS ADVLESCENS
PERIPHANES SENEX
APOECIDES SENEX
SERVOS
FIDICINA
MILES
PHILIPPA
ACROPOLISTIS FIDICINA
DANISTA
TELESTIS VIRGO
GREX

ACTVS I

EPIDICVS. THESPRIO

EPIDICVS

Heús, adulescens.

THESPRIO

Quís properantem mé reprehendit pállio?

EPIDICVS

Fámiliaris.

THESPRIO

Fáteor: nam odio's nímium familiáriter.

EPIDICVS

Réspice vero, Thésprio!

THESPRIO

O!

Épidicumne ego cónspicor?

EPIDICVS

Sátis recte oculis úteris.

THESPRIO

Sálve.

Act. I Sc. 1 THESPRIO EPIDICUS *A.* EPIDICVS THESPRIO SERVI DVO *BJ nisi quod* TESPRIO *ut constanter J* *De personarum notis singulorum versuum vide praefationem* *Scaenam mira metrorum varietate conscriptam, quam meris trochaeis constare usque ad v. 81 contendit R. Muellerus de Plauti Epidico p. 24 sqq., ordinari ut potui: cf. Anal. Pl. p. 104*

1. adules//cens *B.* adolescens *J* *Personae spatium om. A* MEREPREKENDIT *A*, *atque ita Guyetus et omissa voce* me *Gulielmius.* me prehendit *BJFZ* 2. FAMILIARIS *A* FATEOR *A* odio es *B cum A.* hodio es *J* familia riter *sed* ia *e corr. B* 3. TKESPRIO *A.* dhesprio *B* oh *libri cum A* 4. epidicum ne *BJ* *V. 5—12 a retractatore additos esse suspicatur Reinhardtus Nov. annal. vol. 111 (a. 1875) p. 199* 5. SATIS *A. om. BJFZ* RECTE *A, atque ita Scaliger.* certe *BJFZ: cf. Anal. Pl. p. 104*

EPIDICVS

Di dent quaé velis.
Veníre salvom gaúdeo.

THESPRIO

Quid céterum?

EPIDICVS

Quod coádsolet:
Cená tibi dabitur.

THESPRIO

Spóndeo

EPIDICVS

Quid?

THESPRIO

Me áccepturum, sí dabis.

EPIDICVS

Quíd tu agis? ut valés?

THESPRIO

Exemplum adésse intellego.

EPIDICVS

Eúgepae!
Córpulentiór videre atque hábitior.

10. *Donatus in Ter. Eun. II 2, 11:* Quae habitudo est corporis] Plautus in Epidico: 'corpulentior hercle atque habitior'. — *Festus Pauli p. 102, 1:* Habitior : pinguior. — *Placidus p. 52, 2:* habitior : plenioris habitus. *Huc rettulit Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1870) p. 550*

---

6. dident *B.* dii dent *J* QVAEVELIS *A.* quę uelis *B.* *idem J* 7. Venire *in rasura praeter* V *B* SALVVM *(vel* SALVOM, *quod veri dissimilius) A.* saluon *F* QVIDCETERVMQVOD *A, quae vix recte defendebam v. 8 personis mutatis Anal. Pl. p. 85* coadsolet *Acidalius.* EOADSOLET *A.* eo assolet *BJ.* esse assolet *F.* esse quod assolet *Z.* quod assolet *Guyetus* 8. CENA *A* dabitur tibi *JF* splendeo *J* ACCEPTVRVM *A* SIDABIS *A.* sidabis *J* *Miro modo sic pergit A:*

QVID
TVAGISVTVALES
EXEMPLVMADESSEINTELLE*(vel* I*)*GO#EVGAE

quid magis *F* ut vales *iam Camerarius.* ut uelis *BJFZ* Exemplum adest. Ep. *Gruterus. idem Palmerius, nisi quod* habes *scribit pro* adest intelligo *JF* Eugepae *Camerarius. Acidalius.* Euge *BJFZ* 10. habitior *Donatus, Festus, Placidus: et sic Scutarius, Lip-*

THESPRIO

Huic grátia.

EPIDICVS

Quám quidem te iámdiu edepol pérdidisse opórtuit.

THESPRIO

Mínus iam furtificús sum quam antehac.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Rapio própalam.

EPIDICVS

Di ínmortales te ínfelicent! út tu es gradibus grándibus.
Nam út apud portum té conspexi, cúrriculo occepí sequi:
Víx apiscendí potestas módo fuit.

THESPRIO

Scurrá's.

EPIDICVS

Scio
Te ésse equidem hominem mílitarem.

THESPRIO

Audácter quamvis dícito

12. *Ammianus Marcellinus XV 13, 3:* abiecte ignavus et, ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam. *Iamb. inde effecit senarium O. Seyffertus Phil. vol. 29 (a. 1870) p. 409 hunc:* 'arté despecta furum rapiens propalam', *contra quem cf. O. Ribbeckii praef. Com. p. 45*

sius. ABILIOR *A.* agilior *BJFZ* huic grā *et in ipso fine versus a rubricatore additum* EPIDICUS *B.* hac gratia *JFZ* 11. edepol *addidit Muellerus Nachtr. p. 124 sq.: in A versus bipartitus est et prior pars sic exhibetur:* QUAMQUIDEMTEIAMDIU *cf. Anal. Pl. p. 104.* iam diu *B* deperdidisse *Camerarius.* hercle iam diu te perdidisse *R. Muellerus l. s. s. p. 30* 12. FURTIFICUS *A* ante hac *B* QUIDITA *A.* quid ita? T. Quid ita *Z* RAPIO *A* 13. dii *J* immortales *libri* TEINFELICENT *A, atque ita Dousa.* te *om. BJFZ. cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 433* UTTUE*(vel* I, *quod veri dissimilius)*S *A.* ut es *B* (· tu *suprascr.*). ut tues *J.* ut tu is *Scutarius.* cum tuis *Muellerus Plaut. Pros. p. 44* 14. aput *J* portam *Langrehrius Misc. phil. Gottingae ed. a. 1876 p. 18: sed cf. II 2, 33 et 37* curculio *BZ* OCCEPI *(vel* OCCIPI*) A* 15. apiscendi *Bothius: cf. Anal. Pl. p. 102.* adipiscendi *BJFZ cum A* scurra es *BJFZ cum A, nisi quod ante* scurra *tres litt. (fort.* cer*) eras. et* ra *in ras. est in B* SCIO *A* 16. quidem *BJFZ* MILITAREM *A* qđuis *J.* quod uis *F.* quiduis *Z* ditito *B*

EPIDICVS

Quíd ais? perpetuén valuisti?

THESPRIO

Várie.

EPIDICVS

Qui varié valent,
Cáprigenum hominum nón placet mihi néque pantherinúm genus.

THESPRIO

Quid tíbi vis dicam nísi quod est?

EPIDICVS

Mitte ílla ac responde hóc.

THESPRIO

Probe!

EPIDICVS

Quid erílis noster fílius?

THESPRIO

Valet púgilice atque athlétice.

EPIDICVS

Voluptábilem mihi núntium tuo advéntu adportas, Théspriō.
Sed ubíst is?

THESPRIO

Advenít simul.

---

17. Quid ais *J: atque ita Acidalius.* Quid agis *ceteri cum A* perpetuon *FZ* ualuistin *F* UARIE *A* 18. Caprigenum B^2*FZ*. CAPRE(*vel* RI)AGI(*vel* GE, *quod minus probabile*)NUM *A*. Capre aginum *B*. Capreaginum *J* hominem *J* NONPLACET *A*. nonplacet *B* 19. Mitte illa ac responde hoc *Gz, quoniam melior scriptura non fuit in promptu. In A haec exstare visa sunt:*

OC I IM
QUODEST⩧UTILLAERESCOSTENTA—
P E

in fine praeter A— *et* M *etiam* ANT *scriptum esse potest: minus quam adnotatae litterae probabiles sunt* B *pro 19.,* E *pro 21. et 24.,* I *vel* T *pro 22.* Ut illi respon di. THES· ꝓbe. *B, sed* di THES· *addidit* B^2. Ut illi respon . . . . ꝓbe *J.* Ut illa respondeas probe *FZ, nisi quod* ille *F.* ut ualui respondi probe *Thesprioni tribuens Brixius Em. Pl. a. 1847 ed. p. 6.* ut valui respondi. Ep. Probe *R. Muellerus l. s. s. p. 30* 20. ERILIS *A.* herilis *J* NOSTER *A* filius ualet? Thesp. *BJFZ* PUGILICE *A* 21. uoluptabile michi *J* NUNTIUM *A.* nuncium *J* ATPORTASTKESPRIO *A.* adtulisti *BJ.* attulisti *FZ* 22. SEDUBISTIS *A.* sed ubi estis *BJ.* sed ubi est is B^2*FZ* ADUENIT *A, Dousa:* adueni *BJFZ* simul//

EPIDICVS

Vbi is ergost? nisi si in vídulo
Aút si in mellina áttulisti.

THESPRIO

Dí te perdant!

EPIDICVS

Té volo
Pércontari, Thésprio. operam da: ópera reddetúr tibi.

THESPRIO

Ius dícis.

EPIDICVS

Me decét.

THESPRIO

Iam tu autem nóbis praeturám geris?

EPIDICVS

Quem díces digniórem esse hominem hoc hódie Athenis álterum?

THESPRIO

At únum a praeturá tua, Epídice, abest.

EPIDICVS

Quidnám?

B UBIISERGOESTNISISIINUIDULO *A*. ubi is g^{o} est? n^{i} si inuidulo *J*. ubi is ergo est nisi simmidulo *F*. ubi is egost. EPID. Nisi si inuidulo *B*, *sine pers. nota ante* ubi 23. INMELLINA (*vel* INMILLINA) *A*. īmellina *B* DII (*vel* DEI) *A*. dii *J* 24. Percontari, Thesprio, operam *Gz Anal. Pl. p. 105*. PERCUNCTARI∷OPERAM *A*. Percītari. operā *B*. p contari opam *J*. Percunctari. operam *F*. Percontari operam *Z*: *cf. Muellerus Nachtr. p. 125* , reditur *B*, *fort.* c *erasa*. redditur *JZ* 25. ***Hunc versum sic tradit A:***

IUS
DICIS∷MEDECET
IAMTUAUTEMNOBISPRAETURAMGERIS∷QUEM

In B verba ius (*ante* i *erasa* p) dicis. EPID. Medec & (Medec& B[2]) *versui 24 adhaerent: secuntur haec:* THES. Iam tu autem nobis p̄turam geris? EPID. Quem *quocum consentiunt JFZ* (decet) 26. DICEIS *A* ESSE *A*. esse aeque *Muellerus Plaut. Pros. p. 617*. me esse *Fuhrmannus Nov. annal. vol. 97 (a. 1868) p. 851* hominem *om. A* hoc hodie *Gz*. hodie *libri*. hocedie *Fuhrmannus l. s. s.* ATKENIS *A* digniorem alterum esse hominem hodie athenis alterum *F* 27. ATUNUMAPRAETURATUA *A medio versu. Cetera usque ad v. 51 in A desiderantur* apraetura *B*. ap̄tura *J* ab est *B* Quid nam *BJ*

THESPRIO

Scies:
Lictóres duo, duo úlmei fascés virgarum.

EPIDICVS

Vaé tibi!
Séd quid ais tu?

THESPRIO

Quid rogás?

EPIDICVS

Ubi árma sunt Stratíppocli?

THESPRIO

Pól illa ad hostis tránsfugerunt.

EPIDICVS

Ármane?

THESPRIO

Atque equidém cito.

EPIDICVS

Múlciber, credo, árma fecit, quaé habuit Stratíppocles:
Trávolaverúnt ad hostis.

THESPRIO

Túm ille prognatúst Theti.
Síne perdat: alia ádportabunt Nérei ei fíliae.

---

33. *Priscianus VI p. 252:* Θέτις Θέτιδος, Thetis Thetidis, quamvis ablativum eius ab hac Theti Plautus protulit in Epidico: 'tum ille prognatus Theti sine perdat: alia adportabunt ei Nerei filiae'

---

28. Licto res *B.* littores *F* ulmei *quosdam coniecisse dicit Hermannus Elem. p. 161.* uiminei *BJFZ* ut tibi *J* 29. ais tu *Bothius.* //ais *B.* ais *JFZ* eloquere *addebam Anal. Pl. p. 113* strathippocli *B.* stratiphocli *J.* *idem FZ more fere continuo, quod non iam notabo* 30. adhostis *B.* adhostes *JFZ* trans fugerunt *B* arma ne *J* at *F.* et *Bentleius ad Hor. Epist. I 16, 67* equidem *Luchsius Hermae vol. VI (a. 1872) p. 277.* quidem *libri* 31—33. *Huc transposui: cf. Anal. Pl. p. 113. in libris post v. 36 exstant. verba* Mulciber — hostes *Thesprioni tribuunt BJFZ,* tum ille — filiae *Epidico* 31. quę *J* stratiphocles *J* 32. tra uolauerunt *J.* transuolauerunt *FZ* adhostis *B.* adhostes *J.* *idem FZ* prognatust *Gz.* prognatus *libri cum Prisciano* 33. adportabant *Prisciani Halberstad.,* apportabunt *libri* Nerei ei *Muellerus Plaut. Pros. p. 460.* ei nerei *JF, Priscianus.* ei naerei *(ex* narei*) B.* nerei *Z* filię *BJ*

EPIDICVS

Sérione dícis istuc?

THESPRIO

Sério, inquam, hostés habent.

EPIDICVS

Édepol facinus ínprobum!

THESPRIO

At iam ante álii fecerúnt idem.

Érit illi illa rés honori.

EPIDICVS

Quí?

THESPRIO

Quia ante aliís fuit.

EPIDICVS

Id módo videndumst út materies súppetat scutáriis,
Si in síngulis stipéndiis ad hóstis exuviás dabit.

THESPRIO

Supérsede istis rébus iam.

EPIDICVS

Tu ipse úbi lubet finém face.

THESPRIO

Desíste percontárier.

EPIDICVS

Loquere: ípse ubist Stratíppocles?

---

39. *Nonius p. 40, 9:* supersedere, manere, perseverare; quasi in voluntate et consilio sedere. . . . . Plautus Epidico: 'supersede istis rebus iam Ep. Tu ipse ubi lubet finem face'

---

34. Serio ne *B F* dicis istuc *Gruterus.* dicis tu *B F Z.* dici^{s}//tu *J.* dicis haec tu *Camerarius* 35. facinus *B, sed* cin *in ras. B*^{2} improbum *J* Achili *Muretus* 36. ante *J F. cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 546.* antea *B Z* alios *F* Achílli *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119* *Post hunc versum exstant in libris v. 31—33* 37—38. *Hos versus a retractatore additos esse suspicatur Reinhardtus Nov. annal. vol. 111 (a. 1875) p. 199* 37. Epid. *hoc loco om. libri* idmodo *J* uidendum est *B.* uiuendum est *J* scutariis *B in margine: idem F Z.* scrutariis *B J* 38. si in *om. F* stipendiis *Pylades.* stipendiis is *B F Z.* stipendiis *(sed altera* i *sup. vers.)* is *J* ad ⊦ostes *J.* ad hostes *F* 39. Sup sede^{e} *B: atque* e *add. B*^{2}. Sup se deistis *J* tum *J F* ubi *B*^{2}. ibi *B* finē *B*^{2}. fine *B* 40. percontrarier *J.* ꝑcunctarier, *sed* nc *e corr. atque ex parte in ras., B* ubi ipse *Z* stratiphocles *J*

THESPRIO

Est caúsa qua causá simul mecum íre veritust.

EPIDICVS

Quídnam id est?

THESPRIO

Patrém videre sé nevolt etiámnunc.

EPIDICVS

Quaproptér?

THESPRIO

Scies:

Quia fórma lepida et líberali cáptivam adulescéntulam
Dé praeda mercátust.

EPIDICVS

Quid ego ex te aúdio?

THESPRIO

Hoc quod fábulor.

EPIDICVS

Quór eam emit?

THESPRIO

Ánimi causa.

EPIDICVS

Quót illic homo animós habet?
Nám certo priusquam hínc in Thebas ád legionem abiít domo,
Ípse mandavít mihi interim áb lenone ut fídicina
Quam amábat emeretúr sibi. id ei ínpetratum réddidi.

---

41. Est causa — veritust *Epidico tribuit F, unde personae usque ad v. 50 perpetuo commutantur* Est causa simul *J:* qua causa *add. man. recentior* ueritus est *J* quid nam *BJ* 42. patrem videre se nevolt *Bothius, Hermannus Elem. p. 161.* patrem uidere senem non uult *B: idem JFZ nisi quod* paterem *J.* patrem se videre non vult *Pylades* etiā nunc *B* tu scies *JFZ, ubi* tu *ex* tē (tesprio) *ortum est: corr. Pylades* 43. adolescentulam *BJ* 44. Depraeda *B.* depda *J* mercatus est *J* exte *BJ* 45. cur *BJ* emet *J* annos *F* 46—49. *Pro spuriis secludit Reinhardtus in Studemundi Stud. vol. I p. 104: sed cf. Anal. Pl. p. 105* 46. prius quam *BJ* hinc in Thebas *Gz Anal. Pl. p. 105 coll. II 2, 22.* hinc *libri* ad- legionem *J.* adlegationē *B, sed* at *expunxit* B^2. legationem *defendit Jacobus: sed cf. Kampmannus de re mil. p. 33* 47. mihi interim *Ribbeckius.* mihi *libri nisi quod* michi *J* ablenone *BJ.* ad lenonem *Z* fidicina *ex* fidicinā *ras. B.* fidicinam *Z* 48. impetratum *BJ*

THESPRIO

Vtcúmque in alto véntust, Epidice, éxim velum vórtitur.

EPIDICVS

Vaé misero mihi: male perdidít me. quid ais tú?

THESPRIO

Quid est?

EPIDICVS

Quíd istanc quam emit? quánti eam emit?

THESPRIO

Vílei.

EPIDICVS

Haud istuc té rogo.

THESPRIO

Quíd vis igitur?

EPIDICVS

Quót minis?

THESPRIO

Totís quadragintá minis.
Íd adeo argentum áb danista apud Thébas sumpsit fénore
Ín dies minásque argenti síngulas nummís.

EPIDICVS

Papae.

THESPRIO

Ét is danista advénit una cúm eo qui argentúm petit.

---

49. inalto *BJ* uentus est *BJ* exin *ex* exim *B.* eximo *FZ.* exuno *J: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 456* uertitur *J* 50. ue *BJ* quid ais tu? Thesp. Quid est? *Gz Anal. Pl. p. 83.* Thesp. Quid istuc quid nam est *BJFZ.* quidnam istuc? quid est *Camerarius. Totum versum delere maluit cum Weisio Geppertus*
51. emit eā (quanti) *B* uilei (quili) *B.* uili *JFZ* istac *J* 52. Quid vis igitur *Gz.* quid igitur *JFZ.* reddigetur *ex* reddigitur *B*², *unde* redde igitur *Camerarius.* redde id igitur *R. Muellerus l. s. s. p. 33.* quid rogitas igitur *Muellerus Nachtr. p. 125* Totis *Meursius.* Tot *BJFZ.* Tot. Ep. *Gruterus In A in fine versus:* AMINIS, *principio scriptura vacuo. Unde v. 52 videtur bipertitus fuisse* 53. aput *J* sumpsisti *J, unde in F haec distributio:* Te. Id adeo argentum Ep. Ab danista apud Thebas Te. Sumpsisti (sumpsti *Z*) foenore Ep. In dies *e. q. s.* foenore *libri In A haec apparuerunt:* IDADEOARG *Usque ad finem scaenae ea tantum in A lecta sunt quae adnotabo* 54 *A:* IN *initio, in fine fortasse* A indies *BJ* pape *BJ* 55. *A:* ET *in principio*

EPIDICVS

Di ínmortales! út ego interii básilice.

THESPRIO

Quid iam? aút quid est, Épidice?

EPIDICVS

Ei! me pérdidit.

THESPRIO

Quis?

EPIDICVS

Ílle qui arma pérdidit.

THESPRIO

Nam quíd ita?

EPIDICVS

Quia cottídie ipse ad me áb legione epístulas
Mittébat: sed taceam óptumumst. plus scíre satiust quám loqui
Servom hóminem: ea sapiéntiast.

THESPRIO

Nescío pol quid tu tímidu's: trepidas Épidice. ita voltúm tuom

* *

---

56. *A:* DI*(vel* E*)*IIMMORT *initio versus* immortales *BJ* basilice (s *supra* c) *J.* balisce *B* quid iam aut quid est *B: cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 78.* quid///iam aut est *J.* quidnam tibist *vix recte proponebam Anal. Pl. p. 83* 57. *A:* EPIDICE Ei me perdidit *Gz.* Perdidit me *BJFZ* arma perdidit *Pylades.* perdidit arma *BJFZ* *Alii octonarium iambicum discribunt, velut hunc Bothius:* Epídice! Ep. Perdidít me. Thespr. Quis? Ep. Quis? ílle qui arma pérdidit: *cf. praeterea Spengelius T. Macc. Plaut. p. 143*
58—60. *A:*

NAMQU
MI
PLUSSCI

58. num quid *B.* numquid *J* cotidie *J.* quottidie *FZ* adme *B* ablegione *BJ* epistolas *BJ* 59—63. *Tractaverunt hos versus Muellerus Plaut. Pros. p. 466, Spengelius Plaut. p. 143* 59. optumum est *BJ* satius est *BJ* 60. seruum *B.* seruon *F* sapientia est *BJFZ* 61. *A:* NESCIOED pol *Luchsius Hermae vol. VI (a. 1872) p. 273.* edepol *BJFZ* qd/// *B* timidus es *BJ.* timidus est *F.* *om. Z* tuum *BJ* *Post hunc versum lacunam indicavit Gz Anal. Pl. p. 107.* *Contra* uti *pro* ita *coniecit Acidalius usus invento Gulielmii* video, videre *pro* videor videre *v. 62 scribentis*

Videór videre cónmeruisse hic me ábsente in te aliquíd mali.

EPIDICVS

Potin út molestus né sies?

THESPRIO

Abeo.

EPIDICVS

Ádsta: abire hinc nón sinam.

THESPRIO

Quíd nunc me retinés?

EPIDICVS

Amatne istam quam émit de praedá?

THESPRIO

Rogas?

Déperit.

EPIDICVS

Hercle détegetur córium de tergó meo.

THESPRIO

Plúsque amat quam te úmquam amavit.

EPIDICVS

Iúppiter te pérduit.

---

65. *Nonius p. 278, 19:* degere est detrahere. Plautus in Epidico 'degitur — meo'

---

62. *A:* UIDEORUIDER uidere *om. F* commeruisse *BJ* inte *B.* (superscript: ɔtrate) inte *J* 63–76. *Tractavit hos versus Seyffertus de bacch. p. 28* 63. *A:* ...*IN* ne sies *Camerarius.* nesis *BJFZ* assta *B.* asta *J* hunc *J.* nunc *Z* 64–65 *A:* QU...UNCM *dein secuntur tres versus, in quibus nil potuit legi: post illos* DEPER *in principio et* GOMEO *in fine versus, unde conicias intercidisse versus 64 finem et duos versiculos (sive unius versus particulas): nam initia et exitus scripturam non videntur continuisse* 64. amat ne *B.* amat me *J* dep̄da *BJ* 65. deperiit *F* hercle detegetur *Gz.* detegetur *BJ.* degitur *FZ cum Nonio.* tum detegetur *Geppertus.* degetur *Pius, Scaliger.* ei detegetur *R. Muellerus l. s. s. p. 34* detergo *BJ* 66. *A:* PLUSQ·A plus te *JFZ* te *om. F* quam ante *Muellerus Plaut. Pros. p. 87* Iuppiter, *sed prior* p *ex* u *corr., B* 67–72. *In A post tres versus, ubi nihil apparuit, haec habes quinque versuum initia et exitus:*

UENIR	*ROXI*MUM
IBIM	‡DICA
	NEQ·CONSPICARI
Q	MERAUERIT
K	NCIAM

THESPRIO

Mítte nunciám me. nam ille mé ṿotuit domúm venire.
Ád sodalem Chaéribulum iússit huc in próxumum.
Íbi manere iússit. eo ventúrust ipsus.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Dicam:

Quía patrem prius cónvenire sé non volt neque cónspicari,
Quám id argentum quód debetur pró illa dinumeráverit.

EPIDICVS

Heú edepol res túrbulentas!

THESPRIO

Mítte me ut eam núnciam.

EPIDICVS

Haécine ubi scibít senex
Púppis pereundást probe.

THESPRIO

Quíd istuc ad med áttinet
Quó tu interbitás modo?

EPIDICVS

Quía perire sólus nolo: té cupio períre mecum.
Bénivolens sum bénivolenti.

---

67. nunc iam me *Camerarius.* nunc iam *BJFZ* uetuit *BJ* 68—71. *Tractavit hos versus et aliter ex parte atque ego Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 249* 68. Ad sodalem Chaeribulum *Gz.* adcheribolum *BJ et fere idem FZ* inproxumum *BJ* 69. *Post* manere *addidit* se *Camerarius in B* iussit me *Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 36* uenturus est *BJ* ipsius *J.* ipse *Z* 70. convenire se *Pylades.* se conuenire *BJFZ* neq conspicari/ *B* 71. debet *F* 72. eu (h above) aedepol *(*h *et* a B^2 *add.)* res turbulentast *(ex* turbulentas *et* r *in ras.)* B^2. tuedepol re es turbulentius *JFZ nisi quod* turbulentus *FZ* res turbulentas *iam Gruterus* eam *om. J* 73—76. *Quattuor quos exhibui versiculi in A videntur quinque occupavisse versus: cf. v. 9 et 25: scriptura ipsa non apparuit: de mensura cf. Muellerus Plaut. Pros. p. 732* 73. hęcine *B.* haeccine *J.* hec *F.* *de* haec hercle *vel* haec hodie *cogitat Muellerus Plaut. Pros. p. 732* ubiscibit *J* 74. pereunda est *BJ* 75. istac *J* ad med *Bothius.* adme *BJ* 76. interbitas *R. Muellerus l. s. s. p. 34.* intereas *BJFZ* *Creticos discripsit Spengelius Plautus p. 148 servata librorum scriptura* 77. *A:* QV *et in fine* CỤM 78. *A:* BẸNẸVO beni-

THESPRIO

Ábi in malam rem máxumam
Cúm istac condicióne.

EPIDICVS

I sane, síquidem festinás magis.

THESPRIO

Númquam hominem quemquám conveni, unde ábierim lubéntius.

EPIDICVS

Íllic hinc abiit. sólus nunc es. quo ín loco haec res sít vides,
Épidice! nisi quíd tibi in tete aúxilist, absúmptus es:
Tántae in te inpendént ruinae. nísi suffulcis fírmiter,
Nón potes subsístere: itaque in te ínruont montés mali.
Néque ego nunc quómodo
Me éxpeditum ex ínpedito fáciam consiliúm placet.
Égo miser pérpuli

volens sum benivolenti *Gz.* beneuolens cum beneuolente *BJFZ.* *Librorum scripturam falsam esse ostendit R. Muellerus l. s. s. p. 37: idem* benevolum *proposuit* inmalam *B* rem maxumam *Guyetus.* rem maxumam ame *BJFZ* 79. conditione *J* isane *J* siquidem *Ribbeckius: idemque ex A prodiit, ubi* CUMISTACCONDICIONE.......... IDEMFESTINASMAGIS *ita scriptum est, ut ad explendam lacunam* ⸗ISANESIQU *praeclare quadret.* siquid *BJ* 80. *A:* NUMQU nunquam *BJ* libentius *B* 81. *A:* ILLICKINCABIITSOLUSNUNCESQU........AECRESSITUIDES illic hinc, *sed* hinc *ex* huic *corr., B.* ille hinc *Bothius* solus es nunc *JZ.* scelus es nunc *F.* *Cetera usque ad v. 85* (quomodo) ***desiderantur in JFZ: cf. Anal. Pl. p. 74*** inloco *B* hęc *B* quo in luto haereas *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119* 82. EPIDICENISIQUIDTIBIIN *apparuit in A* intete auxilii ē *B.* *De* tete *cf. Ritschelius Nov. Exc. p. 29* 83. *A:* TANTAEINTEIN *et in fine* R tantę B^2. tante *B* inte *B* impendent *B* ruinę B^2. ruine *B* 84. *A:* NONPO......S inte irruunt *B* 85—93. *Tredecim haec occuparerunt in A versus: v. 1 nil potuit legi: initium et exitus vacant scriptura ut v. 2 et 5: v. 2* QU *medio versu* (quomodo)*: v. 3:* MEEXPEDITUMEXIM*: v. 4 nihil apparuit, principium vacuum est: v. 5: pes* 'L *litterae* (perpuli) *perincertus: v. 6:* MEISDOLISSEN *initio: v. 7 et 8 nihil apparuit: initia scripturam non continuerunt: v. 9:* FIDICIN *et v. 10:* S *statim ab initio: v. 11 et 12 nihil apparuit: initia vacua. v. 13:* SIBIDATAESSEUE. *Cf. Anal. Plaut. p. 99. Ex A pendet ea quam dedi metrorum discriptio, nisi quod pro singulis creticis quales ibi exstant binos coniunxi. Eiusdem autem discriptionis reliquias habet B uncialibus litteris medio versu servatis in* Ego *et* Is. *Praeiverat magna ex parte feliciter Spengelius Plaut. p. 165 sq.* 85. modo *om. Z* 86. ex impedito ***B.*** eximpedito *J*

Meís dolis senem, út censeret suám sese emere fíliam.
Ís suo fílio
Fídicinam emit quam ílle amabat, quam ábiens mandavít mihi.
Síbi nunc alteram áb legione abdúxit! corium pérdidi!
Nam úbi senex sénserit
Síbi data esse vérba, virgis dórsum dispoliét meum.
Át enim tu praécave!
Át enim — bat enim: níhil est istuc. pláne hoc conruptúmst caput.
Néquam homo's, Épidice!
Quí lubidost mále loqui? quia túte te ipse déseris.
Quíd faciam? mén rogas?
Tu équidem antehac aliís solebas dáre consilia mútua.
Áliquid aliqua réperiundumst. séd ego cesso ire óbviam
Ádulescenti, ut quíd negoti sít sciam: atque ipse íllic est.

90. ille amabat *Guyetus.* ipse amat *BJFZ.* iste amat *et* quamque *Geppertus.* iste amabat *Muellerus Plaut. Pros. p. 751.* ipse amât eamque *Lachmannus Lucr. p. 290, contra quem cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 63* 91. sibi *JFZ.* si sibi *B* abduxit *Gz Anal. Pl. p. 99.* abduxit animi causa *B. idem JFZ, nisi quod* abduxi *J et* adduxit *Z* 92. nā// *B* 93. esse data *F* dispoliet *Pareus cum deterioribus libris.* despoliet *BJFZ.* depoliet *Palmerius. cf. Anal. Pl. p. 92 et 100* 94. *A:*

ATENIMTU
PRAECAUE

tunc *Z* 95. *Versum ex A expressi, ubi* PLANE, CORRUPTŪST, CAPUT. *Verba* at enim bat enim *om. BJFZ* nichil *J* plane hoc corruptūst *ex* corruptū *B*[2] *ut videtur.* plane corruptum est *J* 96. *Versus in A bipertitus fuit* nequā/// *B.* neq. *J* homo es *BJ* 97. *In A videtur* D (deseris) *ita posita esse, ut praecesserit scriptura duabus fere litteris auctior quam Palatinorum: sed admodum incerta est* lubido est *J* quia tute te ipse *Gz.* quia tu tete *B.* quia tut^e^ *J.* tute *Z. om. F* desideris *J* 98. *A:*

DFACIAM
NROGAS

Men tu rogas *BJFZ* 99. *A:* TUQ *et in fine:* CONSILIAMUTUA tu equidem *Seyffertus.* tuquidē *B.* tu quidem *JFZ.* tu qui *Jacobus* ante hac *BJ* 100. Aliquid aliqua *Geppertus itemque A, qui* ALIQ *ab initio versus.* quid? Aliqua *B cum lacuna in versus principio.* quid aliqua *JFZ* reperiperiundū st *B.* reperiundum est *JFZ* 101. *In A haec sunt:* ADULE *et in fine* TSCIAMATQ·IPSEILLECEST adolescenti *BJ* negotii *BJ* Atq, *(non* atq,*) B*

Trístis est: cum Chaéribulo incédit aequalí suo.
Húc concedam, orátionem unde hórum placide pérsequar.

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS. EPIDICVS

STRATIPPOCLES

Rém tibi sum elocútus omnem, Chaéribule, atque ádmodum
Meórum maerorum átque amorum súmmam edictaví tibi.

CHAERIBVLVS

Praéter aetatem ét virtutem stúltus es, Stratíppocles.
Ídne pudet te, quía captivam génere prognatám bono
Dé praeda's mercátus? quis erit vítio qui id vortát tibi?

[STRATIPPOCLES

Qui invident, omnes inimicos mihi illoc facto repperi:
At pudicitiae eius numquam nec vim nec vitium attuli.

102. *In A nil dispici potuit nisi* L (aequali) cum cheribulo *B*. cumcheribolo *J* 103. *In A apparuit in fine* QUAR concedā *ex* concedo *B* eorum *F*

Act. I Sc. 2 STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES *et secundo versu* E PIDICVS SERVVS DV *B*. STRATIPHOCLES CHERVBVLVS ADOLESCENS EPIDICVS SERVVS *J*. *In A personarum nomina discerni non iam possunt nisi quod in prioris versus fine* EPIDICVS *exstat: qui sequitur videtur ex more scripturam non continuisse* *Personae in B* STRA *et* CHERI *et* EPID *notis indicantur* 104. cheribole *J*. chribole *B* *In A huius versus reliquiae sunt hae:* DMODV̄ *Post* admodum *4—5 litt. ras. B* 105. eorum *J* mẹrorum *B*. merorum *J* meum maer. meumque a. *Usenerus Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 176* *In A dispici potuerunt haec:* DICTAVITIBI 106. *Post* Praeter *circa sex litt. ras. B*. preter *J* ẹtatem *sed* a *ex corr. B* stratiphocles *J* *In A legit Loewius haec:* oCLES 107. *A in fine:* GNATAMBONO id ne *B* *Super* bono *in BJ scriptum est* ł probo 108. de praeda *Studemundus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 67*. inpraeda es *B*. inp̄da es *J*. in preda es *FZ*. ex praeda es *Geppertus*. *in A totius versus hae reliquiae exstant:* IMPRAEDAESMERCATUS *et in fine:* QUIIDUERTATTIBI uicio *BJ* qui id non *JZ*. qui non *F* *V. 109—111 omittit A: apertam prae se ferunt interpolationis speciem. damnavit iam Geppertus* 109. quin vide *Gulielmius*. quin vide ut *Scioppius*. qui vident *Acidalius* factos *Classenus apud Jacobum* 110. ac *Z* pudicitie *J* eius *om. JFZ* uicium *BJ*

CHAERIBVLVS

Iam istoc probior es meo quidem animo cum in amore temperes.]

STRATIPPOCLES

Níhil agit qui díffidentem vérbis solatúr suis:
Ís est amicus quí in re dubia ré iuvat, ubi rést opus.

CHAERIBVLVS

Quíd tibi me vis fácere?

STRATIPPOCLES

Argenti dáre quadragintá minas,
Quód danistae détur, unde ego íllud sumpsi fénore.

CHAERIBVLVS

Si hércle haberem, póllicerer.

STRATIPPOCLES

Nám quid te igitur réttulit
Béneficum esse oratione, si ád rem auxilium emórtuomst?

CHAERIBVLVS

Quín edepol egomét clamore díffatigor, dífferor.

STRATIPPOCLES

Málim istiusmodí mihi amicos fúrno mersos quám foro.

---

111. em *Brixius Emend. in Pl. Capt. p. 21* istac (o *supra* a) *J* modo *Z* meo quidem animo es *Muellerus Plaut. Pros. p. 136* inamore *J* temperas *Brixius l. s. s.* 112. *Integer est hic versus in A nisi quod* AGIT *et* DIFFIDENTEM *exhibet* nichil *J* consolatur *Z* 113. *Ita A, nisi quod* INREDUBIA inre *B*. inte *J* reiuuat (·i ope *supra*) *B*, *unde* opere *Pareus* te (*corr. in* re) est *J* 114. *Ab hoc versu usque ad versum 150 in A nil servatum est* minas *sed* s *e corr., fort. ex* m, *B* 115. dastinae *J* detur *Pius.* datur *BJFZ* *Post* sumpsi *2—3 litt. ras. B* foenore *J* 116. pollicerer *addidit Muellerus Plaut. Pros. p. 257 adn.* non negarem *Camerarius, non Langiani: cf. Anal. Plaut. p. 82* *In B* STRATIPPOCES *post* haberem *scriptum est a rubricatore, quod lacunae esse signum videtur* *Post* te *ibidem 4—5 litt. eras.* retulit *BJFZ* 117. beneficium *JFZ* adrem *BJ* emortuum est *BJ* 118. qui *J* edepol *B, sed* p *e corr.* amore *JZ* diffatigor, differor *Gulielmius.* differor diffatigor *BJ nisi quod* diffatigor *J.* differor defatigor *FZ.* defatigor differor *Camerarius* 119. istius modi *BJ* forno *Scaliger: Buechelerus Nov. ann. vol. 105 (a. 1872) p. 117: cf. Anal. Pl. p. 115* mersos *FZ.* mensos *BJ* *Ad* quā foro *pertinent in margine B*[2] *adnotata haec:* ꝉ quā tefore

Séd operam Epidicí nunc me emere prétio pretiosó velim:
Quém quidem ego hominem ínrigatum plágis pistorí dabo,
Nísi hodie prius cónparassit míhi quadragintá minas,
Quam árgenti fuero élocutus éi postremam sýllabam.

EPIDICVS

Sálva res est: béne promittit. spéro, servabít fidem.
Síne meo sumptú paratae iám sunt scapulis sýmbolae.
Ádgrediar hominem: ádvenientem péregre erum Stratíppoclem
Ínpertit salúte servos Épidicus.

STRATIPPOCLES

Ubi is ést?

EPIDICVS

Adest.

Sálvom te advenísse huc

STRATIPPOCLES

Tam tibi ístuc credo quám mihi.

EPIDICVS

Bénine usque valuísti?

STRATIPPOCLES

A morbo válui, ab animo aegér fui.

EPIDICVS

Quód ad me attinuit, égo curavi. quód tu mandastí mihi,
Ínpetratumst. émpta ancíllast, quód tute ad me lítteras
Míssiculabas.

---

120. epidice *J* precio *BJ* precioso *B* 121. hercle *ante* hominem *intercidisse suspicatur Muellerus Plaut. Pros. p. 597* ego *om. F* irrigatum *libri* 122. comparassit *BJ* 123. sillabam *BJ* 124. promitte *JFZ* spero, *sed* p *ex* pr *ut videtur, B* fidem *Lambinus.* idem *BJF.* id *Z* 125. parate *B* simbolę *B.* simbole *J* 126. aggrediar *BJ* erum *F. Bothius.* erum suum *B.* herum suum *JZ* stratiphoclem *FZ.* stratippoclen *B, sed* n *ex* m *ras.* stratiphoclen *J* 127. inpertit *Weisius.* salua impertit *BJ.* salua impartit *FZ.* sua impertit *R. Muellerus de Pl. Epid. p. 21* salutem *Z* seruus *BJ* ad est *B* 128. saluum *B.* saluon *F* te advenisse huc *R. Muellerus l. s. s.* te gaudeo (a *ex* e *B*) huc aduenisse *BJFZ.* salvom gaudeo advenisse *Pylades* tibi *corr. ex* istuc *B* 129. Benine] *cf. Ritschelii Op. phil. vol. II p. 560.* bene ne *BJFZ* usquę *om. J* amorbo *et* abanimo *J* eger *BJ* 130. tu mandasti *Guyetus.* mandasti *BJFZ.* mandavisti *Bothius* 131. impetratum est *BJFZ* empta ancillast *Camerarius.* emptast ancilla *BZ.* emta est ancilla *JF.* emptast illa *R. Muellerus l. s. s. p. 21* adme *J* 132. missi-

STRATIPPOCLES
Pérdidisti omnem óperam.
EPIDICVS
Nam qui pérdidi?
STRATIPPOCLES
Quía meo neque cárast cordi néque placet.
EPIDICVS
Quid réttulit
Té tantopere míhi mandare et míttere ad me epístulas?
STRATIPPOCLES
Íllam amabam olim: núnciam alia cúra inpendet péctori.
EPIDICVS
Hércle qui miserúmst ingratum esse hómini id quod faciás bene.
Égo quod benefecí, malefeci quía amor mutavít locum.
STRATIPPOCLES
Désipiebam méntis quom illa scrípta mittebám tibi.
EPIDICVS
Mén piaculárem oportet fíeri ob stultitiám tuam,

---

138. *Nonius p. 499, 1:* Desipiebam mentis pro mente desipiebam. Plautus Epidico: 'desipiebam mentis, cum illa scripta mitterem' 139—140. *Gellius IV 6, 3:* Quod 'succidaneas' hostias senatus appellavit quaeri solet, quid verbum id significet. In Plauti quoque comoedia, quae Epidicus inscripta est, super eodem ipso verbo requiri audio in his versibus: 'Men ..... tuae stultitiae ..... succidaneum?'

---

culabus J^1 per didisti J nam quid F 133. cara est BJ retulit $BJFZ$ 134. te tantopere mihi *Mahlerus de pronom. person. apud Pl. collocatione p. 32.* mihi tantopere te $BJFZ$ emittere JF adme B eptas BJ *V. 135—137 a Plauto videntur esse alieni* 135. *Post* nunc// iam *2—3 litt. eras. B.* nunc iam J. nunc mi *Muellerus Nachtr. p. 38* impendet BJ, *sed* dete *corr. B* 136. Hercle qui *Gz: cf. Fleckeiseni misc. crit. p. 28.* hercle $BJFZ$ miserum est B. mirũ est JF. miserrumumst *Muellerus Plaut. Pros. p. 576* gratum F homini id quod *Scioppius.* hominem id quod $BJFZ$, *nisi quod* idquod J. homini id quod tu *Engerus de pros. Pl. p. 10.* si homini quid *Muellerus Plaut. Pros. p. 576* 137. bene feci JFZ. feci bene B male feci BF. malefici JZ
138. cum *J: idem B, sed* m *e corr.* illa scripta *Nonius. Scutarius.* illas scriptas $BJFZ$ mitterem *Nonius.* 139. piacularem *et in margine int.* ɫ peculiarē B stulticiam J

Út meum tergum tuaé stultitiae súbdas succidáneum?

CHAERIBVLVS

Quíd istic verba fácimus? huic homini ópust quadragintá minis
Céleriter calidís danistae quás resolvat ét cito.

EPIDICVS

Díc modo: unde auférre vis me? a quó tarpezitá peto?

STRATIPPOCLES

Únde lubet: nam ni ánte solem occásum elo * * * *
Meám domum ne inbítas. tute in prístinum * * * * *

EPIDICVS

Fácile tu istuc síne periclo et cúra, corde líbero
Fábulare: nóvi ego nostros: míhi dolet quom ego vápulo.

STRATIPPOCLES

Quíd tu? nunc patiérin ut ego me ínterimam?

EPIDICVS

Ne féceris:
Égo istuc accedám periclum pótius atque audáciam.

STRATIPPOCLES

Núnc places: nunc égo te laudo.

EPIDICVS

Pátiar ego istuc quá lubet.

---

140. tuae stultitiae *Gellius. Bothius.* stultitię tuae *B.* stulticię tuae *J.* *idem FZ* 141. *Hunc versum et sequentem Chaeribulo dant libri. Stratippocli Angelius* istaec *Acidalius* facimus verba *Bothius* opus est *libri* 142. callidis *F* resolvat *Pylades.* resoluas *libri* *V. 143—145 interpolatos esse suspicor* 143. dic *B, sed* c *ex* i *corr.* auferre *sed* r *post. ex* i *ut vid. B.* aufferre *Z* vis me *Guyetus. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 524.* me uis *libri* aquo *J* *De* quo a *cogitat Muellerus Plaut. Pros. p. 259* tarpezita *Ritschelius l. s. s.* trapezita *libri, nisi quod* trapezeta *J* 144. libet *B* nam, *sed* a *e corr. B* ni/// *(fort.* si *er.) B* solis *JFZ* ἕλω *Z* *Versus truncatos variis tentaverunt docti conaminibus, quae probabilitate prorsus carent* 145. tu te *FZ* inpristinum *BZ: cf. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 459.* inpistrinum *J.* in pistrinum *F* · 147. ioui ergo nr̃o s; *J.* ioui tergo nostro sed *FZ* cum *BJ* 148. quid tu? nunc *sic interpunxit Seyffertus Stud. Plaut. p. 18.* quid tu nunc? *vulgo et B* nefeceris *J* 149. periculum *JFZ* audatiam *B.* audaciter *Guyetus. suspicor scriptum fuisse* aliqua audacia*: cf. v. 152* aliqua ope 150. *Ab hoc inde versu accedit A* PLACEṢ *et* PAṬIARISTUT *A* qua lubet *Guyetus.* quod lubet *BJFZ: idem A nisi quod* LIBET. dis quicquid lubet *ab A profectus Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 389*

STRATIPPOCLES

Quíd illa fiet fídicina igitur?

EPIDICVS

Áliqua res reperíbitur:
Áliqua ope exsolvam, éxtricabor áliqua.

STRATIPPOCLES

Plenus cónsili's:
Nóvi ego te.

EPIDICVS

Est Eubóicus miles lócuples, multo auró potens,
Quí ubi tibi istam emptam ésse scibit átque hanc adductam álteram,
Cóntinuo te orábit ultro ut íllam tramittás sibi.
Séd ubi illast quam tu ádduxisti técum?

STRATIPPOCLES

Iam faxo híc erit.

CHAERIBVLVS

Quíd hic nunc agimus?

STRATIPPOCLES

Eámus intro huc ád te, ut hunc hodié diem

---

151. *Nonius p. 508, 10:* Repperibitur pro repperietur ..... Plautus in Epidico: 'quid illa ..... repperibitur' 152. *Nonius p. 8, 10:* Tricae sunt impedimenta et implicationes ..... Plautus ..... Idem Epidico: 'aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua'

---

151. QUIDILLA *A: idem cum Nonio Acidalius.* quid de illa *BFZ.* quid deilla *J* FIETFIDICINAIGITUR *A* ALIQUARES *A: idem Nonius.* aliqua re *BJF.* aliqua *Z* REPPIRIBITUR *vel, quod minus veri simile,* REPPE- *A.* reperebitur *J* 152. exoluam *J.* EXSOLUAR *A* ALIQUA *A* plenus consili es *Pylades.* plenus consilii es *BJFZ, nisi quod* consiliis *F.* PLENUSCONSILIIS *A* 153. est *om. JZ: corr. Lambinus* EUBOICUS *et* MULTOAUROPOTENS *A* *Versus 153—155 ad alteram pertinere recensionem dixi Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 287, quibus nunc versum 156 addere non dubito* 154. QUIUBIISTAMEMPTAMESSESCIBITATQ·KANC *A* ubi *et* etiam *om. Z* *Ante* emptam *3—4 litt. eras. B* hanc, *sed* h *ex corr. B* 155. CONTINUO *(vel* CONTENUO*) A* ORABIT *A* ILLAM *A* TRAMITTAS *A. idem* B^2. trans mittas, *sed* ns *eras. B.* trans mittas *J.* transmittas *FZ* 156. illa est *libri cum A* ADDUXISTI *A.* ad duxisti *J* TECUM *A* *Verba* iam — erit *Chaeribulo tribuunt una cum sequentibus JF* 157. CHER Quid hic nunc B^2 *et ex parte in ras.* AGIMUSEAMUSINTROKUCADTEUTKUNCKODIEDIE *A personar. spatio ante* EAMUS

Lúculentum habeámus.

EPIDICVS

Ite intro: égo de re argentária
Iám senatum cónvocabo in córde consiliárium,
Quoí potissumum índicatur béllum, unde argentum aúferam.
Épidice, vide quíd agas! ita res súbito haec obiectást tibi.
Nón enim nunc tibi dórmitandi néque cunctandi cópiast.
Ádeundumst! senem óppugnare cértumst consiliúm mihi.
Íbo atque adulescénti dicam, nóstro erili fílio,
Ne hínc foras exámbulet neve óbviam veniát seni.

---

omisso huc *om. Z* adte *B* uthunc *J* 157. luculente/// *B.* luculente *JFZ* ARGENTARIA *A* 159. incorde *BJ* 160. cui *BJFZ.* QUI *A* POTISSIMUM *A: idem BJ* ARGENTUM *A* *Post* auferam *4 litt. spat. B* 161. SUBITO *A cum ceteris.* subita *Dousa* hec *J* OBIECTAST *A.* obiecta est *BJ* 162. DORMITANDI *A.* dormitandum *ceteri* CUNCTANDICOP—— *A, ubi utrum exitus fuerit* IAST *an* IAEST *incertum* cunctandi *(*di *e corr.)* copia est *B, cum 4 litt. ras. ante* copia. *idem JFZ sine ras.: post* est *addunt* tibi *errore ex versu priore repetitum BJFZ: delevit Camerarius. Post hunc versum lacunam maiorem sibi indagasse visus est R. Muellerus l. s. s. p. 15, parum ni fallor respiciens artem histrioniam* 163. Adeundum est *Z.* ADEUNDUM *A: idem J.* igitur adeundum *F.* at eundem, *sed* u *ex* n *ut vid. m. 1 et* n *supra vers. m. 2 ut vid. B.* at tandem *Acidalius* OPPUGNARE *vel* —RI *A* CERTUMEST *A: idem BJ* *Post* CONSILIUM *apparuit* MI *in A, in B 4 litt. spat. relictum est: ceterum* mihi *iam scripsit Camerarius* 164. Ibo atque *R. Muellerus l. s. s.* IBOINTROATQ· *A.* i i abi intro atque *BJ.* i abi intro atque *F.* abi intro atque *Z.* ibo intro *deleto* atque *Weisius* adolescenti *BJ* DICAM *A: idem JF. Camerarius.* diciam *BZ* ERILI *A.* herili *BJ*

165. *Ambrosiani scripturam expressi. in B haec sunt:* nec hic foras ambulet neue *(*ue *s. v.)* usquam obuiam ueniat seni, *quocum sic discrepant ceteri:* ne *JFZ* seni obuiam ueniat *Z* *Veteris codicis scripturam praeferunt* forăs *mensi hiatuque admisso Spengelius T. Macc. Pl. p. 184 et Studemundus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 60 idemque Hermae vol. I (a. 1866) p. 296. Loewio Palatinorum recensio ad* ne hinc foras usquam ambulet neve obviam veniat seni *redire videtur.*

ACTVS II

APOECIDES. PERIPHANES

APOECIDES

Plérique homines, quos quom nil refért pudet, quom usúst ut pudeant,
Íbi eos deserít pudor.
Ís adeo tú's. quid est quód pudendúm siet,
Génere natám bono paúperem té domum
Dúcere uxórem, praesértim eam qua éx tibi
Cónmemores hanc quaé domist
Fíliam prognátam?

Act. II Sc. 1 APOEODES PERIPKANES *A.* APOECIDES PERIPHANES SENES DV *B.* *idem J, nisi quod* DVO *Tractaverunt totam scaenam Hermannus Elem. p. 815 sq., Crainius Annal. gymn. Berol. vol. XX (a. 1866) p. 483, Spengelius T. Maccius Pl. p. 169 sq.: priorem partem Christius 'Bemerkungen zu den Pl. Cant.' p. 56 et Seyffertus de vers. bacch. p. 41. versus 166—173 cur sic disposuerim dixi Anal. Pl. p. 97. In Ambrosiano haec sunt:*

PLERIQ·KOMINESQUOSCUMNIKILREFERTPUDET
UBIPUDENDUMESTIBIEOSDESERITPUDOR
QUOMUSUSTUTPUDEAṬ
IṢẠDEOTUESQUIDESTQUODPUDENDUMSIET
GẸNERENATAMBONOPAREMDOMUM PAUPEREM
DUCERẸṬEUX̣ỌREM
PRAESERTIMEAMQUAEXTỊBICOMMEMORẸSKANCQỤAEDOMOST
FILIAMPROGNATAM

Contra in BJ:

Plerique homines quos cum nihil refert pudet ubi pudendum est
Ibi eos deserit pudor cum usus est ut pudeat. Is *(is J)* adeo tues qui
Des quod pudendum siet Genere *(genere J)* natam bono paụperem domum
Ducere uxorem presertim eam qua ex tibi commemores
Hanc quae *(quẹ J)* domi est familiam *(in ras. B)* prognatam.
a quibus non differunt FZ, nisi quod v. 166 quos *omittit Z* *Versum*

PERIPHANES

Révereor fílium.

APOECIDES

At pól ego te crédidi
Quám tu uxorem éxtulistí pudore éxsequi.
Quoíus quotiéns sepulcrúm vides sácruficas
Ílico orco hóstiis néque adeo iniúria,
Quía licitumst eám tibi víncere vivéndo.

PERIPHANES

O!
Hércules égo fui, dum ílla mecúm fuit:
Neque séxta aerumna acérbior Herculí quam mi illa obiéctast.

---

177. *Servius ad Aen. XI 160:* Veteres ..... vivendo vincere dicebant supervivere. ..... Plautus in Epidico: 'Quia tibi licuit eum vivendo vincere'

---

166 esse trochaicum iam Hermannus l. s. s. dixit, qui ita scribit:
Plérique omnes hómines. quos quom níl refert, pudet, ubi pudendum est *e. q. s.*
Erant qui a duobus senariis iambicis canticum incipere statuerent, velut Geppertus in editione et Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119, quod veri est dissimillimum *Ad v. 171 sq. cf. Muellerus Plaut. Pros. p. 306* *Ceterum ut suum cuique tribuatur commemoro v. 1* pudeant *scripsisse Palmerium et Lachmannum ad Propert. p. 155, v. 169* quid est *iam correxisse Lambinum, v. 169* te *hoc loco addidisse Hermannum l. s. s., v. 172* filiam *iam exstare in Aldina* *V. 173—180 ita dispositos exhibet A. in ceteris libris initia haec sunt:* at pol. cuius. neque adeo. oh Hercules. acerbior. edepol 173. RẸUEREOR *A.* reuereor *B, sed* reor *in 9 litt. ras. B*[2] AṬ *A* 174. quam tu uxorem *Hermannus l. s. s.* uxorem quam tu *libri cum A, ubi* UXỌREM*: quod haud scio an defendi possit, ut defendit Spengelius l. s. s.* expulisti *F* P̣UDORE *A.* pudorem *Langrehrius Miscell. phil. p. 19* EXSEQUỊ *A.* ex//sequi *(s e corr. m. 2, quae signo addito* ex *cum* sequi *coniunxit) B.* exequi *J* 175. C̣UỊUS *A cum ceteris* QUOTỊẸNS *A.* quociens *B* sepulchrum *BJ* SACRIFICAS *A* 176. KORCO *A, J* OSTỊỊS *A.* hostias *Z* 177. Q̣ỤIALỊCITUMEST *A, idem FZ: nec differt J, nisi quod* est *man. rec. sup. vers. addidit.* quia licuit *Servius* ẸAMṬIBI *A* vincere vivendo *Gz. inverso ordine libri cum A, ubi* UIỤẸNDO*: duritiae metri qui transponendo mederi conabantur secretis* vincere *et* vivendo *concinnitatem sustulerunt. de versu catalectico cf. Rud. v. 273 et Spengelius de cret. p. 19* o *Z.* OK *A, item BJ* 178. ḲẸRCULẸS *A* ỊLLA *A* FUỊT *A* 179. AERUMNẠ *A.* ęrumna *B.* erumna *J* acerbor *J* KẸRCULI *A.* hericuli *J* mi illa *Bothius.* illa mihi *(*mi *B) BJFZ.* ILLAMIKI *A* OBIẸCTASṬ *A.* obiecta est *J* *Ceterum de integritate horum verborum dubito*

APOECIDES

Pulcra édepol dós pecúniast.

PERIPHANES

Quae quídem pol non marítast.

EPIDICVS. PERIPHANES. APOECIDES

EPIDICVS

St!
Tacéte! habete animúm bonum!
Liquido éxeo auspició foras,
Aví sinistra.
Acútum cultrum habeó senis qui exénterem marsúppium.
Sed eccum ípsum ante aedis cónspicor erúm meum atque Apoécidem.
* * * * * * * * * * * qualís volo vetulós duo.

180. *Porphyrio ad carm. saec. v. 20:* Maritam autem legem pro maritali Plautina videtur auctoritate dixisse. similiter enim et ille locutus est, ubi ait senex: 'Pulchra .... est' et alter respondet: 'quae quidem non marita est' pro eo quod est: quae non maritalis est

180. pulchra *J cum A* pecunia est *J* *Personae spat. om. A* quę *BJ* QUIDEM *A* pol *om. Porphyrio* MARITAST *A, G. Valla cum Porphyr.* maritata st *B.* maritata est *J.* *idem FZ*

Act. II Sc. 2 EPIDICUS PERIPKANES APOETIDES *A.* EPIDICVS SERVVS APOECIDES PERIPHANES SENES DVO C *B.* *idem J omisso* C 182—185. *De mensura cf. Muellerus Plaut. Pros. p. 615 et Studemundus Studiorum vol. I p. 44* 181. 182. STTACETE *A.* St ateitacete *B, sed* i *dubia et* eita *B*[2] *ut videtur.* atat tacete *J ut videtur.* atat tacete *FZ* 183. ex eo *B* auspicio foras *Studemundus l. s. s. idem Reizius apud Hermannum.* foras auspicio *libri cum A nisi quod* auspicō *Z* 184. AUI *vel* AUT SINISTRA *A iungens cum v. 183.* et ī sinistra *F* *Cetera in A usque ad versum 214 desiderantur* 185. senis *om. JF* quę *J* exenterem *B.* † extenterem *B*[2] *in margine* marsupium *J* 186. aedes *J* erum meum atque *Gz. om. libri.* et *addebat Acidalius* apeciden *B.* apoecidę *B*[2]*J.* *idem FZ* *Deesse aliquid hoc loco sensit iam Muellerus Plaut. Pros. p. 295* 187. *Priorem partem versus intercidisse B docet, ubi ante* qualis *spatium est fere 27 litterarum: sine lacunae indicio JFZ. vario modo explebant docti: velut sic Palmerius* Uno bolo duos senes! *ellipsi admissa*

Iam ego mé convortam in hirúdinem atque eorum éxsugebo sánguinem
Senáti qui columén cluent.

* *

APOECIDES

* *

Cóntinuo ut marítus fiat.

PERIPHANES

Laúdo consiliúm tuom.
Nam égo illum audivi in amórem haerere apúd nescio quam fídicinam:
Íd ego excrucior.

EPIDICVS

Dí me hercle omnes ádiuvant, augént, amant.
Ipsi hí quidem mihi dánt viam quo pácto ab se argentum aúferam.
Age núnciam orna te, Épidice, et pallíolum in collum cónice

188. *Nonius p. 479, 20:* Exugebo. Plautus in Epidico: 'iam ego me vortam in erundinem atque eorum exugebo sanguinem'. *Idem p. 102, 30:* exorbebo pro exorbeam. Plautus Epidico: 'iam ..... in irundines atque horum exòrbebo sanguinem'. *Cf. Nov. ann. vol. 69 (a. 1854) p. 35* 189. *Nonius p. 484, 14:* Senati vel senatuis pro senatus. Plautus Epidico: 'senati ..... cluent'
194. *Gellius N. A. IV 17, 4:* Item apud Plautum in Epidico 'con' syllabam productam pronuntiant: 'Age ..... et pallium ..... conice'

188. uortam *Nonius altero loco* inhirudinem *B.* inhirundinem *J.* in hirundinem *F.* in hiridinem *Z.* in irundines *vel* erundinem *Nonius* exugelo *J.* exugebo *Nonius, qui alt. l.* exorbebo 189. columen, *sed* n *ex* m *ras. B* cluent *B, punctis m. 2 add.* duent *F* *Post hunc versum maiorem indagavit lacunam R. Muellerus l. s. s. p. 16, quam ex Ambrosiani titulo scaenae praefixo firmavit Studemundus de Vidul. Pl. p. 20: praeterea cf. Anal. Pl. p. 111* 190. *Ante* continuo *personae spatium praemittit B, om. J* moritus *J* Per. Laudo *Z. Apoecidae personam praem. B*², *om. J. omnia usque ad v. 196 Epidico tribuit F* cosilium *F* tuum *BJ* 191. Ap. Nam *Guyetus* inmorem *B:* a *sup. vers. add. B*². in morem *J.* iuniorem *FZ.* in amore *Camerarius* herere *BJ* aput *J* 192. excruor *B* dii *JF* me hercle omnis *Langenus Mus. rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 430.* hercle omnis me *libri nisi quod* os̃ *J,* omnes *FZ* augent et *F* 193. ipsi *corr. ex* ipse *ut vid. B* hii quidem *J.* quidem hi *Z* abse *BJ* 194. nunc iam *J* ornate *F* epydice *B* pallium *F cum Gellio* incollum *BJ* conice *B, Gellius.* coniice *FZ.* cõce *J*

Itaque ádsimulato, quási per urbem tótam hominem quaesíveris.
Áge si quid agis! di ínmortales! útinam conveniám domi
Périphanem, quem omném per urbem súm defessus quaérere:
Pér medicinas, pér tonstrinas, ín gymnasio atque ín foro,
Pér myropolia ét lanienas círcumque argentárias:
Rógitando sum raúcus factus, paéne in cursu cóncidi.

PERIPHANES

Épidice!

EPIDICVS

Epidicúm quis est qui révocat?

PERIPHANES

Ego sum Périphanes.

APOECIDES

Ét ego Apoecidés sum.

EPIDICVS

Et quidem ego sum Épidicus: sed, ere, óptuma
Vós video opportúnitate ambo ádvenire.

PERIPHANES

Quíd reist?

EPIDICVS

Mánedum! sine respírem, quaeso.

PERIPHANES

Immo ácquiesce.

---

195. atque *FZ* assimulato *J* perurbem *BJ* quęsiueris *B.* quesiueris *J.* quęsieris *Z* 196. siquid *B* dii *J* immortales *libri* ũt *Z.* ut *F* coueniam *B* 197. periphanem, *sed* m *e corr. B* quem omnem per urbem *Bothius.* per omnem urbem quem *libri, nisi quod* peromnem *J* quęrere *BJ* 198. per *posterius om. JFZ* ingynasio *J* inforo *BJ* 199. miropolia *J.* mytropolia *Z* 200. pene *B.* penę *J* incursu *B.* in *sup. vers.* J^2 201. *Apoec. personam praem. libri: corr. Acidalius* Epidic//um *B eras.* t uocat *F* PERPH *notae hic et v. 203—205 rubricator inseruit* I *in B* pheriphanes *B, sed* pher *in ras.* B^2 202. Apocides *Z* et quidem ego sum *Muellerus Nachtr. p. 105.* et ego quidem sum *libri.* et quid ego *Geppertus* here *J* 203. opportunitate ambo advenire *Bothius.* ambo aduenire opportunitate *libri nisi quod* amabo *JFZ, quod correxit Saracenus, et* oportunitate *J* rei est *BJ* 204. Manedum *Brixius Emend. Plaut. ed. a. 1847 p. 15.* mane *libri.* mane sine ut *Reizius apud Hermannum. maiores turbas odoratus est Muellerus Plaut. Pros. p. 267* queso *J* immo *B, sed* m *post. e corr.* imitio *J* adquiesce *BJ*

EPIDICVS

Animó malest.

APOECIDES

Récipe anhelitúm.

PERIPHANES

Clementer réquiesce.

EPIDICVS

Animum advórtite:

Á legione omnés remissi súnt domum Thebís.

APOECIDES

Quis hoc

Dícit factum?

EPIDICVS

Ego íta factum esse díco.

PERIPHANES

Scin tu istúc?

EPIDICVS

Scio.

PERIPHANES

Quí tu scis?

EPIDICVS

Quia ego íre vidi mílites plenís viis.

Ante animo *2—3 litt. eras. B* non *pro* animo *F* male est *BJ* 205. Per. Recipe anhelitum *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 765.* recipiam anhelitum *libri, Epidico continuantes. cf. Muellerus Plaut. Pros. p. 267* *Verba* clementer (elementer *Z*) requiesce *vulgo dant Apoecidi cum Z contra BJF* 206. alegione *BJ.* ab legione *F*
Exitus huius versus et insequentis initium talis est in B:

Quis hoc
APOECIDES Scit factum

(14 litt. spat.)
EPID . . . . ego ita factum esse dico *e. q. s.*

Verba Quis hoc, *quae in ceteris libris desunt, add. Camerarius qui primus in editione ita scripsit* 207. dicit factum *Wagnerus Nov. ann. vol. 89 (a. 1869) p. 361: idem Reizius apud Hermannum.* scit factum *B.* sic factum *JZ.* sic factum est *F.* Quis hoc ‖ Scit factum? Ep. Ego sic esse factum dico *Guyetus.* Quis hoc ‖ Scit factum? Ego ita factum esse dico *Brixius Emend. Plaut. ed. Brieg. a. 1847 p. 18. cf. praeterea Lindemannus Nov. ann. vol. 19 (a. 1837) p. 162. Lacunam, quam Camerarius explevit, B testatur, licet sit in falso loco transposita errore, ut puto: cuius lacunae nullum est in ceteris indicium: cf. v. 187*
208. *Post* qui *1 litt. eras. B.* quin *J* *Ante* ire *3—4 litt. eras., fort.* red, *B* uidi ire *F*

Árma referunt ét iumenta dúcunt.

PERIPHANES

Nimis factúm bene!

EPIDICVS

Túm captivorúm quid ducunt sécum: pueros, vírgines
Bínos, ternos, álius quinque. fít concursus pér vias.
Fílios suos quísque visunt.

PERIPHANES

Hércle rem gestám bene!

EPIDICVS

Túm meretricum númerus tantus, quántum in urbe omní fuit,
Óbviam ornatae óccurrebant suís quaeque ibi amatóribus:
Eós captabant. íd adeo qui máxume animum advórterim,
Pléraeque eae sub véstimentis sécum habebant rétia.
Quom ád portum venio átque ego illam illi vídeo praestolárier,
Ét cum ea tibícinae ibant quáttuor.

PERIPHANES

Quicum, Épidice?

EPIDICVS

Cúm illa quam tuos gnátus annos múltos deamat, déperit,
Úbi fidemque rémque seque téque properat pérdere.

---

210. *Verba* Tum .... secum *Periphani dant FZ: idem Camerarius. quamvis iam correxisset Pylades* ducunt *J, sed* u *ex* i *corr.* 211. quinque *Palatinus VI Parei. Camerarius.* quisque *BJFZ* peruias *B* 212. *Ante* suos *una litt. eras. B* quinque uisunt *F.* quisque` uisit *Z* 213. quantus *FZ* inurbe *J* 214. *Ab hoc inde versu succurrit A* ornatę *B.* ornate *J* occurrebat *B, sed* n *add. sup. vers.* B^2 quaeque ibi *Muellerus Nachtr. p. 125.* quaeque *libri.* quaeque suis amoribus *Guyetus* AMATORIBUS *A* 215. IDADEO *A.* idadeo *J* qui *B, sed* quā B^2 MAXIME *A. idem BJ* ANIMADUORTERINT *A* 216. plerę que B^2. plere que *B.* plerique *J* haeę *J.* hae *FZ* sub, *sed* s *e corr. et* a *ut vid. ante* sub *eras. B* subuestimentis *J* recia *J* 217. CUM *A. idem J* adportum *B.* ADPORTAM *A.* adportam *J.* ad portam *FZ: cf. v. 14 De verborum structura, quam perperam removit Geppertus, vide Lorentium ad Mostell. v. 1036: cf. Gellius X 29, 4* ILLAM *A* ILLI *A.* illi^c *B, sed* c *add.* B^2 218. ET *A* tibicinę *BJ, sed* ę *ex* es *corr. B* QUATTUOR *A.* quatuor *B.* quattor *J* 219. quom *B* tuus *libri* cum *A* deamabat *B:* ab *expunxit* B^2 *ut videtur* 220. FIDEMQUAEREMQUAE *A*

Éa praestolabátur illum apud pórtum.

PERIPHANES

Viden venéficam!

EPIDICVS

Séd vestita, auráta, ornata ut lépide! ut concinne! út nove!

PERIPHANES

Quíd erat induta? án regillam indúculam an mendículam?

EPIDICVS

Ínpluviatam, ut ístae faciunt véstimentis nómina.

PERIPHANES

Útin inpluvium indúta fuerit?

APOECIDES

Quíd istuc tam mirábilest?
Quási non fundis éxornatae múltae incedant pér vias!
Át tributus quom ínperatus ést, negant pendí potis.
Íllis quibus tribútus maior pénditur pendí potest.

---

222. *Placidus p. 20, 1:* concinne : composite 223. *Nonius p. 539, 10:* regilla vestis, diminutive a regia dicta est, ut et vasilica: 'an regillam tuniculam indulam an mendiculam' 224. *Nonius p. 548, 17:* inpluviatus color quasi fumato stillicidio implutus, qui est Mutinensis quem nunc dicimus. Plautus in Epidico: 'inpluviata ..... nomina'

---

221. aput *J* portum *Acidalius.* portam *libri, nisi quod* p *ex* f *B* BENEFICĀ *A.* ueneficiam *J* 222. SEDUESTITA *A* · ORNATA *A. idem Camerarius.* ornamenta *BJFZ* 223. ERAT *A* *Post* induta *personae spatium est in A* ANREGILLAM *(vel* ANRIGILLAM*) A.* anregillam *B* tuniculam indulam *Nonius intruso glossemate.* indutulam *F* ANMENDICULĀ *A.* anmendiculam *J* 224. INPLUUIATA *A: idem Nonius.* impluuiatam *BJFZ, nisi quod* inpl. *B* ISTAE *A, Nonius.* istaec *BJFZ* FACIUNT *A, Nonius.* facimus *B* (mus *m. 2 in ras.) JFZ. corr. Pylades* 225. *Periphanis notam om. BJ* Utin impluvium *Acidalius.* ut ininpluuium *B.* UTINPLUUIUM *A.* ut impluuium *JFZ* FUERIT *A, Jacobus.* erit *B.* erat *JFZ, unde* eat *Acidalius* *Verba* Quid — mirabilest *e. q. s. Apoecidi tribui: Periphani dant libri, Epidico Bothius* tam *om. BJFZ* mirabile est *libri cum A* 226. QUASI *A* EUNDIS *A* exornatę *BJ* multę *B* PERUIAS *A.* peruias *BJ* 227. cum *libri cum A, nisi quod* qum *B* imperatus *libri* NEGANT *A* POTIS *A.* potesse *BJFZ.* pote *Kampmannus de re mil. p. 20* 228. TRIBUTIS *A*

EPIDICVS

Quíd istae quae vesteí quotannis nómina inveniúnt nova!
Túnicam rallam, túnicam spissam, línteolum caesícium,
Índusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam,
Súpparum aut submíniam, ricam, básilicum aut exóticum:

---

230. *Nonius p. 539, 15:* Ralla vestis dicta a raritate. Plautus in Epidico: 'tunicam rallam ..... spissam' *Isid. Orig. XIX 22, 23:* Ralla quae vulgo rasilis dicitur *Ex Isidoro fluxisse Loewii glossam Prodr. p. 263 ipse intellexit ibid. p. XIII: v. praeterea Martial. II 85, 4:* rasam tu mihi mitte togam *Nonius p. 539, 28:* Caesicium linteolum dicitur purum et candidum ...... Plautus in Epidico: 'linteolum caesicium' *Num huc spectet Placidi glossa p. 25, 7 quaeritur, quam sic edidit Deuerlingius:* caesitium : cretatum 231. *Varro de l. l. V § 131:* alterum quod intus, a quo intusium, id quod Plautus dicit: 'Intusiatam ..... ac crocotulam' *Nonius p. 539, 32:* Indusium est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhaeret quasi intusium. Plautus in Epidico: 'indusiata, patagiata, catulam aut proputulam' *Idem p. 540, 4:* patagium, aureus clavus ..... Plautus Epidico: 'indusiata, patagiata' *Idem p. 548, 24:* caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco. Plautus in Epidico: 'illusiatam ..... crocotulam' 232. *Nonius p. 540, 8:* supparum est linteum femorale ..... Plautus in Epidico: 'supparum aut subnimium est ritam vasilicam aut exoticum *Idem p. 539, 17:* rica est quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico: 'rica ..... exoticum' *Idem p. 540, 17:* exoticum dicitur peregrinum. Plautus in Epidico: 'basilicum aut exoticum'

V. 229—235 interpolatos esse censet Wagnerus de Aul. p. 32, quamvis iam a Nonio atque (quod monuit R. Muellerus de Pl. Epid. p. 10) a Varrone commemoratos, probante Brixio Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57, negante Spengelio Eos a. 1865 p. 112, contra quem idem Wagnerus dixit in adn. ad Aul. v. 471 sq. ad duplicem hos versus potius spectare recensionem recte mihi videtur iudicasse Reinhardtus Nov. ann. vol. 111 (a. 1875) p. 199 229. *Periphani continuant libri* istę B^2. iste *B* quę *J* uesti *BJFZ* QUODANNIS *A.* quot annis *BJ* NOUAA *A* inueniunt nomina *om.* noua *J* 230. raliam *BJF, sed* li *ex* bi *corr. B. cf. Loewii Prodr. p. 263* LINTEOLUM *(vel* LINTIOLUM*) A* caesitium *B.* cesitium *J* 231. intusiatam *Varro.* inclusiatam *F.* indusiata *Nonius, sed* illusiatam *p. 548, 24* CALTULAM *A.* catulam *JF* CROCOTULAM *cum Nonio et Varrone A: idem Saracenus.* croculam *FZ.* crutulam *BJ* 232. SUPPARUM *A.* sub parum *B* sub miniam *BJ.* subminiam *FZ.* SUBNIMNIAM *A.* subnimium est *Nonius* basiliscum *J.* uasilicam *Nonius p. 540, 10* EXOTICU *A.* exoticum *B, sed* c *sup. vers.* B^2

[Cumatile aut plumatile, carinum aut gerrinum, gerrae maxumae]

Cáni quoque etiam adémptumst nomen.

PERIPHANES

Quí?

EPIDICVS

Vocant Lacónicum.

Haéc vocabula aúctiones súbigunt ut faciánt viros.

PERIPHANES

Quín tu ut occepísti loquere?

EPIDICVS

Occépere aliae múlieres

Duaé sic post me fábulari intér se: ego abscessí sciens

Paúlum ab illis: díssimulabam earum óperam sermoní dare:

---

233. *Nonius p. 548, 8:* cumatilis aut marinus est aut caeruleus a Graeco tractum quasi fluctuum similis ..... Plautus in Epidico: 'cumatile aut plumatile' *Idem p. 540, 19:* plumatile aut clavatum aut ex plumis factum. Plautus in Epidico: 'cumatile aut plumatile' *Idem p. 548, 32:* caerinum a caerae colore. Plautus in Epidico: 'plumatile aut cumatile cerinum aut gelinum'

---

233. *Versum ἄμετρον merum additamentum esse iudico licet retustissimum, quod frustra in metrum cogere tentavit Goellerus ad Aul. p. 95. Ceterum hunc et sequentem versum iam Guyetus obelo notaverat* cunatile *Z* CARINUM *(vel* CARENUM*) A.* garinum *BJ.* cerinum *FZ.* caerinum *et* gelinum *Nonius* aut *om. F* gerinium *Z* GERRE *A.* gerrę *BJ.* gerre *F.* gerere *Z* maximę *B.* MAXUME *A* 234. caniquoque *J* et iam *B* ademtū st *B.* ADEPTUST *A.* adeptum est *J* *Ante* nomen *2—3 litt., fort.* est *vel* st, *eras. B* Ep. Qui? Per. Vocant *BJFZ.* QUI‡IUBEANT *A, sed* ‡I *satis incerto* iaconum *J, unde* laconum *FZ* *A Gepperti lectione Ambrosiani profectus talem versum proposuit Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120:*

Cánis quoque etiam adéptust nomen quém vocant Lacónicum.

Contra quem dixi Anal. Plaut. p. 100. mira de hoc versu excogitavit Ladewigius Diurn. antiqu. stud. a. 1841 p. 1085, rectissime improbatus a Wagnero de Aul. p. 34 235. auetiones *B* SUBIGUNT *(vel* SUBEGUNT*) A.* subiungunt *F* FACIANT *A.* faciam *F* uiri *BJFZ* 236. *Apoecidis personam* (APOCI) *praem. B. personae notam om. F* occepere B^2 *ex* occipere alię *J* 237. QUAESICPOSTME *A.* duae post me sic *BJFZ, nisi quod* duę *J* inter se *Bothius, Ritschelius Prolegom. p. 130.* INTERSESE *A.* inter sese *BJFZ* abcessi *B* SCIENS *A.* solens *BFZ.* soleas *J.* volens *Ritschelius l. s. s.* silens *Lambinus* 238. ABILLIS *A.* abillis *BJ* EARUM *A: cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766: Seyffertus Stud. Plaut. p. 17.* me harum *BJFZ.* sermoni operam dare *BJFZ*

Néc satis exaudíbam nec sermónis fallebár tamen,
Quaé loquerentur.

PERIPHANES

Íd lubidost scíre.

EPIDICVS

Ibi illarum áltera
Díxit illi quícum ipsa ibat

PERIPHANES

Quíd?

EPIDICVS

Tace ergo ut aúdias.
Póstquam illam sunt cónspicatae, quám tuos gnatus déperit:
'Quám facile et quam fórtunate evénit illi, te óbsecro,
Múlieri quam líberare vólt amator.' "quísnam is est?"
Ínquit altera ílli: ibi illa nóminat Stratíppoclem,
Périphanai fílium.

PERIPHANES

Perii hércle. quid ego ex te aúdio?

EPIDICVS

Hóc quod actumst. égomet postquam id íllas audiví loqui,

---

239. exaudibam *B, Bothius.* exaudiebam *ceteri cum A* SERMONIS *(vel* SERMONES*) A* 240. QUAE *A.* quem *ex* quem *J.* quem *F* LUBIDOST *A.* lubido est *BJ* SCIRE *(vel* SCIRI*) A* IBI *A* 241. DIXIT *A* QUICUM *A.* qui cum *BJ* ibat, *sed* a *ex* i *corr. B* ergout *B* 242. ILLÂM *A* conspicatę *BJ* tuus *libri cum A* *Ceterum delet hunc versum Guyetus: cf. v. 243* *V. 243—249 tractavit Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 250* 243. furtunate *J.* *cf. Loewii Prodr. p. 360* illi te obsecro *Ritschelius l. s. s.* illi obsecro *libri.* illic obsecro *Muellerus Plaut. Pros. p. 577.* illi evenit *Pylades, Ritschelius Prolegom. p. 87.* inquit *addit post* facile *R. Muellerus l. s. s. p. 22: mavult tamen v. 242 ante v. 241 ponere.* ait *post* illi *addit Geppertus* 244. liberare quam uult *et in marg.* ꝯ *B, sed* liberare *add. B*[2]. *idem Pylades.* liberę quam uolt *JFZ, nisi quod* uol *J.* *falsa profert Spengelius T. Macc. Pl. p. 100* UULT *A* QUISNAM *A.* quis nam *BJ* ISEST *A* 245. INQUID *et* ILLI *A* illi *om. F* ibi illa *Ritschelius l. s. s. ex A, ubi tamen Loewius legit* IBIILLI. illa *om. BJFZ* NOMINAT *A* STRATKIPPOCLEM *A.* stratippoden *B.* stratiphoclen *J.* stratiphoclem *FZ* 246. Periphanai *Ritschelius l. s. s.* PERIFANI *A.* periphanę *B*[2] (periphane *B*) *JFZ* PERIKERCLE *A.* hercle perii *Ritschelius l. s. s.* *cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 24* exte *J.* *om. F* 247. quod, *sed* d *inseruit B*[2] ACTUMEST *A.* *Brixius Emend. Plaut. ed. a. 1854 p. 11.* actum *BJFZ* ego met *J* POSTQUAMID *A.* POSTQUAMDE *ex A profert Geppertus, unde* postquam ita *Muellerus Plaut. Pros. p. 597.* post ibi *BJFZ.* postibi *B*[2]. postubi *Aldina*

Coépi rursum vórsum ad illas paúsillatim accédere,
Quási retruderét med hominum vís invitum.

PERIPHANES

Intéllego.

EPIDICVS

Íbi illa interrogávit illam: 'quí scis? qui id dixít tibi?'
"Quía hodie adlataé tabellae súnt ad eam a Stratíppocle:
Éum argentum sumpsísse apud Thebas áb danista fénore:
Íd paratum esse ét se ob eam rem id férre."

PERIPHANES

Certo ego óccidi.

EPIDICVS

Haéc sic aibat: síc audivisse éx eapse atque epístula.

PERIPHANES

Quíd ego faciam núnc? consilium a te éxpetesso, Apoécides.

---

248. pausillatim *gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. phil. vol. II p. 250*

---

248. cepi *J* UERSUM *A* adillas *J* pauxillatim *BJFZ*
249. med hominum *Ritschelius l. s. s.* hominum me *libri cum A, nisi quod* hominem *JFZ* quasi hominum retruderet me *Muellerus Plaut. Pros. p. 66* intelligo *J* 250. Per. Qui scis *F* QUIID *A. idem Z.* quis id *BF.* quis is *J.* quis *Jacobus* DIXIT *A* 251. Ep. *praem. F* quia *Bothius.* quin *libri cum A* adlatae tabellae sunt ad eam *Guyetus.* ADLATAETABELLAEADEAM *A.* allatę sunt tabellę (tabelle *B*) ad eam (adeam *J*) B^2JFZ ASTRATKIPPOCLE *A.* a stratippocle *B, sed* c *ex* l *ut vid. corr.* astratiphocle *J* 252. *Ab hoc inde versu deficit A* sūp sisse *ex* sum sisse *B* sumpsisse argentum eum *Hermannus Nov. ann. vol. 35 (a. 1842) p. 193.* eum sumpsisse argentum *Pylades.* argentum eum sumpsisse *Bothius* aput *J* abdanista *BJ* foenore *BJ* 253. idparatum *J* esse et se *Gz.* et sese *libri.* esse et *Geppertus* rem *om. F* certo ego occidi *Kampmannus de ab praep. p. 29. Brixius Emend. Plaut. ed. Brieg. a. 1847 p. 15.* cedo ego occidi *B, sed sup.* cedo *scriptum est* ·i· dic. cede ego occidi *JF.* cede *om. Z. possit etiam* hercle (= ecle, ede) *in* cede *latere.* credo ego occidi *Acidalius, unde* credo. Per. Ego occidi *Geppertus* 254. *Ita Gz duce Kampmanno de ab praep. p. 29, ubi vide ceteras corrigendi vias. qui versus talis est in B:* haec sic aiebat sic audiuisse se (*ita* B^2 *ex* audiui sese) abse atque (ab *post* atque *eras.*) epistola. *idem J, nisi quod* audis^ui^se se abse atque epistola: *nec discedunt ceteri, nisi quod prius* sic *om. Z,* se ab (abs *Z*) se *FZ* aibat audivisse se ab eapse atque ab epistula *Muellerus Plaut. Pros. p. 603*
255. ate *BJ.* abs te *F* ex petesso *B.* apoetides *B, sed potest* c *fuisse pro* t. apocides *Z*

APOECIDES

Réperiamus áliquid calidi cónducibilis cónsili.
Nam ílle quidem aut iam hic áderit, credo hercle, aút iam adest.

EPIDICVS

Si aequóm siet
Mé plus sapere quám vos, dederim vóbis consiliúm catum,
Quód laudetis, út ego opino, utérque

PERIPHANES

Ergo ubi id est, Épidice?

EPIDICVS

Átque ad eam rem cónducibile.

APOECIDES

Quíd istuc dubitas dícere?

EPIDICVS

Vós priores ésse oportet, nós posterius dícere,
Quí plus sapitis.

PERIPHANES

Eía vero! age díc!

EPIDICVS

At deridébitis.

APOECIDES

Nón edepol faciémus.

EPIDICVS

Immo sí placebit, útitor
Cónsilium, si nón placebit, réperitote réctius.
Míhi istic nec seritúr nec metitur, nísi ea quae tu vís volo.

PERIPHANES

Grátiam habeo. fác participes nós tuae sapiéntiae.

---

256. Ap. *om. FZ* riperiamus *B* calidi *Dousa.* callidi *libri. in marg. interiori* NT *m. rec. in B* consilii *libri* 257. ad erit *BJ* ad est *B* ȩquum *B* 258. *Ante* catum *spat. 2—3 litt. B* callidum *F* 259. ludetis *F* opino *Bothius.* opinor *BFZ.* opinior *J* idem epidice *J* 260. adeadem rem *J* 262. quid *JF.* quod *Z.* quia *Langrehrius Miscell. phil. p. 18* *Apoecidi dant verba* eia — dic *FZ et editorum plerique: corr. Bothius* eia *ex* euge *B* 264. sinon *J* reperitore *J* 265. ne seritur *JF* quȩ *BJ* 266. sapientiȩ *B* *Verba* tuae sapientiae — Em *v. 270 om. JFZ: cf. Anal. Plaut. p. 73 Lacunam post v. 266 indicavi: videntur quaedam intercidisse quae ad verborum contextum vix abesse possunt. exempla Holtzii Synt. prisc. scr. lat. vol. II p. 161 partim falsa, partim aliter comparata sunt*

EPIDICVS

* *

Cóntinuo arbitrétur uxor tuó gnato atque ut fídicinam
Íllam quam is volt líberare, quaé illum conrumpít tibi,
Úlciscare atque íta curetur, úsque ad mortem ut sérviat.

APOECIDES

Fíeri oportet.

PERIPHANES

Fácere cupio quídvis, dum id fiát modo.

EPIDICVS

Em!
Núnc occasióst faciundi, príusquam in urbem advénerit,
Sícut cras hic áderit: hodie haud vénerit.

PERIPHANES

Qui scís?

EPIDICVS

Scio,
Quía mihi alius díxit, qui illinc vénit, mane huc ádfore.

PERIPHANES

Quín tu eloquere, quíd faciemus?

EPIDICVS

Síc faciundum cénseo,
Quási tu cupias líberare fídicinam animi grátia,
Quásique ames veheménter tu illam.

PERIPHANES

Quam ád rem istuc refért?

EPIDICVS

Rogas?

---

267. arbitrator *Scaliger* 268. uult *B* corrumpit *B* 270. em *Brixius Emend. in Capt. p. 20.* hem *B* 271. occasio st *B.* occasio est *J* *Ante* faciundi *1—2 litt. spat. B* prius quam *B* inurbem *B* advenerit *Acidalius et Palat. VI Parei.* aduenit *libri* 272. hodie haud *Weisius.* hodie non *libri, nisi quod* nisi *F. de* haut *et* non *mutatis cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 4.* hodie non veniet *Guyetus* 273. *Epidici notam praem. Z* illic *J* huc *Bothius.* hunc *B, sed in marg.* al hic*: similiter* hic hunc *JFZ* affore *JF* 274. Per. *om. Z* quintu *J* *Verba* sic faciundum c. *Apoecidi tribuunt BJ* faciundo *J* 275. *Versum Epidico dat J, Apoecidi B* 276. istoc *J* rogas *om. JFZ*

Út enim praestinés argento, príusquam veniat fílius,
Átque ut eam te in líbertatem dícas emere.

PERIPHANES

Intéllego.

EPIDICVS

Úbi erit empta, ut áliquo ex urbe eam ámoveas, nisi quíd tuast
Sécus sententia.

PERIPHANES

Ímmo docte.

EPIDICVS

Quíd tu autem ais Apoécides?

APOECIDES

Quíd ego aiam? nisi té conmentum nímis astute intéllego.

EPIDICVS

Iam ígitur amota éi fuerit ómnis consultátio
Núptiarum, né gravetur quód velis.

PERIPHANES

Sané sapit
Ét placet.

EPIDICVS

Tum tu ígitur calide, sí quid acturú's, age.

277. ut ei *F*. ut eam *Pareus ex Palat. VI* prestines *B*. prestines *J* argentum *F* prius quam *B*. iam priusquam *F* eueniat *F* 278. at *F* intelligo *J* 279. aliqua *F* eam amoveas *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 25.* amoueas *libri* *De* aliquod *vel de* urbed *cogitavit Ritschelius Nov. Exc. Pl. p. 76 et 80* nisi quid tua *libri.* est *ex v. sequenti huc transposuit Weisius,* nisi si *cum Bothio scribens.* nisi quidem tua *Muellerus Plaut. Pros. p. 306: cf. p. 555 et Nachtr. p. 32. praeterea cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 56 et contra cum Bergkius Beitr. p. 54* 280. *Ante* secus *eras.* sententia *B* sententia est *libri* tuautem *B* ais *add. Muellerus Plaut. Pros. p. 306. idem Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766* 281. qui *B* aiam *Brixius l. s. s.* iam *libri.* quid ego? nisi iam *Gulielmius* commentum *libri* intelligo *J* 282. tum igitur demum *Muellerus Plaut. Pros. p. 48* fuerit *Lindemannus Nov. ann. vol. 19 (a. 1837) p. 163. Lomanus spicil. crit. p. 42: cf. v. 225.* erit *BJFZ* consultio *F* 283. negrauetur *B* Per.] Ap. *libri* sane sapit *Gz exempli causa. cf. Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 323.* Viue sapis *B.* uisapis *J.* ui sapis *Z.* ut sapis *F.* nimium s. *Geppertus.* euge s. *Muellerus Nachtr. p. 126.* velis velle. Ap. Et sapis *Kochius Emend. Plaut. p. 8* 284. *Pers. not. om. libri* iugitur *J* calide *B. Palmerius.* callide *JFZ* si quid *Luchsius Herm. vol. VIII (a. 1874) p. 118.* quidquid *B.* quicquid *JFZ* acturus *BJFZ*

* *

Cúm lenone quae ópus sunt facto.

PERIPHANES

Quíd iam?

EPIDICVS

Ne te cénseat
Fíli causa fácere,

PERIPHANES

Docte.

EPIDICVS

Quó illum ab illa próhibeas,
Né qua ob eam suspítionem dífficultas évenat.

PERIPHANES

Rem hércle loquere.

EPIDICVS

Et répperi haec te qui ábscedat suspítio.

PERIPHANES

Síne me scire.

EPIDICVS

Scíbis: audi.

APOECIDES

Sápit hic pleno péctore.

EPIDICVS

Ópus est homine, quí illo argentum déferat pro fídicina.

PERIPHANES

Quém hominem inveniémus ad eam rem útilem?

V. 285—287 huc transposui in libris post v. 291 exstantes: cf. Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 323. versus olim in margine suppleti sunt, unde initium truncatum repetendum 285. cum lenone quae opus sunt facto *Gz.* nā telonon *(m. 2 ex* n// telo //non*)* eque opus facto st *B.* nam telo *(sup. vers.* t illo*)* non eque opus factus est *J.* nam telo non aeque opus factost *Z.* nam te illo non eque opus facto est *F.* nam tuo nomine, ere, opus tacitost *Muellerus Plaut. Pros. p. 306.* nam de lenone aequo opus cautost *olim tentabam Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 323.* de lenone *iam Scioppius* nec *B* 286. filii *libri* abilla *B.* abillo *J* 287. nequa *BJ* obillam *JF* suspicionem *libri* evenat *Bothius.* eueniat *libri* 288. *Cf. v. 285* haec te *BJZ.* hec a te *F: cf. Rothius Quaest. gramm. p. 10.* a te *Geppertus* suspicio *JFZ* 289. me *om. Z* 290. profidicina *J* 291. adeam *J*

EPIDICVS

Hic erit óptumus:
Híc poterit cavére recte, iúra qui et legés tenet.

PERIPHANES

Épidice, habeo grátiam.

APOECIDES

Sed ego ístuc faciam sédulo.
[Égo illum conveniam átque adducam huc ád te, quoiiast fídicina.]

EPIDICVS

Átque argentum ego cum hóc feram.

PERIPHANES

Illaec quánti emi minumó potest?

EPIDICVS

Ád quadragintá fortasse eam pósse emi minumó minas:
Vérum si plus déderis, referam. níhil in ea re cáptiost.
Átque id non decem óccupatum tibi erit argentúm dies.

---

298. *Nonius p. 355, 24:* Occupare est rursus detinere. Plautus Epidico: 'atque ..... decet ..... dies'

Verba hic erit optumus *e. q. s. Apoecidi tribuunt JFZ. corr. Lambinus* erit optimus *BZ.* certe optimus est *F* 293. habeo gratiam *Guyetus.* habeas gratiam *libri. Apoecidi qui haec tribuunt vereor ne recentioris aetatis consuetudines nimium respexerint Verba sequentia una cum antecedentibus Apoecidi dat Bothius, Epidico libri* faciam *ex* facio *B* 294. *Versum pro spurio nunc habeo spretis eis quae proposui Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 324. varia de eo excogitabant R. Muellerus de Pl. Epid. p. 5, Reinhardtus Studemundi Stud. vol. I p. 105, Geppertus in editione, denique censor Reinhardti Ind. philol. vol. IV p. 395* atque *om. J* adducam *B, sed poster.* d *ex* u *facta.* ad ducam *J.* abducam *F* adte *J* quoiia st *B.* cuia est *J* fidicina. apoe illa ne *J.* fidicina. Ap. illane *FZ* 295. *Epidici notam om. B* illaec *add. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 36: huc enim videtur spectare illud* illa ne, *quod post v. 294 exhibent JFZ, post hunc versum B^2 praemissa Epidici nota* emi minumo potest *Luchsius l. s. s.* emi potest minimo *BJF.* emi potest maxime *Z* 296. Epid. *hoc loco om. B: cf. v. 295* potest *F* minimo *libri* 297. siplus *J* nihil *om. J* inea *BJ* captio st *B.* captio est *JF* 298. decem *F, Palat. VI Parei, Pylades.* decet *BJZ cum Nonio* erit tibi *F* dies *et sup. vers.* ŧ dues *J*

PERIPHANES

Quídum?

EPIDICVS

Quia enim múlierem alius íllam adulescens déperit
Aúro opulentus, mágnus miles Rhódius, raptor hóstium,
Glóriosus: híc emet illam dé te et dabit aurúm lubens.
Fáce modo: est lucrum híc tibi amplum.

PERIPHANES

Deós quidem oro.

EPIDICVS

Et ínpetras.

APOECIDES

Quín tu is intro atque huíc argentum prómis? ego visam ád forum.
Épidice, eo vení.

EPIDICVS

Ne abitas, príusquam ego ad te vénero.

APOECIDES

Úsque opperiar.

PERIPHANES

Séquere tu intro.

EPIDICVS

I, númera: nil ego té moror.

---

299. quid (d *expunxit m. 2)* dum *B.* quid dum *F* alius illam *Bothius.* illam alius *libri* adolescens *J.* adolesens *B* *An* álius adulescens perit *scribendum est?* 300. opulentus *ex* opolentus *B* 301. is emet *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 766* dete *BJ.* dare *F* lubens *Gruterus.* iubeas *libri* 302. face *Palmerius. Acidalius.* tace *libri* amplum *ex* ambium *ut videtur B* orabo *Bothius* et inpetras *Gz.* impetra *libri.* impetras *Palmerius. Acidalius* 303. quintu *J* tu is *ex* tuis B^2 hic *B.* huc *Z* pronus *J* adforam *J* 304. non *F* abeas *FZ* prius quam *B* adte *BJ* 305. operiar *JF* PERIPHANES *integris litteris B. personam om. F* i numera *B, sed* num *in ras.* B^2. inumera *J.* i numero *Scaliger* nihil *B.* nichil *J*

EPIDICVS

Nullum ésse opinor égo agrum in omni agro Attico
Aequé feracem quam híc est noster Périphanes.
Quin éx occluso atque óbsignato armário
Decútio argenti tántum, quantum míhi lubet.
Quod pól ego metuo, sí senex rescíverit,
Ne ulmós parasitos fáciat, quae usque attóndeant.
Sed me úna turbat rés ratioque, Apoécidi
Quam osténdam fidicinam áliquam conductíciam.
Atque íd quoque habeo: máne me iussít senex
Condúcere aliquam fídicinam, quae hodié domi,
Dum rém divinam fáceret, cantarét sibi.
Ea cónducetur átque ei praemonstrábitur,
Quo pácto fiat súbdola advorsúm senem.
Ibo íntro: argentum accípiam ab damnosó sene.

Act. II Sc. 3 EPIDICVS SERVVS *B. idem, sed cum eis quae praecedunt iungens J* 306. oppinor *B* ego *om. Z* in omni agro *Lomanus Spicileg. p. 42.* inagro *BJ.* in agro *FZ.* in agro omni *Reizius apud Hermannum. de* omni in agrod *cogitabat Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 69. de* hercle *ante* ego *inserendo Darnmannus Observ. in c. XIV proleg. p. 35* athico *Z* 307. aequę *J* 308. atquę *J* armario *Pylades.* atque armario *libri* 309. argenti *JFZ* argentum *B, lineola addita a manu prima, ita ut tradatur* argenti, *non* argentum, *quod solus F exhibet* 310. s ///' tsenex *ex* si senex *J* rescierit *Camerarii manus ex* rescinerit *in B* 311. faciat quę *B.* pati atque *J.* faciat atque *FZ* attondeant *B, sed* ant *add. B*[2]. attondeat *JFZ, nisi quod* adtondeat *F* 312. res turbat *JF* racioque *J.* ratio que *B* 313. *Ad* quam ..... aliquam *cf. Balbachius Observat. crit. p. 20 et Brixius Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 58. eundem pleonasmum habes Aulul. V, 3 et Mostell. v. 256, ubi nil mutandum.* qua *Dousa* aliqua *Gruterus* conductitiam *J.* conductiuam *F* 315. quae hodie domi *Gz.* sibi huc (hunc *J*) domum *libri,* hodie *in* huc *corrupto et* sibi *ex versu sequenti intruso.* me quae domi *Guyetus, enim scribens v. 314 pro* me 316. dinam *B,* ui *B*[2] *add. sup. vers.* cantare *F* 318. advorsum *Geppertus.* aduersus *BJFZ. sed cf. Pseud. v. 453: Mil. gl. 1080: Poen. I 2, 188* 319. ab dampnoso *B.* abdampnoso *J.*

ACTVS III

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS

STRATIPPOCLES

Éxspectando éxedor míser atque exénteror,
Quómodo mi Épidici blánda dicta évenant.
Nímis diu máceror: sítne quid nécne sit
Scíre cupió.

CHAERIBVLVS

Per illám tibi cópiam
Cónparare aliám licet. scivi équidem in principio ílico
Núllam tibi esse in íllo copiam.

STRATIPPOCLES

Ínterii hercle ego óppido.

CHAERIBVLVS

Ábsurde facis qui ángas te animi. si hércle ego illum semel préndero,

---

Act. III Sc. 1 STRATIPPOCLES CHERIBOLUS ADOLESCENTES *B* STRATIPHOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES DVO *J* 320. *Stratippoclis person. praem. B*[2] expectando *B* 321. mihi *libri* evenant *Bothius.* eueniant *libri* 322. siȯ *(*o *ex* c *corr. et del. m. 2: post* o *1—2 litt. spat.)* nequit nec nescit *B.* sic nequid nec ne scit *J.* sic nequit nec nescit *F* sciret *J* *Versus 323 sqq. tractaverunt Lindemannus Nov. ann. vol. 19 (a. 1837) p. 164 sq., Brixius de Pl. et Terentii pros. p. 18, Fleckeisenus Exerc. crit. p. 24 (324 sq.), Spengelius T. Macc. Pl. p. 167 et 117, Muellerus Plaut. Pros. p. 334, Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 448 (326—330), a quibus quae sumpsi suo loco adnotabuntur* 324. conparare *Gz Anal. Pl. p. 77.* copiam parare *JFZ.* copiam tibi parare, *sed* ra *ex* re *B* Sciui *(non* sciui*) B* ęquidem *J* inprintipio *B.* inprincipio *J* 325. tibi nullam *Geppertus* oppido *addidi l. s. s.* 326. *Chaer. not. praem. B*[2] facias *F* *Ante* si *Stratippoclis personam praem. libri* p̄hendero *BJ* *V. 327—328 creticos esse statuit Lachmannus. idem Lindemannus atque Seyffertus l. s. s., quem sum secutus. totum versum sic conformabat Acidalius:*

Númquam nos inrídere illum inúltum servom hominém sinam.

Númquam inridére nos
Íllum inultúm sinam sérvom hominem.

STRATIPPOCLES

Quid íllum facere vís, qui, tibi quoi dívitiae sunt máxumae,
Ais númmum nullum habére nec sodáli tuo in te cópiast? 330

CHAERIBVLVS

Si hercle hábeam, polliceár lubens. verum áliquando aliqua aliquó modo
Alicúnde ab aliqui aliquást tibi spes mécum fortunám fore.

STRATIPPOCLES

Vae tíbi iners, muricíde homo!

CHAERIBVLVS

Qui tíbi lubet mihi mále loqui?

---

333. *Festus Pauli p. 125, 10:* murricidum : ignavum, stultum. Plautus: 'murricide homo' ignave, iners, *quae in glossaria manaverunt: cf. Loewii Prodr. p. 282 sq.*

---

327. irridere *BJ* 328. inultimum *BJ* seruum *BJ* 329. Strat. *om. JF.* Chaer. *praem. Z* fere *et sup. vers.* facere *J.* ferre *BFZ* qui tibi quoi *B, sed* quoi *ex* qui B^2. qui tibi cui *JF.* qui tibi si *Z. cf. ad hunc loquendi usum Acidalii Divin. in Curc. cap. IV, ubi conferuntur Curc. II 2, 17, Aul. III 6, 38, quibus addit Seyffertus l. s. s. Cas. III 4, 28.* quin tibi quoi *Seyffertus l. s. s.* qui tibi quom *Guyetus* diuicię, *sed* c *ex* i *corr. B* sunt maxumae *Geppertus.* domi maxumę sunt *libri, nisi quod* maxumę B^2 *ex* maxume. *videtur autem* domi *varia scriptura esse ad* tibi *spectans: contrarium factum est III 3, 38* 330. ais nummum nullum habere *Gz.* is nūmū *(ex* nūmi*)* nullum habes *B.* nummum his nullum has *J.* numum his nullum habes *FZ* *Post* sodali *litterula vel apex litt. eras. B* inte *BJ* copia st *B.* copia est *JF* *Versum cretice dimensi sunt Lindemannus l. s. s., Muellerus l. s. s., Seyffertus l. s. s. adscita clausula trochaica: medebantur transponendo Bothius, Geppertus, alii editores* 331. *Chaer. notam praem.* B^2, *Stratippoclis Z* *Ante* habeam *una litt. eras. B* policear *F* aliquando *Muellerus Plaut. Pros. p. 334.* aliquid *libri* modo est *F* *aliquanto liberius hunc versum Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 257 sic facit exeuntem:* verum áliquam tibi aliquó modo 332. allicunde *B, sed* a B^2 *in ras.* aliquibus *FZ. Meursius* aliquast tibi spes *Muellerus Plaut. Pros. p. 334.* aliqua tibi spes est *libri* mecum fortunam fore *Acidalius.* fore mecum fortunam *libri, a quibus profectus Ritschelius l. s. s. hoc proposuit:* alicúnde, aliquando, ab áliqui spes est fóre mecum fortúnam *vel* mécum fore fortúnam. aequam fortunam fore *Schneidewinus Philol. vol. 5 (a. 1850) p. 377* 333 *et* 334. *Strat. notam praem.* B^2 333. ue tibi *J.* uetibi *B* iners *addidi: cf. Paulus.* muri/cidę *(sed in 7 litterar. spatio* B^2*)* homo *B.* muricide homo *JFZ.* murricide *vel* muricide *(cf. Loewius l. s. s. adn.)* homo *Festus Pauli.* muricida *G. Valla, Rostius Opusc. p. 163.* murcide *Hermolaus, Salmasius*

STRATIPPOCLES

Quippe tú mi aliquid aliquó modo aliciúnde ab aliquibús blatis,
Quod númquam gentiúmst: neque ego id aúres inmittó meas,
Nec míhi plus adiuménti das, quam ille quí numquam etiam nátus est.

EPIDICVS. STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS

EPIDICVS

Fecísti iam officiúm tuom: me meúm nunc facere opórtet.
Per hanc cúram quieto tíbi licet esse: hóc quidem iam périit.
Ni quíd hinc in spem referás tibi: hoc óppido pollínctumst.

---

334. mihi *libri* ab aliqui *Acidalius* blatis *JZ.* latis *B et in marg.* t latras B^2. blactis *F* 335. quod nusquam gentiumst *Gz.* quod nusquam ,,st *(fort.* e *eras.) B.* quod nusquam est *JF. idem Z* aures inmitto meas *Gz.* inmitto inaures meas *B.* immitto i. a. m. *FZ.* immi// to in aures meas *J* *Plerique cum Acidalio, sed contra librorum discriptionem, ita hunc versum edunt:* quód nusquamst neque égo id inmitto meás in aures néc mihi 336. adiumenti das *Pylades.* adiumenti ades *B.* adiumenta des *JFZ.* adiumenti des *Saracenus, Pius.* adiumenti addis *Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120 et Muellerus Plaut. Pros. p. 334, trochaicum septenarium cum Acidalio efficientes.* natus est *J. Pylades.* nactus est *F.* natu st *B*

Act. III Sc. 2 EPIDICVS SERVVS STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOŁ *B.* EPIDICVS SERVVS STRATIPHOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES *J* *Scaenam a retractatore misere esse laceratam puto, unde me excuset si cui fastidiosius hic illic de aliorum inventis, per se haud quaquam improbabilibus, iudicasse videar* 337. *Personarum nomina ab hoc inde versu add.* B^2, *nisi ubi contrarium testor.* officium iam *Z* tuum *JFZ.* tu tuum *B.* iam *delent Jacobus et Muellerus Plaut. Pros. p. 277.* de fecisti *dissyllabo coll. Mil. gl. v. 456 cogitabat Fleckeisenus Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 76* *Post* me *una litt. eras. B* 338. *De* quieto *cf. Fleckeisenus l. s. s., quae non recte reiciebam Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 288* *Post* tibi *circa 5 litt. eras. B* per hanc curam tibi licet quieto *Muellerus Plaut. Pros. p. 277* hic *F* periit *F. Pylades.* perit *BJZ.* per it B^2 339. niquid *J. idem B, sed* d *e corr.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 629.* ni qui *F.* nisi quid *Z* hinc in spem referas tibi *Geppertus.* tibi hinc in spem referas *libri, nisi quod* huic *Z, post* in *2—3 litt. eras. B,* inspem *J* hoc oppido *Pylades.* oppido hoc *libri* pollinctumst *Gz Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 288.* pollitum est *B.* politum est *JFZ* hoc hostium potitumst *Acidalius.* hoc oppido potitumst *Balbachius Observ. crit. p. 22.* hic oppido potitust *vel* hoc oppido potitus (sum) *Bothius*

Credé modo tu mihi: síc ego ago: síc egerunt nóstri.
Pro di ínmortales! mi húnc diem ut dedístis luculéntum!
Ut fácilem atque inpetrábilem! sed ego hínc migrare césso,
Ut ínportem in colóniam hunc meo auspício conmeátum?
Mihi césso quom sto. séd quid hoc? ante aédis duo sodáles.
Erum et Chaéribulum cónspicor. quid hic ágitis? accipe hóc sis.

STRATIPPOCLES

Quantum híc inest?

EPIDICVS

Quantúm sat est, et plús satis: supérfit:
Decém minis plus áttuli, quam tú danistae débes.
Dum tíbi ego placeam atque óbsequar, meum térgum flocci fácio.

STRATIPPOCLES

Nam quíd ita?

EPIDICVS

Quia ego tuóm patrem faciám perenticídam.

STRATIPPOCLES

Quid istúc est verbi?

EPIDICVS

Níl moror vetera ét volgata vérba
'Perátim ductare': hódie ego follítim ductitábo.

---

340. modo tu *Camerarius.* modo *libri* ago ego *Muellerus Plaut. Pros. p. 154* aegerunt *J.* egere *Z* 341. prodii *J* immortales *J. idem B, sed* l *ex* i *corr.* mihi *BFZ.* michi *J* diem ut *Guyetus.* diem *libri* dedisti loculentum *B* 342. impetrabilem *BJ* sed migrare hinc cesso *JF, nisi quod* censeo *F* 343. importem *libri* incoloniam hunc *B,* hunc *del.* B^2. incoloniam hunc *BJFZ* meo auspicio *Gz.* hunc auspicio *libri.* auspicio meo *Pylades metro sublato.* hoc auspicio *R. Muellerus de Pl. Epid. p. 22* commeatum *libri* 344. cum sto *B.* cumsto *J* ędis *B.* edes *Z* duos *Z* sodales, *sed* a *ex* o, *B* 345. herum *J* cheribulum *B.* cheribolum *J* hoc agitis *F* 346. superfit *Camerarius.* supersit *libri* 347. qua *J* danistę *B.* 348. tergam *J* *V. 349—351 delet Guyetus: contra ante hos versus intercidisse quaedam non improbabiliter coniecit Seyffertus Stud. Plaut. p. 16* 349. ego *add. in B man. recentior quam* B^2 tuum *libri* perenticidam *Camerarius.* parenticidam *libri* 350. nihil *BZ.* nichil *J.* uulgata *libri* 351. peratim *Camerarius.* peratum *B.* paratum *JFZ* hodie ego *Gz.* At (*non* at) ego *B.* at ego *JFZ.* at ego nunc *Reinhardtus Nov. ann. vol. 111 (a. 1876) p. 199.* at ego erum *Seyffertus Stud. Plaut. p. 16* follitim *Camerarius.* follitum *libri* *Totum versum cum Gep-*

Nam léno omne argentum ábstulit pro fídicina: ego resólvi.
[Manibus his dinumeravi pater suam natam quam esse credit]
Nunc íterum ut fallatúr pater tibique aúxilium adparétur,
Invéni: nam ita suasí seni atque hanc hábui oratiónem,
Ut quóm redisses né tibi eius cópia esset.

STRATIPPOCLES

Eúge.

EPIDICVS

Ea iám domist pro fília.

STRATIPPOCLES

Iam téneo.

EPIDICVS

Nunc cautórem
Dedít mi ad hanc rem Apoécidem — is ápud forum manét me —
Qui récte caveat.

STRATIPPOCLES

Haúd male.

---

perto Stratippocli tribuit Reinhardtus putatque difficultatem loci expediri mutatis verbis faciam perent. *cum* peratim duct. *ex hoc versu haustis: contra Seyffertus Stud. Plaut. l. c. intercidisse nonnulla suspicatur* 352. profidicina *J* 353. *Versum spurium expulit Ritschelius Prolegom. p.* CLVI, *pro quo versu veluti haec olim exstitisse putat R. Muellerus de Pl. Epid. p. 18:* Hic érat in senis marsúppium quem inténdi primus íctus credit *Pylades.* credidit *B, prius* di *m. 2 ut videtur delevit.* credidit *JFZ* 354. tibi que *B* apparetur *BJ* 355. inveni. nam *R. Muellerus l. s. s. p. 6.* inueniam *libri.* inveni iam *Saracenus, Acidalius.* inveniam: nam *Pylades* *Post hunc versum hiare sententiam statuit R. Muellerus l. s. s. p. 6. an ad retractationem hoc spectat, quae totam scaenam misere laceravit?* 356. cum *BJ* ne, *sed* n *ex corr. B.* ut *J* *Post hunc versum desiderat nonnulla Brixius Emend. Pl. ed. a. 1847 p. 17* 357. *Personae notam om. JFZ* ea *ex* eam *J* domi st *B.* domi est *J* pro filia *Acidalius, Brixius l. s. s.* pro illa *B*² *in ras.* pelia *JZ.* prelia *F* Strat. *om. JFZ* iam teneo *Brixius l. s. s.* teneo *libri* cautorem *Angelius, Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120, Muellerus Plaut. Pros. p. 744:* auctorem *BJ.* actorem *FZ* 358. mihi *libri* hancrem *B* Apoeciden *cum Angelio Lachmannus: sed cf. praef. Trin. p. 68* 359. qui recte caveat *scripsi exempli causa: cf. v. 292.* quasi quae (quę *J*) amaret caueat *libri. verba* quasi quae (= quasique) amaret *glossematis speciem prae se ferunt: cf. v. 276.* quasi quom amet *Geppertus.* quasi qui eam amet *Bothius.* quasi quoi emeret *Lambinus, ut alios taceam*

EPIDICVS

Sed iam ípse cautor cáptust.
Ipse ín meo collo túos pater crumínam conlocávit:
Is adórnat adveniéns domi extemplo út maritus fías.

STRATIPPOCLES

Unó persuadebít modo, si illám quae adductast mécum
Mi adémpsit orcus.

EPIDICVS

Núnc ego astútiam hanc instítui:
Devéniam ad lenoném domum egomet sólus, eum docébo,
Si qui ád eum adveniat, út sibi datum ésse argentum dícat,
Pro fídicina argentí minas se habére quinquagínta.
Quippe égo qui nudiustértius meis mánibus dinumerávi
Pro illá tua amica quám pater suam fíliam esse rétur.
Ibi léno sceleratúm caput suom inprúdens adligábit,

Strat. et Epid. notas om. JFZ sed iam ipse *Gz.* iam ipse *libri, sed in ras. B*[2] captus est *libri* 360. inmeo *J* tuus *libri* crumenam *F* collocauit *libri* 361. adveniens *Camerarius.* ueniens *libri* ubi *pro* ut *F* 362. Str. *om. F* quę *BJ* adducta est *libri* 363. mihi *libri* adempsit *ex* dempsit *B*[2] ortus *J* astutiam hanc *Pylades.* hanc astutiam *libri* institiui *Bothius, quam falsam esse formam docuit Fleckeisenus Mus. rhen. vol. 14 (a. 1859) p. 632* *V. 364—370 tractavit Ladewigius Diar. stud. antiqu. a. 1841 p. 1087, contra quem dixit R. Muellerus de Pl. Epid. p. 8 sqq. quaestionem retractavit Reinhardtus Studemundi Stud. vol. I p. 105 sqq., ad quae conferenda sunt ea quae ipse protuli Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 283 sqq.: copiosius eadem de re disseruit Reinhardtus Nov. ann. vol. 111 (a. 1876) p. 196 sqq. ad Ladewigii sententiam de contaminatione cogitantis rediit Langrehrius Miscell. phil. ed. Gottingae a. 1876 p. 16. re iterum perpensa summam eorum quae olim disputavi etiamnunc retineo, Reinhardtum ita secutus, ut decurtatum esse locum ego censeam* 364. adlonenem (?) *J* ego met *J* eum *Pylades.* eum ego *BJF.* cum ego *Z* 365. si qui *Camerarius.* siquid *B.* si quid *J.* si quidem *FZ* adeum *J* adveniat *Gz.* adueniam *B, sed ex* ueniam *ut videtur corr. et ante* ad. *3—4 litt. eras.* adueniam *JF.* ueniam *Z.* adueniant *Camerarius* *Ante* esse *8 litt. eras. B* datum esse *Pylades.* esse datum *libri* dicat *om. hoc loco F* 366. pro fidicina dicat *F* *Versum spurium esse iudicat R. Muellerus l. s. s.* 367. nudius tertius *B.* nudius tercius *J* denumeraui *B* 368. *Post* pater *3—4 litt. eras. B* 369. suum *libri* imprudens *BJ* caput suum sceleratum *Z* alligabit *Saracenus. Pius.* alligauit *libri*

Quasi pró illa argentum accéperit, quae técum adducta núnc est.

STRATIPPOCLES

Vorsútior es quám rota figuláris.

EPIDICVS

Iam ego parábo

Aliquám dolosam fídicinam, nummó conducta quaé sit,
Quae se émptam simulet, quaé senes duo dócte ludificétur.
Eam dúcet simul Apoécides ad tuóm patrem.

STRATIPPOCLES

Ut paráte!

EPIDICVS

Eam pérmeditatam meís dolis astútiisque onústam
Mittám: sed nimis longúm loquor: diu me éstis demoráti.
Haec scítis iam ut futúra sint. abeó.

STRATIPPOCLES

Bene ambuláto!

CHAERIBVLVS

Nimis dóctus illest ád male faciúndum.

STRATIPPOCLES

Me equidem cérto

Servávit consiliís suis.

---

371. *Isidorus Orig. X, 277:* versutus ..... Plautus: 'versutior est ... figularis' *Servius ad Aen. II 62:* Versare dolos] ... Plautus: 'versatior .... figularis'

---

370. qua si, *sed* a *ex* i *B* quẹ *BJ* nunc est adducta *Z* 371. Chaerib. *praem. JFZ, atque ita editores fere omnes* uersutior est *Isidorus.* uersatior es *Servius* quā *eadem m., quae supra* ego *inseruit:* qua *B* ah *pro* iam *JF. om. Z* 372. numo *F* quẹsit *B.* ep͠. quẹ sit *J* 373. quẹm senes *J* docte *B, Pylades.* docta *JFZ* 374. ad tuum *FZ.* adtuum *J.* ad tuum *ex* ad suum *B*[2] STRĀ ut *B*[2] *in ras.,* ut *omissa personae nota JFZ* perite *Acidalius* 375. Epid. *om. JFZ* praemeditatam *F. idem Pylades. Acidalius. Dousa* astutiisque *B, sed* ast- *ex* st- *B*[2] honustam *J* 376. mittam. Sed *(non* sed*) B.* mitram . sed minis *J* loquar *J, sed* o *superscr. man. recentior* 377. hẹc *J* Strat. *om. J* ambulabo *Z* 378. nimisdoctus *J* ille est *Camerarius.* ille *libri* ad male faciendum *B.* admaleficiendum *J* me equidem *B*[2]. me aequidem *J.* met quidem *B, unde* med quidem *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 32.* me quidem *FZ* 379. servabit *Acidalius*

CHAERIBVLVS

Abeámus intro hinc ád me.

STRATIPPOCLES

Atque áliquanto lubéntius quam abs té sum egressus íntus:
Virtúte atque auspicio Épidici cum praéda in castra rédeo.

PERIPHANES. APOECIDES. FIDICINA. SERVOS

PERIPHANES

Non óris causa módo homines aequóm fuit
Sibi habére speculum, ubi ós contemplarént suom,
Sed quí perspicere póssent [cor sapientiae
Igitur perspicere ut possint] cordis cópiam:
Ubi id ínspexissent, cógitarent póstea,
Vitam út vixissent ólim in adulescéntia.
Fuit cónducibile hoc quídem mea senténtia.
Velut égomet dudum fíli causa coéperam
Animí med excruciáre, quasi quid fílius

Chaerib. *om. JF* abeamus *B, sed* abe B^2 *add. et* be *in ras. Ante* intro *una litt. eras. B* adme *J* 380. Strat. *om. JF* aliquanto id *Mohrius de sept. p. 21* abste. *BJ* 381. cump̄da *J* incastra *B*

Act. III Sc. 3 PERIPHANES APOECIDES SENES·II MVRIER FIDICINA *B*. PERIPHANES APOECIDES SENES ·II· FIDICINA *J* 382. honoris *JFZ* mo *et sup. vers.* do *B* hominis *BJ* aequum *BJ* 383. contemplaret *B*, contemplarēt *Camerarii manus.* contemplarent os *F* suum *BJ* 384. sed qui *Camerarius.* sed (ed *m. 2 in ras.*) id qui *B.* sibi id qui *J.* sibi idque *F.* si id qui *Z* perspicere *ex* spicere *corr. J* possent *ex* possem *corr. B* sapientię *B* *Duo versus in unum contraxit Geppertus: cf. Anal. Pl. p. 98* 385. *De tali* igitur *particulae usu a Plauto alieno cf. Anal. Plaut. p. 98: defendit Acidalius, qui versum quartum post duodecimum huius scaenae collocat, quem nos septimum fecimus* utpossint *B* 387. inadolescentia *BJ* 388. *Huc transposuit Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 761, post quartum Geppertus. in libris exstat post v. 393* mea quidem *Acidalius* 389. uelut egomet dudum *Fuhrmannus Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 687. cf. Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 389.* uel quasi egomet qui dum *libri, nisi quod* ego met *J* uel ego qui dudum *Guyetus* filii *J* ceperam *J* 390. animi med excruciare *Gz.* ego me excruciare animi *libri, nisi quod* ex cruciare *B.* egomet med excruciare *Muellerus Plaut. Pros. p. 487*

Meus déliquisset méd erga, aut non plúruma
Malefácta mea essent sólida in adulescéntia.
Profécto delirámus interdúm senes.
Sed huc méus sodalis ít cum praeda Apoécides.
Veníre salvom mércatorem gaúdeo.
Quid fít?

APOECIDES

Di deaeque te ádiuvant.

PERIPHANES

Omén placet.

APOECIDES

Quin ómini omnis súppetunt res prósperae.
Sed tú istanc intro iúbe sis abduci.

PERIPHANES

Heús foras
Exíte huc aliquis. dúce istam intro múlierem.
Atque aúdin?

SERVOS

Quid vis?

---

391. melius *B* mederga *Z*. *cf. Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 27.* med erga *B*. me derga *J*. me erga *F*. *Camerarius* aut non *Ritschelius l. s. s.* aut quasi non *libri, nisi quod* qua si *B*. quasi non *Geppertus* plurima *Pius*. plurumum *ex* plurimum B^2. plurimum *JFZ* 392. male facta mea *BJ*. mea malefacta *Muellerus Plaut. Pros. p. 308* inadulescentia *B*. inolescentia *J* 393. *Hunc versum excipit in libris v. 388* 394. sed huc meus sodalis it *Gz*. sed meus sodalis it *libri* p̄da *BJ* apocides *Z* 395. saluum *libri* mercato rem *B* 396. fit *Z*. sit *BJF* Ap. *om. F* dii *J* deae que *B*. de aeque *J* adiuvant. Per. Omen placet *Gulielmius.* adiuuant res p̧pere PERI omen placet *B* (propere B^2). aduant. res propere omen placet *J*. *idem Z*. adiuuant. res prospere tum placent *F* 397. Ap. Quin omini *Gruterus.* qui (o *sup.* i) nomini (homini B^2) *B*. cum homini *J*. quom homini *F*. quom omini *Z*. quoi homini aeque *Brixius Emend. Plaut. ed. Brieg. a. 1847 p. 15.* omnes *J* *Post* omnis *eras.* res *ut videtur B* suppetunt res propere *B*. res propere suppetunt *JF* 398. *Ante* sed *1—2 litt. spat. B* istanc iube sis intro *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766.* hanc lubens intro *B*. hanc iubes intro *JFZ, unde* iube sis *iam Gruterus.* hance iubeas intro *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 81.* hanc hinc iubeas intro *Muellerus Plaut. Pros. p. 650* ab duci *J*. adduci *F* Per. *om. B* heus, *sed* e *ex* u *ut vid., B.* eus *J*. heus vos *Muellerus l. s. s.* 399. duae *J* *Post* mulierem *circiter 10 litt. eras. B.* mulierem concludi uolo *JFZ* 400. Serv.

PERIPHANES

Cáve siris cum fília
Mea cópulari hanc néque conspicere. iám tenes?
In aédiculam istanc seórsum concludí volo:
Divórtunt mores vírgini longe ác lupae.

APOECIDES

Docte ét sapienter dícis. numquam nímis potest
Pudícitiam quis suaé servare fíliae.
Edepól ne istam hodie témperi gnató tuo
Sumus praémercati!

PERIPHANES

Quíd iam?

APOECIDES

Quia dixít mihi
Iam dúdum se alius túom vidisse hic fílium.

PERIPHANES

Hanc édepol rem adparábat.

APOECIDES

Plane hercle hóc quidemst.

Quid vis *Angelius.* EPIḠ quid? uis *(? add. B²)* **B**. Ap. Quid uis *JFZ* PERĪ *add. B² in 12 litt. spat.* caue siriseū *ex* caue si ris eū *et in margine exteriore* siriscū nom̄ ppū (i) *B²*. cauesis *JFZ. de accentu cf. Brugmanus 'Quemadmodum in iamb. sen. Rom. vet. verborum accent. c. num. consoc.' p. 32* 402. inediculam *J.* in edicula *F* istanc *ex* istaec *B²*. istae *J.* istec *F.* istęc *Z* sorsum *BJ* *Verba* concludi uolo, *quae hoc loco omittunt JFZ, add. B²: cf. v. 399* 403. lupę *J* 404. *Ante* dicis *9 litt. spat. B* numquam nimis *Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 87.* num nimis *BJ.* non nimis *FZ.* non nimium *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 53: sed cf. Handii Tursell. vol. IV p. 210.* nemo nimis *Muellerus Plaut. Pros. p. 276* *Post* potest *eras.* a *ut videtur, B* 405. pudiciciam *B. de quadrisyllabo* pudicitiam *cogitat Spengelius T. Macc. Plaut. p. 84* quis *Bentleius ad Andr. I 5, 53.* quisquam *libri. aut delet aut corrigit in* unquam *Muellerus l. s. s.* *Totum locum sic reconcinnat Fleckeisenus l. s. s.:* numquam nímis pater Pudícitiam pote suaé servare fíliae 406. ne istam hodie *Muellerus Plaut. Pros. p. 747.* ne istam, *sed post* istam *8 litt. eras. B.* neistam *J.* ne istam *FZ.* ne istam nos *Acidalius* temperi *Guyetus.* tempore *BF.* tēpr̃e *J. om. Z* tuosuo *J* 407. pmercati *J* michi *J* 408. tuum *JFZ. om. B* uidisse *ex* uisse *B²* *Ante* hic *5 litt. (fort.* filiu*) er. B* hic, *sed* hi *ex* m *ut vid., B* 409. PER̄ *om. B* edepol, *sed* l *ex* p *B* apparabat *BJ* *Verba* plane — quidemst *Periphani dat B* quidem est *libri*

Ne tú habes servom gráphicum et quantivís preti:
Non cárust auro cóntra. ut ille fídicinam
Facéte fecit néscire esse emptám tibi!
Ita rídibundam atque hílaram huc adduxít simul.

PERIPHANES

Mirum hóc qui potuit fíeri.

APOECIDES

Te pro fílio
Factúrum dixit rém esse divinám domi,
Quia Thébis salvos rédierit.

PERIPHANES

Rectam ínstitit.

APOECIDES

Immo ípsus illi díxit conductam ésse eam
Quae hic ádministraret ád rem divinám tibi.
[Facturum hoc dixit rem esse divinam tibi domi]
Ego íllic me autem síc adsimulabám quasi
Stolidúm, quom bardum mé faciebam.

---

410. Apoē Ne tu *B* quanti uis *BJ* pti *B*. precii *J* 411. Per. *praem. JFZ. idem Bothius et Fleckeisenus l. s. s.* caru st *B*. carum est *J*. carus est *F* aurū *ex* auro *B*[2] Ap. Ut ille *JFZ. Bothius et Fleckeisenus l. s. s.* 412. facete fecit *Gz.* fecit *libri.* tam facile fecit *Fleckeisenus l. s. s.* nescire, *sed* c *ex* t *corr. B* *Infinitivum removere non ausus sum: cf. tamen Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766 et Muellerus Plaut. Pros. p. 505, quorum ille* fecit nesciret esse sese, *hic* fecit ut se nesciret esse *vel* fecit ut nescia esset se esse *vel* fecit nesciret sese esse e. iam *proposuerunt. contra Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 261* lepide se *post* nesciret *inseruit, ubi* prorsus se *Pylades, non Langiani* 413. illam *JFZ* redibundam *Z* adduxei *Geppertus Plaut. Stud. vol. I p. 145* simul *una cum sequentibus Periphani tribuunt JF* 414. hoc qui *JF. Pylades.* hoc quod *B*. hoc quidem *Z* *V. 416—419 om. JFZ atque B*[1]. *addidit B*[2] *in margine inferiore versuum distributione nulla et signo adiecto quo pertineant: sic:* diuinam domi.[hđ] Ego illic *et in margine:* [ħp] quia thebis *c. q. s. cf. Anal. Plaut. p. 74* 416. saluus *B* rectam *Lambinus.* recte *B* 417. *Post* dixit *in B* d *deleta est* 418. quę *B* administret *Muellerus Plaut. Pros. p. 263.* adminstraret *tuetur Fleckeisenus Nov. ann. vol. 60 p. 261. cf. Brugmanus l. s. s. p. 46* rem *pro* ad rem *Guyetus* *Post* tibi *litterula vel apex litt. eras. B* 419. *Versum spurium delevit Acidalius* 420. sic *om. JF* assimulabam *B* 421. stolidum cumbardum *B*. stolidum cum bardum *JFZ*. stolidus sim. bardum *Geppertus: sed cf. Rothius Quaest. gramm. p. 37.* stolidum, cum surdum *Ladewigius Diar. antiqu. stud. a. 1841 p. 1096* me esse *F*

PERIPHANES

Immo íta decet.

APOECIDES

Res mágna amici apúd forum agitur. eí volo
Ire ádvocatus.

PERIPHANES

Át, quaeso, ubi erit ótium
Revórtere ad me extémplo.

APOECIDES

Continuo híc ero.

PERIPHANES

Nihil hómini amicost ópportuno amícius:
Sine tuó labore quód velis actúmst tamen.
Ego si ádlegassem aliquem hóminem ad hoc negótium
Minús quam hunc doctum mínusque ad hanc rem cállidum,
Os súblitum esset ítaque me albis déntibus
Meus dérideret fílius meritíssumo.
Sed quís illic est quem huc ádvenientem cónspicor,
Suám qui undantem chlámydem quassandó facit?

---

432. *Nonius p. 254, 23:* Quassare est movere. Plautus Milite: 'qui suam ... clamidem ... facit' *Cf. Donatus ad Eun. IV 7, 1*

ita *Pylades.* stat *B, incerto puncto.* sta *JFZ* 422. ei *JFZ.* eum *B* 423. Ire, *sed* I *e corr. B.* esse *et sup. vers.* † ire *J.* esse *F* at queso *B.* atque esto *JF.* atque *Z* 424. reuertere *J* *Ante* me *videtur* g *erasa in B* ex templo *B* 425. nichil *J* amico st *B.* amico est *J* oportuno *J* amictius *J.* amititius *B.* amicicius *F* 426. actūst *B.* actum est *JF.* actunst *Z* 427. adligassem *B, sed* d *ex* l *corr.* alligassem *J.* adlegavissem *Bothius* aliquem hominem *Gz, voce* hominem *ex v. sequ. huc translata.* aliquem *libri.* aliquem alium *vel* alium aliquem *Muellerus Plaut. Pros. p. 505* 428. minus quam hunc *Gz.* minus hominem quam *libri.* minus hominem *Camerarius* callidum *B,* u B^2 *in ras.* 429. ei atque *Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 119.* mi atque *Muellerus Plaut. Pros. p. 505* alchis *JF.* aleatis *Z* 430. meus *om. Z* deridet *B.* deridet *et in margine* derideret B^2. deridere *J* filius *ex* filiis *ut vid. B* meritissumo B^2 *ex* meritis sumo. meritussumo *Z* *Hunc versum sequuntur in libris quattuor versus, quos post v. 443 transposui, ubi v. librorum scripturam* 431. quis illic *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 412.* quis hic *libri.* hic quis *Pylades: sed cf. idem Seyffertus Stud. Plaut. p. 27, ubi simul* recta *post* huc *addi posse censet.* nunc *vel* ad me *inserebat Muellerus Plaut. Pros. p. 506: idem Nachtr. p. 82* quis hic homost *proposuit.* hunc *J.* nunc huc *F* 432. qui suam *Nonius* clamydem *B.* clamidem *J. Nonius*

MILES. PERIPHANES. FIDICINA

MILES

Cave praéterbitas úllas aedis, quín roges,
Senex híc ubi habitat Périphanes Plothénius.
Incértus tuom cave ád me rettulerís pedem.

PERIPHANES

Aduléscens, si istunc hóminem, quem tu quaéritas,
Tibi cónmonstrasso, ecquam ábs te inibo grátiam?

MILES

Virtúte belli armátus promerui, út mihi
Omnís mortalis ágere deceat grátias.

PERIPHANES

Non répperisti, aduléscens, tranquillúm locum,
Ubi tuás virtutes éxplices, ut póstulas.
Nam strénuiori déterior si praédicat
Suas púgnas duellis, íllae fiunt sórdidae.
Atque haéc stultitiast mé illi vitio vórtere,
Egomét quod factitávi in adulescéntia,

443. *Priscianus I p. 87 de comparativo agens hoc loco sic utitur:* 'Nam ..... de illius illae ..... sordidae'

Act. III Sc. 4 MILES SENEX (X *ex* F *ut vid.*) PERIPHANES FIDICINA MVLIER *B, sed* MVLIER *add.* B^2 *et* LIER *in ras. idem J, nisi quod om.* MVLIER 433. preterbitas *B, sed posterior* r *ex* b *ut vid.* ędis *BZ.* ędes *JF* 434. hic *om. B: cf. Pseud. v. 599* habitas *J* Plothenius *Petitus.* platenius *10 litt. spatio praemisso B. idem Z.* platemus *JF* 435. Per. *praem. JFZ* sum *JFZ* *Post* caue *2 litt. (fort.* at*) eras. B* ad me rettuleris *Brugmanus l. s. s. p. 19.* admeretuleris *B, sed* ad *add. et* s *e* t *ut vid. corr.* B^2. adme retulit *J.* ad me retulit *FZ* 436. Per. *om. hoc loco JFZ* adolescens *libri* queritas *B* 437. commonstrasso B^2JZ. commostrasso *F.* commonstrauero *B* abste *B* 438. ornatus *Geppertus* ꝓmerui *ex* p̄merui *ut videtur* B^2 439. omnes *Z* deceat agere deceat *B.* deceat agere *Z* 440. reperisti *J* adolescens *libri* 441. utpostulas *B.* ubi postulas *F* 442. si deterior *Bothius. Brugmanus l. s. s. p. 51* predicat *B* 443. duellis, illae *Ribbeckius. Loewius.* deillius illae *B.* de illius illę *J. Priscianus.* de illius ore *FZ.* ore *quod etiam Halberstad. Prisc. sup. vers. habet mera est interpolatio* sunt *F* sordidę *B* ordine (t sordide *sup. vers.*) *J* *V. 444—447 quos post v. 430 habent libri huc transposui: cf. Anal. Plaut. p. 112: post 455 Acidalius. quamquam nondum omnia recte habere concedo. an vetus additamentum sunt v. 442—443 perincommodi?* 444. hęc *J* stulticia est *J.* stultia st *B* uicio *B* 445. inadulescentia *B. om. hoc loco JFZ* 446. *Ab initio 11 litt. spat. B*

Quom mílitabam: púgnis memorandís meis
Erádicabam hominum aúreis, quando occéperam.
Sed istúm quem quaeris Périphanem Plothénium,
Ego súm, si quid vis.

MILES

Quémne in adulescéntia
Memoránt apud reges ármis, arte duéllica
Divítias magnas índeptum?

PERIPHANES

Immo si aúdias
Meas púgnas, fugias mánibus dimissís domum.

MILES

Pol égo magis unum quaéro, meas quoi praédicem,
Quam eúm, qui memoret suás mihi.

PERIPHANES

Hic non ést locus.
Proin tu álium quaeras, quoí centones sárcias.

---

cum *BJ* *Alii interpungunt sic:* in adulescentia. quom *e. q. s.* 447. hominum adulescentiam *JFZ. cf. v. 445* aureis *JFZ.* aures *ex* aureis B^2 acceperam, *sed* o *sup. vers. (*occ.*)* *J* 448. queris *BJ* periphanen *BJ. cf. v. 358* platenium *(*e *ex* a *corr.)* *B.* platemum *J. cf. v. 434* 449. siquid uis *B.* si uis quid *J* quemne *Acidalius.* nempe quem *libri.* nempe *Bothius,* quem *in versu 450 collocato:* quem apud reges memorant *e. q. s.* inadolescentia *BJ* 450. *Cf. v. 449* *Accedit A inde ab hoc versu, qui talis est:* M . . . . PU . . . . . . ẠRMỊSARTEḌUELLICA 451. DỊỤỊṬỊẠS *A.* diuicias *B* MẠGṆẠṢ *A* ỊṆḌẸPṬỤṂ *A, ut videtur.* indēptum *B.* ademptum *J.* adeptum *FZ. cf. Anal. Plaut. p. 103* PERIPHANES *in 11 lit. spat. B* ỊMMOSỊ *A* *Post* audias *eras.* meas pugnas *B* 452. FUGIAṢMANỊḄUṢḌỊ*(vel* ḌẸ*)*MỊṢSỊSDỌMUM *A.* fugias manibus demissis demum *BJFZ, nisi quod* domum *JF.* manibus dimissis *esse scribendum, non* pedibus dimissis *cum Gepperto, apparet ex Pseud. v. 841 sqq.* demissis *defendit Dousa* 453. polego *J* MAGỊS *A. an* mage? ỤNUM *A.* illum *Kochius Em. Plaut. p. 8* queṛo *J.* quero *B* MẸẠSCỤỊPRẠEDICEM *A* cui *BJ.* prẹdicem *B* 454. QUAṂẸỤṂQUỊ *A, ut ex spatiis licet conicere.* quam illum qui *BJFZ* MEMỌRET *A* MỊKỊ *A* 455. PROIN *A. Camerarius.* quin *B, sed* in B^2 *in ras.* quin *JFZ* queras *BJ* CUỊ *A. idem BJ* CẸNTỌṆES *A* sarcias *Lambinus. Meursius. cf. Lucil. XXVIII v. 45 M.* FARCIAS *A. idem FZ.* fartias *B.* faruas *J*

MILES

Animum ádvorte, ut, quod ego ád te venio, intéllegas:
Meam amícam audivi té esse mercatum.

PERIPHANES

Áttatae!
Nunc démum scio ego hunc quí sit: quem dudum Épidicus
Mihi praédicavit mílitem. adulescéns, itast,
Ut dícis: emi.

MILES

Vólo te verbis paúculis,
Si tíbi molestum nón est.

PERIPHANES

Non edepól scio
Moléstum necne sít, nisi dicis quíd velis.

MILES

Mi illam út tramittas, árgentum accipiás: adest.
Nam quíd ego apud te véra parcam próloqui?
Ego illám volo hodie fácere libertám meam,
Mihi cóncubina quaé sit.

PERIPHANES

Te absolvám brevi:

---

456. ANIMUMADUORTE *A, sed* U *poster. sup. vers.* animum ad uorte *B* EGO *A* adte *B* ADUENIO *A* INTELLEGAS *(vel* INTELLIGAS*) A.* intelligas *JF* 457. TE *A* attate *B.* atat *JZ.* at at *F* 458. nunc *om. F* DEMUM *A* epidicus, *sed* p *ex* st, *ut videtur, B* 459. *Ante* mihi *26 litt. spat. B, sed vix quidquam videtur intercidisse* PRAEDICAUIT *A.* predicauit *B* MILITEM *A* ADULESCENSITAST *A.* adulescens ita est *B*² *in ras.* adolescens est *J* 460. ut dicis emi. MIŁ ***B*² *in ras.*** 461. ***Ab initio 10 litt. spat. B*** nonst ***B*** PERĪ ***in*** *12 litt. spat. B* *Post* est *person. om. JF* 462. Per. *praemittunt JF* necne sit nisi *Studemundus Stud. vol. I p. 218.* NECNESITNIKIL *A.* non est nisi *BFZ, nisi quod* non *om. F.* non est *(lacuna)* nisi *J.* an non est nisi si *Bothius duce Rostio Opusc. vol. I p. 165.* mihi non est nisi *Pylades.* non est mihi si *Camerarius* QUODUELIS *A.* quod uelim *Dousa* 463. mihi *libri cum A, nisi quod* michi *J* ILLAM *A* transmittas *F* ADEST *A praemisso spatio.* habeas *sine spatio JFZ, praemisso* PRĪ *et sequente* MIŁ *B* 464. vera *Gz.* UERBA *A. om. BJFZ.* verum *Geppertus in corrigendis* PARCAM *AB.* parem *JFZ* 465. UOLOKODIE *A.* hodie uolo *BJFZ* FACERE *A* liberam *F* 466. QUAE *A.* quę *BJ* SITTE *vel* SIT# *A* ABSOLUAM *A.* ab soluam *B*

Argénti quinquagínta mihi illa emptást minis:
Si séxaginta míhi dinumerantúr minae,
Tuas póssidebit múlier faxo férias,
Atque íta profecto, ut eam éx hoc exonerés agro.

MILES

Estne émpta mihi istis légibus?

PERIPHANES

Habeás licet!

MILES

Concíliavisti púlcre.

PERIPHANES

Heus foras edúcite,
Quam intróduxistis fídicinam. atque etiám fides
Ei quae áccessere, tíbi dono addam grátiis.
Age áccipe hanc sis.

MILES

Quaé te intemperiaé tenent?
Quas tú mihi tenebras trúdis? quin tu fídicinam

---

467. QUINQUAGINTA *A.* quinquaginta *ex* quinqua ginta *B* MIKI *A* empta est *libri cum A* nimis *J* 468. si *add. B*[2]. *om. JFZ* SEXAGINTA *A* dinumerantur *F.* DI(*vel* DE)NUMERANTUR *A.* denumerantur *BZ.* denumerentur *J* minę *B.* mine *J* 469. post sedebit *Acidalius coll. Capt. III 1, 8.* pol sedebit *Bothius* MULIERFAXOFERIAS *A* serias *miro modo Dousa* 470. Mil. *praem. JF* ITAPROFECTO *A* profesto *Classenus apud Jacobum* U . . . . ONERES *A* exhoc *B* exhoneres *J* AGRO *A.* agyo *B.* agro *J, sed* † auro *sup. vers.* 471. Per. *praemittunt JF* ESTNEMPTA *A.* est ne empta *J* MIKI *A.* mihi hęc *JFZ.* tibi haec *B.* haec mihi *Bothius* ISTISLEGIBUS: *A.* istis legibus? PERI *B. person. om. JF, praemittit ante* istis *Z* *Cf. Ribbeckius praef. trag. p. XIV* KABEAS *A* LICET *A* 472. Mil. *om. BJF. Bothius* CONCILIAUISTI *A* PULCKRE: *A.* pulchre Per. *Z.* pulchre *sine person. spat. BJF* FORASEDUCITE *A.* foras educito *Camerarius* 473. INTRODUXISTIS *A.* intro duxistis *B.* introduxisti *Camerarius* FIDICINAMATQ· *A* ETIAM *A.* ętiam *B* FIDES (*vel* FIDIS) *A* 474. eique *JZ* ACCESSERE *A.* accersere *F* TIBI *A* tibi dono addam *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 767.* tibi addam dono *libri cum A.* addam tibi dono *Engerus de prosod. p. 10* GRATIIS *A.* gratis *ex* gratiis *B*[2]. gratis *J, sed sup. vers.* † tiis. gratis *FZ* *Insequens versus in A scripturam non continet* 475. Mil. *om. J* QUAETEINTEMPERIAE *A, atque ita Saracenus.* quae intemperię *B.* quę intemperię *J. idem FZ.* quae intemperiae te *Camerarius* 476. tenebras trudis *B, sed* tr *B*[2] *in ras.* TENEBRASTRIDIS *A, ut videtur.* tene-

Intús iubes prodúci?

PERIPHANES

Haec ergost fídicina.

Hic ália nullast.

MILES

Nón mihi nugarí potes:

Quin tu húc producis fídicinam Acropolístidem?

PERIPHANES

Haec ínquamst.

MILES

Non haec ínquamst. non novísse me

Meam rére amicam pósse?

PERIPHANES

Hanc, inquam, fílius

Meus déperibat fídicinam.

MILES

Haec non ést ea.

PERIPHANES

Quid? nón est?

MILES

Non est.

PERIPHANES

Únde haec igitur géntiumst?

Equidem hércle argentum pro hác dedi.

MILES

Stulté datum

---

bras cudis *Z* tenebras *idem esse quod* terebras *(ita Scaliger, fortasse coll. Bacch. V 2, 82) monet Buechelerus Nov. ann. vol. 105 (a. 1872) p. 113* 477. intus iubes produci *Brugmanus l. s. s. p. 9.* PRODUCIINTUSIUBES *A.* *idem BZ.* perduci intus iubes *JF.* intus produci iubes *Geppertus* Per. *om. FZ* KAEC *A* ergo est *BJ cum A* FIDICINA *A* *Post* fidicina *3 litt. spat. B* fidicina? Est *F* 478. ALIA *A* nulla st *B.* nulla est *J.* Per. Nulla est *F* 479. hic *Z* cropolistidem *BJZ.* exopolistidem *F.* A *add. in B Camerarius* 480. inquam est *utroque loco BJ* hęc *J* ME *A* 481. MEAM *A. Pius.* eam *BJFZ* recte *Z* posse] ESSE *A, sed prima et quarta litterae utrum* E *an* I *fuerint incertum* hanc inquam deperibat *J* filius *ex* fidicinā *B* 482. deperibat *B, sed* e *post* i *eras. om. hoc loco J* EST *A* 483. hęc *J* GENTIUMST *A.* gentium est *BJ* *V. 484—490 tractarit Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 251* 484. PRO *A* dedi *B, sed* i *in ras.* B^2 stulte *ex* stultē *B*

Reór, peccatum lárgiter.

PERIPHANES

Immo haéc east.

Nam sérvom misi, quí illum sectarí solet,
Meum gnátum: is ipse hanc déstinavit fídicinam.

MILES

Em istíc homo te articulátim concidít, senex,
Tuos sérvos.

PERIPHANES

Qui concídit?

MILES

Sic suspítiost:
Nam pró fidicina haec cérva subpositást tibi.
Senéx, tibi os est súblitum plane ét probe.
Ego illám requiram iam úbiubist.

PERIPHANES

Bellatór, vale!
Euge! eúge! Epidice! frúgi's: pugnastí bene,

---

485. reor et *BJFZ* PECCATVMLARGITER *A* *Versum corruptum esse contendit Muellerus Plaut. Pros. p. 633, inter alia* certo *pro* immo *proponens* haec ea est *J.* haec ea ea *F.* KAECEST *A* 486. seruon *F.* seruum *B cum A* QUIILLVM *A.* qui *praemisso 12 litt. spatio B. utraque voce omissa lacunam indicat JZ, non indicat F* SECTARI *A.* sectarier *Camerarius* 487. ISIPSE *A.* ipse *BJFZ* KANCDESTINAVIT *A.* hanc . . . . . . fidicinam *JZ. lacunam om. F.* hanc fidicinam emit fidicinam *(del. B^2) B. post* emit *12 litt. spat., ubi* MIŁ *a man. 2 script. et delet.* hanc meo articulo emit fidicinam *Pius, unde pendent commenta Gulielmii, Bothii, aliorum* 488. EMISTIC *A.* hem istic *BJFZ* ARTICVLATVM *A.* articulatin *Z* CONCIDIS *A* 489. tuus *libri cum A* SERVVS *A. idem BJ* quid *BJZ* MIŁ Sic suspiciost *B^2 in ras.* suspicio est *J.* SVSPICIOST *A* 490. nam pro *B^2 in ras.* profidicina *J.* pro fididicina *B* cerua *om. BJFZ* SUBPOSITAEST *A.* subposita est/ *(fort.* o *er.) B.* supposita est *JFZ* 491. SENEXTIBI *A* SVBLITVM *A.* sulitum *B, sed* i *ex* a *corr. B^2* 492. Per. *praemittunt BZ* illā *ex* illa *B^2* IAM *A* ubi ubi est *libri* Per. Bellator *Gz.* bellator *BJFZ cum A* *Periphani tribuunt totum versum editorum plerique, militi Camerarius, Guyetus, Bothius* 493. EVGAEEVGAE *A.* euge frugi ' *(1 l. er.) B.* euge *sup. vers. add. Camerarius.* euge frugi *F.* euge fruge *JZ* epidici *F* FRVGIES *A. idem J.* frugi es *ex* frugist *B* pugnasti *B. corr. in* pugnauisti *Camerarius* bene *Gz exempli causa.* homo es *libri cum A (nisi quod* homines *F), quod ad* frugi *ascriptum puto.* curasti probe *Muellerus Plaut. Pros. p. 521.* nugacissume *Umpfenbachius Philol. vol. 32 (a. 1873) p. 668.* pugnasti καλῶς *Loewius*

Qui me émunxisti múcidum minumí preti.
Mercátus te hodie est dé lenone Apoécides?

FIDICINA

Fando égo istuc nomen númquam audivi ante húnc diem,
Neque mé quidem emere quísquam ulla pecúnia
Potuít: plus iam quinquénnium sum líbera.

PERIPHANES

Quid tíbi negotist meaé domi igitur?

FIDICINA

Aúdies.
Condúcta veni ut fídibus cantarém seni,
Dum rém divinam fáceret.

PERIPHANES

Fateor me ómnium
Hominum ésse Athenis Átticis minumí preti.
Sed tú novistin fídicinam Acropolístidem?

FIDICINA

Tam fácile quam me.

PERIPHANES

Ubi hábitat?

FIDICINA

Postquam líberast

494. EMUNXISTI *A* MUCCIDUM *A* MINIMI *A*. *idem BJFZ* preci *B*. precii *JFZ* 495. *Ante* mercatus *1—2 litt. spat. B* MERCATUM(*vel minus probabiliter* MERCATUN)ESTTEKODIEESTLENONE *A* delenone *B* APOETIDES *A*. apoetides *J* 496. fando *Geppertus*. FANDUM *A*. eandum *J*. eandem *Z*. eundem *F*. ehodum *B*, *sed* e *e corr. et* ho *in ras. B*², *unde probabile fit ante rasuram* eandum *exstitisse* ego *om. JF* istuc nomen *Bothius coll. Capt. III 4, 101.* istunc hominem *libri, nisi quod* ISTUNCKOMINEM *A et* nc (istunc) *ex* m *B* unquam *Z* 497. MEEQUIDEM *A* quis quam *B* 498. quinquennium sum libera *R. Muellerus de Pl. Epid. p. 53 et Muellerus Plaut. Pros. p. 4. idem iam proposuerat Fleckeisenus krit. Misc. p. 17, praelata tamen librorum scriptura hac:* sum libera quinquennium (QUINQUENNIUM *A*) 499. TIBI *A* NEGOTIST *A*. negotii est *BJ* meę *BJ* adies *B*, *sed* u *sup. vers. add. B*² 500. conductam *Z* UTFIDIBUS *A* cantare, *sed utraque* a *ex* o *ut vid. B*. cantarē *B*³ 502. ESSE *A* minimi *libri cum A* preti *ex* preci *B*. precii *J* 503. nouistin *JZ*. nouisti *BF*. PROBISTEIN *ut vid., A* MULIEREMFIDICINAM *A* ACROPOLISTIDEM *A*. cropolistidem *BJZ, nisi quod* A *add. in B Camerarius.* exopolistidem *F* 504. postquam *omissa persona, 2 litt.* (po *ut vid.) rasura et spatio 13 litt. praemisso B* LIBERAST *A, Pylades:* liberta est *JF*. libertast *Z*. uberta st *B*

Ubi hábitet dicere ádmodum incerté scio.

PERIPHANES

Eho, an líbera illast? quís eam liberáverit,
Volo scíre si scis.

FIDICINA

Íd quod audivi, aúdies:
Stratíppoclem aiunt, Périphanai fílium,
Abséntem curavísse ut fieret líbera.

PERIPHANES

Perii hércle, si istaec véra sunt, planíssume.
Meum exénteravit Épidicus marsúppium.

FIDICINA

Haec síc audivi. númquid me vis céterum?

PERIPHANES

Maló cruciatu ut péreas atque abeás cito.

FIDICINA

Fidés non reddis?

PERIPHANES

Néque fides neque tíbias.
Propera ígitur fugere hinc, sí te di amant.

FIDICINA

Ábiero:

---

505. habitet *ex* habitat B^2. habitat *Z* DICEREADMODUM *A*. dum *BJFZ* incerto *BZ* 506. EKOANLIBERAILLAEST *A*. ehoani *omissa persona, sed praemisso spatio et sequente lacuna 11 litt. B.* ehe ani *lacuna relicta J.* eho an *om. spatio FZ, nisi quod* eo *Z* Quis eam *B, sed* Q *addita a manu tertia.* uis eam *J.* aliquis eam *Z* liberauerit *Z.* liberauerit, *sed* erit *ex* i *m. 3 ut videtur add. B.* liberauit *JF cum A* *De verborum structura cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 161. 180* 507. FIŎ *add.* B^3 *ut vid.* AUDIUIIAM *A* AUDIENS *A* 508. STRATKIPPOCLEN *A.* stratippoden *B.* stratiphoclen *J.* stratiphoclem *FZ* AIUNT *A. idem Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 767. om. BJFZ* Periphanai *Bothius.* PERIPKANI *A. idem BFZ.* perifani *J* 509. UTFIERETFILIA *A*

510. PERI *A* istec *J* Planissume *praem. pers. spatio B.* planissime *sine spatio JZ. idem F* 511. meum meum *J* exenterauit B^3 *ut vid. ex* ex intrauit. exinterauit *J.* exinterare *Petronius saepius* EPIDICUSMARSUPPIUMEPIDICUS *A.* epidicus marsupium *J* 512. NUNCSIQUIDUISME *A* ceterum *BJ* 513. UTCRUCIATUUT *A* obeas *JFZ* CITO *A* 514. NEQ· *A.* neque, que *e corr., B* 515. PROPERASIS *A* TESI *A* DIAMANT *A.* dii amant *JF* ABIERO *A*

Flagítio cum maióre post reddés tamen.

PERIPHANES

Quid núnc? qui in tantis pósitus sum senténtiis,
[Eamne ego sinam inpune? immo etiam si alterum
Tantum perdundumst, perdam potius quam sinam
Me inpune irrisum esse habitum, depeculatum]
Ei seíc data esse vérba praesentí palam!
Ac mé minoris fácio prae illo qui ómnium
Legum átque iurum fíctor, conditór cluet.
Is étiam sese sápere memorat: málleum
Sapiéntiorem vídi excusso mánubrio.

---

516. MAIORE *A* tamen *B, sed* n *in* m *corr.* *B*² *ut vid.* 517. QUINUNC *A* QUINTANTIS *A (perdubia* N *priore).* qui intantis *BJ.* in tantis *F* POSITUSSEIS *A.* potitus sum *Jacobus, deleto* in *et* tantis *in* tot *mutato. idem servato* tantis *et* i *correpta Lindemannus Nov. ann. vol.* 19 *(a.* 1837*) p.* 167 SENTENTEIS *A* *Post hunc versum intercidisse nonnulla suspicatur R. Muellerus de Pl. Epid. p.* 18 *V.* 518—520 *absunt ab Ambrosiano, qui cum legitimo metro careant cum Gepperto non dubito quin interpolati sint: cf. Anal. Plaut. p.* 93. *ceterum v.* 520 *delevit iam Guyetus* 518. eam ne *J.* eum ne *B.* eumne *Pius* impune *J* et si *F* 519. perdundum st *B.* perdundum est *J* pocius *J* qua *B* 520. impune *J* irrisui *Lambinus* depecŭlatui *Buechelerus de decl. p.* 56 hodie ínrisu habitum, dépeculatú, meis *Bothius, transpositis nonnullis et aliis resectis* 521. eis sic *BJFZ.* mei sic *Buechelerus l. s. s.* ESSE *A* presenti *B* 522. ac *Bothius.* atque *libri cum A.* sed *Muellerus Plaut. Pros. p.* 437, *ubi totum locum (v.* 517—525*) esse corruptissimum affirmat* MEMINORIS *A. idem Pylades.* memineris *BJZ.* memineis, *sed* a *sup.* ei *F* FACIOFACIO *A* prẹ *J.* pro *B* ILLỌ *A.* illọ *J* 523. iurum *ex* uirum *B.* uirum *J.* iurium *F* CONDICTOR *A* *Iambus quinti pedis quomodo excusari possit dicit Luchsius Studemundi Stud. vol. I p.* 55, *ubi tamen simul de transponendis vocibus cogitat* elucet *F* 524. se se *J* SAPERẸ *A* 525. sapientiorem *(3 litt. eras. et 20 litt. spat.)* manubrio *B, sed* u *in* i *corr. et in fine* mulier *eras.* sapientior est *(hoc loco lacuna)* manubrio mulier *J. dein sub finem versus* MVLIER. *fere idem FZ* *In Ambrosiano sub* EXCUSSO *intra hunc et sequentem versum qui vacuus est minoribus litteris non prima manu scriptum est* PERIPKANES

ACTVS IV

PHILIPPA. PERIPHANES

PHILIPPA

Sí quid hominist míseriarum, quód miserescat míser ex animo,
Id ego éxperior, quoí multa in únum locúm
Cónfluont, quaé meum péctus pulsánt simul.
Múltiplex aérumna exércitam méd habet.

Act. IV Sc. 1 MULIER PERIPHANES *FZ. sine ullo intervallo priori scaenae adnectunt BJ: sed cf. v. 525. de A cf. v. 525 Numeri huius scaenae dubitationis pleni: tractavit v. 526—545 Lindemannus Nov. ann. vol. 19 (a. 1837) p. 168 satis infeliciter: nec felicius opera cessit Crainio v. 1—5 restituenti Annal. gymn. vol. 20 (a. 1866) p. 869*

Dolendum est in Ambrosiano pleraque esse incertissima. eruit autem Loewius haec: primi pag. 191 versus initio SI *et sub finem* ER *(*miser*), ut vid., secundi principio* ID, *v. 3—5 (quorum 4 et 5 initio vacui ut vid.) nihil nisi* P *(*multiplex?*), in 4 eo fere loco, ubi in 6 punctum: initio sexti* N *et post 7—8 litteras supra versum punctum, quo litterae deleri solent, v. 7* NEQ· *post spatium, quo* itagnatameahostiumestpotita *continetur, et in fine* SCIO *ita distans, ut etiam* eanuncubisit *nimium esse videatur, v. 8* QU *et* PERE *et* UENIENS, *congruentibus spatiis cum* isillaecestmuliertimidopectore *et* gread, *v. 9 initio* .... IPS *et in fine* CIS, *v. 10 initio* PE *et sub finem* AE *(*haec?*), v. 11 ubi nihil apparuit, exitus versus 535 scriptus erat. de v. 12, ubi 536, cf. infra. Apparet 527—530 quattuor versus occupasse* 526. *Personarum notae in B sunt aut* MVLIER *et* SENEX *aut* MVŁ, MŁ *et* SEÑ siquid *BJ* homini est *Bothius.* est homini *BZ.* homini *JF* miser *om. Z* ex animo *Lambinus.* ex animo st *B.* ex animost *Z.* ex animo est *JF. in* est *latere* em *suspicatur Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 389, iungens cum sequentibus* 527. *Bacchiacum feci tetr. catal. exemplar secutus Lachmanni et Ritschelii. creticos discripserunt Spengelius T. Macc. Plaut. p. 222 (*id ego iam*), Crainius l. s. s. (*experior quoi iam*), Muellerus Plaut. Pros. p. 624 (*experior domi *et* multa quoi unum in locum*)* cui *BJ* inunum *B* 528. confluunt *BJ* quę *J* 529. aerumna exercitam med *Geppertus.* erumnam exercitam habet *BJFZ, nisi quod* erumnā *B: unde* aerumna *primus emendavit Pius,* aerumna me *Gulielmius,* aerumnam med *Bothius, sed verbis sic positis:* mult. med h. ae. ex. *Miserrimum octonarium trochaicum finxit Crainius adscito* paupertas pavor *et clausula submissa*

Paupértas, pavór territát mentem animí.
Neque úbi meas spes cónlocem habeo úsquam munitúm locum:
Ita gnáta mea hostiúmst potita néque nunc ubi sit néscio.

PERIPHANES

Quis illaéc est timido péctore quae péregre adveniens ípsa se
Miserátur?

PHILIPPA

In his dictúst mihi locís habitare Périphanes.

PERIPHANES

Me nóminat haec: crédo ego illic hóspitio usus meó venit.

PHILIPPA

Pérvelim mercédem dare, qui mónstret eum mi hominem aút
ubi habitet.

PERIPHANES

Nóscito ego hanc: nam vídeor nescio úbi vidisse míhi prius.

---

533. *Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos I 89 (p. 449, 24 K.) de soloecismo agens:* ... Plautus 'sed quis illaec mulier est' pro 'sed quae illaec'. *Cf. Mil. Glor. v. 311 et huius fab. v. 620*

---

530. mei animi *Geppertus. non recte: cf. Cistell. II 1, 5* 531. meas spes collocem *Jacobus.* meas collocem spes *libri.* spes collocem meas *Bothius* 532. mea gnata *Muellerus Plaut. Pros. p. 327* hostium st *B, sed* st *post* potita *lineola usus ponit Camerarius.* hostium est *J.* bominūst *Z* neque nunc *(s. v.)* ubi sit nescio *J, Bothius. cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 335.* neque ea nunc ubi sit nescio *BFZ, nisi quod* nunc *post* nescio *F. de A vide supra* 533. sed quis *Marius Plotius* illęc *J* est *Gz.* est mulier *BJFZ.* mulier est *Marius Plotius* quae peregre adveniens *Gz.* peregre adueniens quae *BJFZ, nisi quod* s *ut videtur post* adueniens *eras. B et* quę *J* *Post* ipsa *6 litt. eras. B* est *F* *V. 534–539. De J cf. praef.* 534. miser[a]etur *B.* misereatur *F* dictus est *J* mihi locis habitare *Bothius nisi quod* habere. locis habitare mihi *BJFZ* 535. hęc *J* illic *Muellerus Plaut. Pros. p. 58.* illi *BJFZ* hospicio *J* meo venit *Lindemannus l. s. s.* inuenit *BFZ.* venit *Pius. Scaliger.* evenit *Lambinus*

536. PER.......... DEM.... QUIMONSTRETEU..... KOMINE *Ã. exitus in sequenti versu positi dispici potuit* UB per uelim *B, sed* r *sup. vers.* mihi *libri* *Verba* aut ubi habitet *in J iam non legi possunt*

Versus structura paullo durior est: quam qui ferri posse negat, cum Beckero Studemundi Stud. vol. I p. 191 sq. aut *delebit vel in* hic *mutabit* 537. *A: NO et in fine:* SSEPRIUS vidisse mihi *Lindemannus l. s. s.* me uidisse *BJFZ.* vidisse me *Bothius, quod non defenditur exemplis dudum correctis* *Post* prius *litterae vel apicis rasura in B*

Éstne ea annón east, quam ánimus retúr meus?

PHILIPPA

Dí boni! vísitavi húnc ego umquam ántidhac?

PERIPHANES

Cérto east, quam in Epidaúro memini mé pauperculám conprimere.

PHILIPPA

Pláne hicinest is, qui ín Epidauro prímus pudicitiám mihi pepulit.

PERIPHANES

Quaé meo conpréssu peperit fíliam, quam dómi nunc habeo.
Quíd si adeam . . .

PHILIPPA

Hauscio án congrediar . . .

---

543. *Nonius p. 473, 12:* congredias. Plautus in Epidico: ʻquid si adeam? aut sicia an congredias si hoc est'

V. 538–541 octo versus (p. 191, 15–19 et 192 1—3) in A occupavisse videntur, quamquam perincerta res est. Cogitavit autem Loewius de hac distributione: 191, 15 estneeaannoNeaSt *(ad* NEAST *pertinere videntur* N *litterae reliquiae dubiae et* S *certa), 16* quamanimusreturmeus, *17* diboniuisitaui, *18* antidhac=certeeast, *19* QUaminepidauropauperculammeminicomprimeRe *(*QU *remotum ab initio quod vacuum: et in fine parvula* R *quae sat dubia), 192, 1* plane *et 2* hicilleest *(similis discriptio p. 313, 11 et 12; 314, 15 et 16): 192, 3* ...MIKIN *et reliqua ut infra. Quamquam plura ibi olim scripta fuisse cum spatii prolixitas tum versus 540 in BJ lacuna indicant* 538. est ne *BFZ* annon ea est *Bothius.* an non est *B.* annon est *F.* an nun *Z* 539. Mul. *om. JFZ* dii *J* hunc ego umquam *addidi. om. BJFZ, sed lacuna 14 litt. relicta BJ* Antidhac *(non* antidhac*) B.* antehac *F* 540. Sen. *om. JFZ* east *B sequente circa 25 litterarum spatio.* ea est *cum lacuna J, sine lac. FZ* memini me pauperculam *Gz.* pauperculam memini *BJFZ* comprimere *J* 541. MVLIER *praem. B in 13 litt. spatio* hicinest is *Gz.* hici// ne est *B, de quo cf. Studemundus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 70.* hiccine est *JFZ.* hic ille est *Camerarius* *A p. 192, 3:* ...MIKIINEPIDAVRO *(secuntur 4–5 litt. reliquiae)* PRIMVSPVDI..........LIT qui *Bothius.* qui mihi *BJFZ* inepidauro *B* pudicitiam mihi *Bothius.* pudicitiam *BJFZ*

542. *A medio v. ab initio remoto, si a BJ non discrepabat:* RESSVPEPERITF quę *J* comprimere *BJ* 543. *A:* QUIDSI Mul. *praem. BJFZ* ad eam *J* haud scio *BJFZ.* aut sicia *Nonius* *Personas ita distribui. Periphani dant* haud scio an — east *BJFZ* ancongre-

PERIPHANES

Si haéc east?

PHILIPPA

Si is ést homo.

Sícut anni múlti dubiam mé dant, animi péndeo.

PERIPHANES

Lónga dies meum incértat animum: sí east quam incerte aútumo,

Hánc congrediar ástu.

PHILIPPA

Muliebrís mi adhibenda málitiast.

PERIPHANES

Cónpellabo.

PHILIPPA

Orátionis áciem contra cónferam.

PERIPHANES

Sálva sis.

PHILIPPA

Salútem accipio mi ét meis.

PERIPHANES

Quid céterum?

---

545. *Nonius p. 123, 29:* incertat, incertum facit .... Plautus Epidico: 'longe .... animum'

---

diar *B.* an congredias *Nonius* hęc *J* ea est *BJ* si hoc est *Nonius* si is est homo *Geppertus.* sin est is homo *BZ.* sin is est homo *J.* sin is homo est *F* *Versum ita conformavit Kiesslingius Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120:* Phil. Quíd si adeam, si is ést homo? Pe. Haud scio án congrediar, si haéc east 544. *A:* SIỤCUTANNIMỤLTỊ *et post 7 fere litt. spatium* L: *exitus cum proprium versum (p. 192, 8) obtinuerit, supplementum supra receptum non explet spatium* dubiam me dant, animi pendeo *Gz.* de ubi andant *B.* dubiam dant *JFZ.* me dubiam dant *Camerarius.* me dubiam danunt *Gruterus, Bergkius ind. Hal. 1867 p. 8* 545–547. *Mira protulit de his versibus Spengelius T. Macc. Plaut. p. 150* 545. 546. *A: 192, 9* ..F..MO *initio,* S *et reliquiae incertae in fine. 192, 10* MỤL .... KIḄENDAM *initio (in lacunam* IERIS *melius quam* IEBRIS *quadrat)* meum animum incertat *J.* animum incertat meum *F.* me incertat animi *Muellerus Plaut. Pros. p. 349* si *Geppertus.* sin *libri* ea est *JF* incerto *BJFZ* autumo *Camerarius.* animo *BJFZ* 546. mi adhibenda malitiast *Lindemannus l. s. s.* adhibenda mihi malicia nunc est *B.* *idem JFZ, nisi quod* malitia. nunc *delevit Jacobus* 547. *A:* COṂ*(vel* COṆ*)*P̣ELLAB *et sub finem* NTṚACOṆF *ita, ut* ⌗ *videatur locum non habuisse* SEN *om. B* compellabo *BJ* SENEX orationis *B* *Post* conferam *11 litt. spat. B* 548. *A:* SALUẠSEỊS⌗ṢALUTEMACÇIP̣IOM ....IS⌗QUỊḌCẸTEṚUṂ SEN *om. B* mihi *BJFZ*

PHILIPPA

Sálvos sis: quod crédidisti réddo.

PERIPHANES

Haud accusó fidem.

Nóvin ego te?

PHILIPPA

Si égo te novi, ánimum inducam ut nóveris.

PERIPHANES

Úbi te visitávi?

PHILIPPA

Inique iniúriu's.

PERIPHANES

Quid iám?

PHILIPPA

Quia

Tuaé memoriae intérpretari me aéquom censes.

PERIPHANES

Cónmode

Fábulata's.

PHILIPPA

Míra memoras.

PERIPHANES

Quíd nunc? em istuc réctiust:

Méministin?

---

549. *A:* SALUOSSISQUODCREḌỊDISTIRED *et in fine* USOFIDEṂ*: in lacuna* ⁑ *videtur excludi spatii ratione* saluus *BJ* 550. *A:* NOUINEGO *et in fine* AMỤṬṆỌUERIS MVŁ *praem. B, unde hoc versu et sequenti personae perpetuo mutantur* tu animum *Muellerus Plaut. Pros. p. 577* uti *BJFZ* 551. *A:* UBITEUỊSITẠUỊ⁑ỊṆỊQ iniurius *BJFZ* 552. *A:* TUAẸM *et in fine* DE tuę memorię *J* aequum *J.* ęquum *B* *Personae spat. pro nota, B* commode *BJ* 553. *Ita Gz. A:* FABULA*(*taesmir *ad lacunam quadrat)*AM . . . RAS⁑N *(circ. 8 litt.)* . . . STU . . . . . . US fabulata es *BJ* *Pers. spat. ut v. 552 B* at tu mira *Muellerus Plaut. p. 577.* mira ni me noris *Acidalius.* mire immemor es *Bothius Diar. antiqu. stud. a. 1841 p. 280, simul* quomodo | fabulata es? *commendans* quid nunc *om. BJFZ* Per. Hem. *JFZ.* MVŁ Hem *B, quo errore nixus* mulier *supplet Langrehrius Miscell. phil. ed. Gottingae a. 1876 p. 18, pro quo* Periphane *scripserat Bothius* rectiust *Geppertus.* rectius *libri.* tectius *Acidalius*
554. *Ita hunc versum scripsi, quem talem exhibet A:*

circ. 10 litt.

MEMINỊSTEỊN⁑IDMEMINI⁑Q--- ———— N . UEPỊḌẠURO

KAGUTTULA

PHILIPPA

Meminí.

PERIPHANES

Quid? meministi, ín Epidauro

PHILIPPA

A, gúttula
Péctus ardens mi ádspersisti.

PERIPHANES

Vírgini paupérculae
Tuaéque matri mé levare paúpertatem?

PHILIPPA

Tún' is es,
Quí per voluptatém tuam in me aerúmnam obsevistí gravem?

PERIPHANES

Égo sum: salve!

PHILIPPA

Sálva sum, quia te ésse salvom séntio.

PERIPHANES

Cédo manum.

PHILIPPA

Accipe! aérumnosam et míseriarum cónpotem
Múlierem retinés.

PERIPHANES

Quid est quod vóltus turbatúst tuos?

---

559. *Nonius p. 456, 21:* c o m p o t e m in bonam partem solum accipi putatur, cum et in mala positum sit. Plautus Epidico: 'c a e d o . . . . . a e r u m n a r u m . . . . . c o m p o t e m'

---

memini Per. id *JFZ.* id *post* memini *B.* *videtur* id *ad* quid *pertinere* meministi *addidi.* *Aliena hinc sunt additamenta Muelleri Plaut. Pros. p. 577* inepidauro *B* ah *BJF.* an *Z* 555. PETTUS *A* ARDENSMIKỊ *A.* *idem BZ.* mihi ardens *JF* ASPẸRSISTI *A.* *idem BJ* ⸗UIRGỊNI.......U... *A* pauperculẹ *J* 556. *A:* TUAEQ·MAṬRỊMELẸUAṚEPAUPER tuaeque *B.* tuęque *J* tum *pro* tun *J* 557. *A:* QUIPERUOLỤPṬATẸMTUAMIN per uoluptatem in *JF.* per tuam voluptatem in *Muellerus Plaut. Pros. p. 261.* tuam per vol. in *Bothius* me aerumnam *Camerarius.* mea erumna *JFZ.* mea aerumna *B* grauiter *JFZ* 558. *A:* ẸGOSUMSALUE⸗SALUASUM salvaen *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 767* esse saluum *BZ.* saluum esse *JF*

559. *A:* CEDOMANUM⸗ACCIPEAERUMN caedo *Nonius* ęrumnosam *B.* erumpnosam *J.* aerumnarum *Nonius* compotem *BJ* 560. *A:* MULIEREMRETỊNES⸗QỤIDẸSTQ*UOḌUU* quid est quod voltus

PHILIPPA

Fíliam quam ex té suscepi ...

PERIPHANES

Quíd eam?

PHILIPPA

Eductam pérdidi:

Hóstiumst potíta.

PERIPHANES

Habe animum lénem et tranquillúm: tace.

Dómi meae eccam sálvam et sanam. nám postquam audivi ílico

Éx meo servo illam ésse captam, cóntinuo argentúm dedi,

Út emeretur: ílle eam rem adeo sóbrie et frugáliter

Ádcuravit, út is ad alias rés est inpense ínprobus.

PHILIPPA

Fác videam, si méa, si salva méa sit.

PERIPHANES

Eho istinc, Cánthara!

---

turbatust tuos? *Gz.* quid (est *sup. vers.*) quod duo itus (*corr. in* vol tus *man. Camerarii*) te turbat tuus *B.* quid quod digitus te turbat tuus *JFZ, nisi quod* deturbat *F.* quid est quod voltus ita turget tuos? *Geppertus* 561. *A:* F....MQU....TESUSCEPI⁑Q Mul. *om. JFZ* exte *B* Per. *om. JFZ* MVLIER *in ras., ubi* Eductam pdidi *scriptum erat B* educatam *JF* 562. *A:* KOSTIUMESTPOTITA⁑KABEANIMUMLENEMETTRANQ hostium est *BJ* lenem, m *ex* ne/, *ut videtur B.* leuem *J* tace *Geppertus.* face *BJFZ* 563. *A:* DOMI........ECCAMSALUAMETSANAMNAMPO *et sequenti versu* AU.....L meę *BJ* etiam *F* ilico] Epidico *Acidalius* 564. *A sub medium versum:* ILLAMESSECAPTA captiuam *B* 565. *A:* UTEMERESURILLEEAMREMADEOSOBRIEETFRU 566. ACCURAUIT....ADALIASRES............PROBUS accurauit *BJ* ut alias res est *BJFZ, nisi quod in B post* res *addidit, post* est *scripsit et delevit Camerarius* Mr. *Idem* mulier *vel simile quid in margine paullo post* uis. ad alias res ut is est *Geppertus.* ad alias res etsist (*vel* tametsist) *Muellerus Plaut. Pros. p. 301* impense *BJ* improbus *BJ* 567. *Hunc versum scripsi cum Studemundo in Stud. vol. I p. 39, ubi haec coniciendo ex A elicuisse fertur. Loewio praeter* FACUIDE *initio et* NTKARA *in fine visum est paullulo plus quam* amsimeuisuiuere⁑ehoistincca *locum habuisse* si me uis SEN̄ Eho istinc canthara *B.* sit ne. Per. Eho statim cantharai *JF, nisi quod* cantari statim *F.* si me Per. Eo cantara statim *Z* *Non recte tractaverunt hunc versum Lachmannus ad Lucr. p. 406, Fleckeisenus krit. Misc. p. 19, Buechelerus de decl. p. 9, Muellerus Plaut. Pros. p. 7,* iube *ex sequenti versu adsciscentes*

Iúbe Telestidem húc prodire fíliam ante aedís meam,
Út suam videat mátrem.

PHILIPPA

Remigrat ánimus nunc demúm mihi.

ACROPOLISTIS. PERIPHANES. PHILIPPA

ACROPOLISTIS

Quíd est pater, quod me éxcivisti ante aédis?

PERIPHANES

Ut matrém tuam
Vídeas, adeas, ádvenienti dés salutem atque ósculum.

ACROPOLISTIS

Quám meam matrem?

PERIPHANES

Quae éxanimata exséquitur adspectúm tuom.

PHILIPPA

Quís istaec est, quam tu ósculum mihi férre iubes?

PERIPHANES

Tua fília.

PHILIPPA

Haécine?

---

568. Telestidem *G. Valla. Camerarius.* ACROPOL . . . . . DEM *A.* acropolistidem *B.* cropolistidem *JZ. cf. R. Muellerus de Pl. Epid. p. 12 et Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 39* huc *om. BJFZ* PRODIREFILIAM . . . . AEDIS*(vel* AEDES*)* MEA͂ *A* edis *B.* edes *JF* 569. REMICAT*(vel minus prob.* REMIGAT*)*AN . . . . DEMUM *A* michi *J*

Act. IV Sc. 2 PERIPKANES *A medio versu: insequens versus scripturam non continet.* FIDICINA· PERIPHANES· SENEX MVLIER *B.* FIDICINA PERIFANES SENEX MVLIER *J* *Personarum notis primae scaenae (B) adde* FIDICINA *vel* FIDICIN̄ *(*FIDIC̄*)* 570. QUID *A* EXCIUISTI *A.* ex ciuisti *B* DIS#UTMAT *quadrat in A ad lacunam quae est inter* AE *et* REMTUAM edes *J* 571. *Initium in A legi non potuit* advenienti *Camerarius.* uenienti *BJFZ* DESSALUTEMATQ·OSCULUM *A* 572. QUAMM *A. cetera usque ad* EXANIMATA *legi non potuerunt* quę *BJ* ex animata *B.* examinata *Z* exseqtur *B, sed* seq *in 3—4 l. ras. B*[2] aspectum *BJ* EXSEQUITURASPEC *et proprio versu* TUMTUUM *A* tuum *BJ* 573. *A in fine:* *FERREIUBES*#*TUA*FILIA que *F* istęc *J* mihi ferre *(prior* r *sup. vers. B*[2]*)* iubes *B.* mihi dare iubes *Muellerus Nachtr. p. 15*
574. *A:* *LUM*KUICDEM#QUORNO͂ *et proprio versu* QUAEEXTENATASIT haeccine *B.* heccine *J*

PERIPHANES

Haec.

PHILIPPA

Egone ósculum huic dem?

PERIPHANES

Quór non, quae ex te náta sit?

PHILIPPA

Tú homo insanis.

PERIPHANES

Égone?

PHILIPPA

Tune.

PERIPHANES

Quór?

PHILIPPA

Quia ego istanc quaé siet
Néque scio neque nóvi, neque ego hanc óculis vidi ante húnc diem.

PERIPHANES

Scío quid erres: quía vestitum atque órnatum inmutábilem
Habet haec *

PHILIPPA

* * * * * áliter catuli lónge olent, alitér suis.

ego ne *J* cur non *BJ* quę *J* exte *J* natast *BZ.* nata est *JF. corr. Aldina* *De v. 575—583, qui ex parte abscissa membrana mutilati sunt in J, cf. praef.* 575. *In A nil apparuit nisi* QUAESIET Mul. *om. Z* ego ne *J* tune? *B.* tu ne *J.* tu *Z* qur *B.* cur *J* quia ego istanc *Muellerus Plaut. Pros. p. 712.* quia ego hanc *libri.* quia hanc ego *Guyetus, sed cf. Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 91, qui* quia pol hanc *proposuit. cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766* 576. *A:* NEQ·SCIO-NEQ·NOUINEQ·EGOKANCOCULISUIDIANTEKUNCDIE die *J* 577. *A:* SCIOQ *et in fine* MIMMUTABILE quia *(*a *add. B*[2]*)* uestitum *B.* quia uestimentum *Z* immutabilem *B.* mutabilem *Pius* *579—580. Secuntur in A duo versus, quorum in priore nihil, in posteriore* OLE *suo loco apparuit. unde in Palatinis duorum versuum particulas quas indicavi intercidisse conieci: intercidisse autem aliquid ostendunt etiam versus et sententia. corrigere qui studebant aut cum Acidalio* habet haec. Mul. Habeat. aliter *scribebant aut* vulpis *ante* catuli *(Jacobus) aut* felis *(Geppertus) inserebant, aut* habet haec mulier *cum Bothio probabant* 579. *Pers. notam ante* aliter *om. B* *Post* catuli *2—3 litt. spat. B* leonis *ante* catuli *intercidisse putat Lindemannus Nov.*

Négo eam me novísse, quae sit.

PERIPHANES

Pró deum atque hominúm fidem!
Quíd? ego lenocínium facio, quí habeam alienás domi,
Átque argentum egúrgitem domo prósus? quid tu, quaé patrem
Tuóm vocas me atque ósculasubris, quíd stas stupida? quíd taces?

ACROPOLISTIS

Quíd loquar vis?

PERIPHANES

Haéc negat se túam esse matrem.

ACROPOLISTIS

Né fuat,
Sí non volt. equidem hác invita tám ero matris fília.
Nón med istanc cógere aequomst méam esse matrem, sí nevolt.

---

582. *Nonius p. 102, 33:* egurgitem exhauriam significat. Plautus Epidico: 'atque egurgitem domo prorsum'

---

ann. vol. 19 (a. 1837) p. 171, quo adscito sic scribas: Quía leonis áliter catuli lónge olent, alitér suis. sues *ex* suis B^2. sues *JFZ* 580. nego eam me novisse *Camerarius.* NEEGOM *et in fine* ATQ·KOMINUMFIDE *A.* ne ego eam nouisse *B (2 l. sp. ante* ne*) JZ.* nec ego eam nouisse *F.* nego ego eam nouisse *Jacobus* quae sit *Camerarius. om. BJFZ* Per. deum atque *J.* atque *reliquis om. B* *Post* fidem *3 litt. spat. B* 581. LE...... UMFACIOQUIKABEAM *A* alienas domi *Dousa.* alienos domi *BJFZ.* ALIE.....MI *A* 582. *Inter* ATQ·ARG *et* M *in A* entumegurgite *2—3 litterarum spatio plus est quam quod scriptum esse possit* argentum *om. Nonius* DOMOPROSUS *A* domo prorsum *BJFZ, Nonius, nisi quod* domum *J et* r B^2 *in ras. 2 litt.* omne prorsum *Guyetus* QUID *A* *Ante* Quid *(non* quid*) 1 litt. spat. B* tū *Z* quem *JFZ. corr. Pylades* 583. TUUM *A. idem BJFZ* vocas me *in A non iam apparent* ATQ· *A* OSCULARIS *A.* osculari *B, sed* c *ex* t *corr.* obsculare *J* 584. QUI.......... ꝫKAEC TUAM *et* MATREM *A* nefuat *B.* nesuat *J* 585. NONUULT *A.* non uult *B.* nevolt *Bothius. cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 249* EQUIDEM *A* KANC *A. idem Z* in uita *Z* tam ero *Bothius. Seyffertus Stud. Plaut. p. 14.* tamen ero *BJFZ cum A.* meae ero *Muellerus Nachtr. p. 58* MATRISFILIA *A* matris ero tamen filia *Guyetus* 586. Non med istanc cogere *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 37: idemque procul dubio A, ubi* NON......... COGERE. non me istanc cogere *BJFZ.* non me cogere istanc *Guyetus. Muellerus Plaut. Pros. p. 729, ubi simul* non pol *vel* non enim *vel* noenum *proponit* AECUMEST *A.* aequum est *BJ* si nevolt *Camerarius.* sine uolt *B.*

PERIPHANES

Quór me igitur patrém vocabas?

ACROPOLISTIS

Túa istaec culpast, nón mea.
Nón patrem ego te nóminem, ubi tu tuám me adpelles fíliam?
Hánc quoque etiam sí me adpellet fíliam, matrém vocem.
Négat haec filiám me suam esse, nón ergo haec matér meast.
Póstremo haec mea cúlpa non est: quaé didici, dixi ómnia.
Épidicus mihi fúit magister.

PERIPHANES

Périi, plaustrum pérculi!

ACROPOLISTIS

Númquid ego ibi, patér, peccavi?

PERIPHANES

Si hércle te umquam audívero
Mé patrem vocáre, vitam túam ego interimam!

---

592. *Festus p. 230 de hoc proverbio agens utitur hoc loco: sed in lacera membrana nihil hodie praeter* cebant *et* ever *et* id quod *et* pidicus *et* um perculi *superest. Cf. Donatus ad Eun. II 3, 87:* perculeris tu me] perverteris, unde proverbium 'bene plaustrum perculit'

SINEUULT *A.* si non uolt *JFZ* 587. *A:* ÇURM cur *BJ* uocabis *F* istęc *BJ* culpa est *BJF.* culpa *Z* 588. *A:* NỌN *et in fine* SFILIAM te *om. JFZ* appelles *ex* appellas *B.* appellas *Z.* appellabas· *JF* 589. *A:* KẠṆÇQỤOQ appellet *BJ* 590. *A:* NEGẠṬḲAEÇFỊLIA hęc *J* *Post* me *3—4 litt. (fort.* esse*) eras. B* hęc *J* mea est *BJ* 591. *A:* POSTR *et in fine* A hęc *J* quę *J* didici quae dixi omnia *R. Muellerus de Plaut. Epid. p. 22* 592. EPIDIC *et in fine* STRUMPERCUḶỊ *A ita, ut lacunam* ustmihimagister⌗periiplau *accurate expleat* mihi magister fuit *BJFZ, quod defendit Fleckeisenus Exerc. crit. p. 15. correxerat iam Bothius* *Post* perii *2—3 litt. spat. B* plaustrum *Saracenus.* austrum *BJFZ* ptuli *F* 593. FIDICIN̄ *in 10 litt. spat. B* num quid ego ibi, pater *Muellerus Plaut. Pros. p. 605 duce Kiesslingio, qui Mus. rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 120* numquid ibi pater peccavi *proposuerat: idem A, ubi* NUMQUỊDEGỌỊBIPATERPEÇC . . . . . KERCLETẸ, *sine* ⌗ *ut vid:* numquid ego ibi peccaui *B, sed* peccaui *add.* B^2. numquid ego ibi *(*ᵗ bo *sup.* i*) J.* numquid ego ibi *FZ, nisi quod* tibi *F* UNQUAM *A. idem B.* nunquam *F* AUDIUERO *A. om. BJFZ. addidit iam Pylades* 594. PAṬREM *et* UITAṂṬUAṂẸGỌINṬERỊ(*vel* RẸ)MAM *A*

ACROPOLISTIS

Nón voco.

Úbi voles pater ésse, ibi esto: ubi nóles, ne fuerís pater.

PHILIPPA

Quíd, ob eam rem istánc emisti, quía tuam gnatám ratu's?

[Quíbus de signis ágnoscebas?

PERIPHANES

Núllis.

PHILIPPA

Quare fíliam

Crédidisti nóstram?

PERIPHANES

Servos Épidicus dixít mihi.

PHILIPPA

Quíd si servo alitér visum est, non póteras novisse, óbsecro?]

PERIPHANES

Quíd ego, qui illam ut preímum vidi, númquam vidi póstea!

PHILIPPA

Périi misera!

PERIPHANES

Né fle mulier: íntro abi: habe animúm bonum.

Égo illam reperiam.

PHILIPPA

Hínc Athenis cívis eam emit Átticus.

UOCO *A* 595. UBIUOLES ...... ESSEPATERESTOUBINOLES *A* ne- fueris *B* 596. *A:* QUIDOBE *initio et in fine* UAMGNATAMESRATUS obeam *J* istanc *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 766. Muellerus Nachtr. p. 18.* hanc *BJFZ. alia Muelleri commenta vide Plaut. Pros. p. 758* Per. Quia *JF* gnatam ratus *BJFZ* *V. 597—599 absunt ab Ambrosiano, qui quin interpolatori tribuendi sint nunc non dubito, quamvis olim aliter visum sit: cf. Anal. Plaut. p. 93* 597. Mul. Quibus *JF* 598. seruus *BJ* 599. aliter visum esset, non pote *e. q. s. Muellerus Plaut. Pros. p. 758* nouisse *B, sed* se *add.* B^2 600. QUID *A* ILLAM *A* PREIMUMUIDI *A, ut vid.* primum qui uidi *B, sed* primum *ex* primam B^2. primam qui uidi *JFZ, nisi quod* primum *F* NUMQUAM *A.* nunquam *B* 601. PERIIMISERANEFLE *om. spatio A* fles *Z* KABE *A. idem Guyetus et Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 767.* habeto *BJFZ* BONŪ *vel* BONUM *A* 602. REPERIAM *et ante* KINC *om. spatium A.* hinc *et sup. vers.* hic *J.* heic *Acidalius* CIUIS *(vel* CIUES*) A.* ciuis quis *Z* eam *delet Muellerus Plaut. Pros. p. 389*

Ádulescentem equidém dicebant émisse.

PERIPHANES

Inveniám: tace.

Ábi modo intro atque hánc adserva Círcam, Solis fíliam.
Égo relictis rébus Epidicum óperam quaerendó dabo.
Si ínvenio, exitiábilem ego illi fáciam hunc ut fiát diem.

603. ADVLESCENTEM *A*. adolescentem *BJ* quidem *Ritschelius cum F: v. Proleg. p. 78: sed cf. ad Trin. v. 352* ⸗E.......AM *A: fort.* EIINUENIAM 604. asserua *BJ*. OBSERUA *A* circa *B addito* s· *B*², *sed nil exstat, quo hoc signum pertineat.* circa *J*. circem *F*. circē *Z* SOLUSFILIAM *A* 605. epydicum *B* querendo *J* 606. inueniam *Z* EXITIABILEMEGOFACIAMUTKICFIATDIES *A*. *ceterorum codicum memoriam quamvis structura verborum inusitatior sit mutare non audeo.* exitialis illi ego *Geppertus, in ceteris secutus Ambrosianum*

ACTVS V

STRATIPPOCLES. EPIDICVS. DANISTA. TELESTIS

STRATIPPOCLES

Mále morigerus míst danista, quód a me argentum nón petit
Néque illam adducit quae éx praeda emptast. séd eccum incedit Épidicus.
Quíd illuc est, quod ílli caperat fróns severitúdine?

EPIDICVS

Si úndecim deos praéter sese sécum adducat Iúppiter,
Íta non omnes éx cruciatu póterunt eximere Épidicum.
Périphanem emere lóra vidi. ibi áderat una Apoécides.
Núnc homines me quaéritare crédo. senserúnt, sciunt,

---

609. *Nonius p. 8, 31:* Caperrare ...... Plautus Epidico: Quid illud .... caperrat .... severitudine'. *Idem p. 173, 7:* Severitudine .... Plautus Epidico: 'quid illud .... severitudine'

Act. V Sc. 1 STRATIPPOCLES ADOLESCENS· SERVVS EPIDICVS DANISTA MVLIER *B, sed* MVLIER B^2. STRATPHOCLES ADOŁ EPIDICVS SERVVS DANISTA MVLIER *J* *In A inscriptio deest unius versus spatio relicto* *Personae aut plenis litteris in B scribuntur* ADOLESCENS, SERVVS *vel* EPIDICVS, MVLIER, DANISTA *aut sic:* ADOŁ, SER̄ *vel* SERV̄, MVŁ, DANIS̄ DANIST̄ 607. mihi est *libri cum A* quod a me *Gz.* QUODME *A.* quid *(e sup.* d B^2*)* me *B.* qui de me *JFZ, nisi quod* quide *J.* qui a me *Kampmannus De de et ex p. 9* ARGENTUMNPETIT *A* 608. *Versus bipartitus in A, ubi prioris initio* NEQ·ILLAMADDUCIT *et in fine* UMINCEDIT *(vel* DET*) in lacuna fere trium litterarum tantum praeter* quaeexpraedasedecc *spatium apparuerunt, nihil in posteriore* quae ex praeda emptast *Gz.* quę expraeda *J. fere idem FZ.* quae est preda *B, sed* est *in ras. et post* est *10 litt. spat.* quae empta ex praeda est *Camerarius* epydicus *B* 609. *A:* QUIDILL *et in fine* UERITUDINE illic aperat *B.* illic asperat *J.* illi caperrat *Nonius altero loco, quam scripturam defendit Roeperus Eumen. reliqu. part. I p. 15* 610. *A:* S *initio* preter *B* se *Z* iupiter *F* 611. *A:* ITA *initio et in fine:* IDICU ita *libri cum A.* tam *vel* tamen *Luchsius Hermae vol. VI (a. 1872) p. 275* excruciatu *J* epydicum *B* 612. Periphanen *BJFZ cum A* IBIADERATUNA *A. idem Bothius.* aderat ibi una *BJFZ* 613. hinc *Z* KOMINIS *(vel* KOMINES*) A* QUAERITARE *A.* quęritare *B.* queritare *J* SENSERUNTSCIUNT *A*

Síbi data esse vérba.

STRATIPPOCLES

Quid agis, méa conmoditas?

EPIDICVS

Quód miser.

STRATIPPOCLES

Quíd est tibi?

EPIDICVS

Quin tú mi adornas ád fugam viáticum,
Príusquam pereo? nám per urbem dúo defloccatí senes
Quaéritant me: in mánibus gestant cópulas secúm simul.

STRATIPPOCLES

Hábe bonum animum.

EPIDICVS

Quíppe ego, quoi libértas in mundó sitast!

STRATIPPOCLES

Égo te servabo.

EPIDICVS

Édepol ne illi mélius, si nanctí fuant.
Séd quis haec est muliércula et ille grávastellus quí venit?

620. *Festus p. 273 vocem* ravistellus *ex hoc loco affert: sed in codice unico ignem haec modo fugerunt:* appellantur .... ravo sub con .... quod genus hominum .... 'sed quis haec est .... venit' *Festus Pauli p. 272:* ravi coloris appellantur qui sunt inter flavos et caesios, quos Plautus appellat ravistellos: 'quis' inquit 'haec est mulier et ille ravistellus qui venit' *Festus Pauli p. 96:* gravastellus senior. Plautus: 'qui est gravastellus qui advenit' ut puto gravastellus a gravitate dictus *De Placido p. 49, 16 cf. praefatio. Praeterea cf. testim. ad v. 533*

---

614. esse data *F* QVIDAGITIS *A* commoditas *libri cum A* QUOD *A* 615. mihi *libri* adfugam *BJ.* FUGAM *A* 616. *Hunc versum post 617 collocant BJFZ. corr. Pylades et signo in B addito Camerarius* prius quam *B* PERURBEM *A* DUO *A* DEFLOCCATI *A.* deflocati *F* SENES *A.* senis *B* 617. queritant *J* TEINMANIBUSGESTANTCOPULAS *A* SECUMSIMUL *A, idem Balbachius Observ. crit. p. 23, acerrime ob id impugnatus a Duebnero Nov. ann. vol. IV (a. 1832) p. 318.* secum siaui *(·) add. B²: nec tamen quidquam in margine) B.* secum suaui *JFZ, nisi quod* sua ui *FZ.* sescuncias *Scaliger* 618. *Post* habe *6 litt. eras. (fort.* animum*) B* NUM *pro* BONUM *et* EGO *A* cui *BJ* LIBERTAS *A* sita st *B.* sita est *J* 619. ne illi *Gulielmius, Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 75.* me illi *BJFZ cum A* MELIUSSI *A* nancti// *(s ut vid. er.) B.* nacti *JFZ cum A* 620. sed *B, sed* ed *in ras. B²* KAEC *A.* hec *J*

STRATIPPOCLES

Híc est danista, haec íllast autem, quám ego emi ex praeda.

EPIDICVS

Haécinest?

STRATIPPOCLES

Haéc est. estne ita, út tibi dixi? adspécta et contempla, Épidice.

Úsque ab ungulo ád capillum súmmumst festivíssuma.

Ést consimilis, quási quom signum píctum pulcre adspéxeris.

EPIDICVS

Éx tuis verbis meúm futurum córium pulcrum praédicas, 625

Quém Apella atque Zeúxis duo pigméntis pingent úlmeis.

---

grauas tellusq; *B.* grauas tellusque *et super vers.* at graius cellus qui *J.* grauistellus *F.* RAUISTELLUS *A diserto Loewii testimonio* RAUASTELLUS *cum Studemundo Hermae vol. I (a. 1865) p. 284 legi posse negantis. Festi testimoniis adscitis apparet iam apud veteres duplicem exstitisse scripturam* ravistellus *et* gravastellus. *accedit tertia forma* gravistellus *ex J* (graius cellus) *et F, quam nescio an additura fuerit altera manus in B, quae huic versui in margine signum ·) adscripsit* aduenit *Festus Pauli altero loco* 621. *De versibus 621—695 transpositis in J vide praef.* Strat. *om. JFZ* DANISTA *A* hęc *J* illa est autem *libri cum A, nisi quod* illa autem est *F* ego emi ex *Muellerus Plaut. Pros. p. 389.* EGOEMIDE *A.* emi ex *BJFZ.* emi de *vel* emi ego de *Muellerus ibidem* preda *B* Ep.] Strat. *Z. om. F* hę cine est *B.* heccine est *JF. idem Z, nisi quod* haeccine 622. Strat. *om. JFZ* hec est *J.* haec *B, sed* ē *add.* B^2 *sup. vers.* ESTNE *A.* est ne *B.* Strat. Est ne *JFZ, nisi quod* Est ne *Z* ita *Muellerus Plaut. Pros. p. 207.* ISTA *A. om. BJFZ* ut dixi tibi *Z.* ut tibi *JF* ASPECTAETCONTEMPLA *A.* aspecta haec contempla *B.* aspecta. Ep. Hec. Strat. Contempla *JFZ* epydice *B* 623. Epid. *praem. F* UNGULO *A. idem F.* angulo *J.* ungniculo *B.* unguinculo *Z* summum est *BJF.* summum *Z* FESTIUISTIUISSIMA *A.* // festu uissima *B, sed* sima B^2 *et* si *in ras.* est est tu uise *J.* est tu uise *F. om. Z* 624. est consimilis, quasi quom signum *Gz.* ESTNECONSIMILISQUASICUMSIGNUM *A.* est ne considera *(10 litt. spat.)* signum *B, sed* idera *add.* B^2. est ne conspice signum *JFZ, quibus* Strat. *praem. F* pulchre *BJ cum A* ASPEXERIS *A.* uideris *BJFZ, nisi quod* is B^2 *in ras.* 625. *A:* F (futurum) *perdubia et* UMPRAE pulchrum *B, sed* h *sup. vers.* pulchrum *JFZ* predicas *BJ* 626. *A:* QUEMAP *et sub finem* L Apella *Geppertus. cf. Poen. V 4, 101.* appelles *B et* p *s. v.* B^2. appelles *JFZ* zeuixis *J.* zeusis *FZ* Zeuxisque *Pylades deleto* atque *et* Apelles *servato.* Apelles ac Zeuxis *Bothius* pigmentis pingent *Gz.* pingent pigmentis *Z.* pincent pigmentis *B, sed super* pincent *additum* s· . *cf. v. 620.* pinsent pigmentis *JF* ulmeis *B, sed* e *sup. vers.* B^2. ulmis *J*

STRATIPPOCLES

Di ínmortales, ótiose adbítis: pedibus plúmbeis
Quí perhibetur, príus venisset, quám tu advenistí mihi.

DANISTA

Haéc edepol remoráta med est.

STRATIPPOCLES

Sí quidem istius grátia
Íd remoratu's quód ista voluit, nímium advenistí cito.

DANISTA

Áge age, absolve me átque argentum número, ne comités morer.

STRATIPPOCLES

Pérnumeratumst.

DANISTA

Téne cruminam: huc índe.

STRATIPPOCLES

Sapientér mones.
Ópperire, dum éffero ad te argéntum.

DANISTA

Maturá.

STRATIPPOCLES

Domist.

---

627. *In A nil servatum* dii *JFZ* immortales *BJ* otiose adbitis *Gz.* socio iussi admirer *JZ.* scio iussi admirer *BF*, *unde* ocio iussi admirer *B*³. sicin iussi ad me ire *Brixius Nor. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 767.* sei iussem ad me ire *Muellerus Plaut. Pros. p. 207* plumbeis *Brixius l. s. s.* pulmunes *B.* pulmones *JFZ.* pulmoneis *Camerarius. Muellerus l. s. s.* 628. *A:* Q............PRIUSUENISSETQUAMT *et in fine* I quod perhibetur *JF.* quod perhibent *Z* michi *J* 629. *A:* KA *initio et* TIA *in fine* Epid. *praem. F* ec *B* me est *JF.* est me *Z* ADOL *in 10 l. sp. B* illius *JZ. cf. Brandtius De varia .... gen. forma et mensura p. 22* gratia et *Holtzius Synt. vol. II p. 371* 630. *A:* I *et in fine* CITO id remoratus *libri. de integritate loci dubito.* es remoratus *Camerarius.* id remoratumst *Muellerus Plaut. Pros. p. 207* 631. *A:* AGEAGEABS *et in fine* RER absolve me *Camerarius.* absolue *BJFZ* numera numera *B* necomites *B* 632. *A:* PE *initio et* NIS *in fine* pernumeratu st *B*, *sed* a *e corr.* pernumeratust *Z.* per numeratum est *J* Epid. Tene *JFZ* hinc *F* Dan. Sapienter *JFZ* mones *Acidalius.* uenis *BJFZ* 633. *A:* OP *initio* Adol. *praem. JFZ* Operire *B. sed corr. in* Opperire *B*², *ut vid.* operire *JF* adte *J* Strat. *Taubmannus.* Epid. *JFZ. om. B* domi est *B* (est? *B*²). domiest *J*

EPIDICVS

Sátin ego oculis útilitatem optíneo sincere án parum?
Vídeon ego Teléstidem te, Périphanai fíliam,
É Philippa mátre natam Thébis, Epidaurí satam?

TELESTIS

Quís tu homo's, qui meúm parentum nómen memoras· ét meum?

EPIDICVS

Nón me novistí?

TELESTIS

Quod quidem nunc véniat in mentém mihi.

EPIDICVS

Nón meministi me aúream ad te adférre natalí die
Lúnulam atque anéllum aureolum in dígitulum?

TELESTIS

Meminí, mi homo.
Tún is es?

---

640. *Priscianus III 112, 13:* aureus, aureolus. Plautus in Epidico: 'lunulam aureolum' *idem III 113, 5:* luna, lunula. Plautus in Epidico: 'lunulam .... aureolum'

---

LEAENA

Quám longe á me abest?

PHAEDROMVS

Lúmen hóc vide!

LEAENA

Grándiorém gradum ergó fac ad me, óbsecro.

PHAEDROMVS

Sálve.

LEAENA

Egon sálva sim, quaé siti sícca sum?

PHAEDROMVS

At iám bibes.

LEAENA

Diú fit.

PHAEDROMVS

Em tibi hóc, anus lepida.

LEAENA

Sálve,
Oculíssume homo.

---

121. Oculissime *Festus videtur ex hoc loco commemorasse p. 178, 22*

---

114. *Person. add* B^2E^3 Vini *(ex* uini *et ante id 10 l. spat.)* pollens B^2. uini pollens *J* *Verba* lepidus liber *in marg. add. E* 115. quis creanti *BE* siccę *BE*. sicce *J* semisomnę *J*. semi somnę *E*. semi somne *B* 116. ad fert *B*. affert *J* *Ante* et *2—3 litt. spat. E* sitim tuam *Guyetus. Reizius*. sitim *in marg.* B^2. *om. EJF.* te *Z* sedatum *ex* se datum B^2. cedatum *J* id *J*. it *corr. ex* id E^3 *Bacchiacum dimetrum cum clausula iambica statuit Christius 'Metrik' p. 455* 117. ame abest *BEJ, nisi quod* ab est *B et* ab est ame *man. Camerarii in B* *Tetrametrum bacch. fecit Crainius Annal. gymn. Berol. vol. XXI (a. 1867) p. 154* Leaena *addito* 118. *Person. add.* B^2F, *Pylades. om. EJZ* adme *J* 119. *Person. add. in.* B^2F, *Pylades. om. EJZ* ego *JF* quę siti *E*. quęsiti *J* sic assum *E*. siccasum JE^3 *V. 120—146 tractarit Hermannus de metr. p. 130 sqq., trochaicis octonariis discriptis continuis, eosdemque Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 106* *De v. 120—126 agit Muellerus Pros. Pl. p. 157 adn.: iambicos septenarios feci cum Fleckeiseno quamvis non omnes suspicione liberos* 120. em *E*. hem *BJFZ* tibi hoc *Fleckeisenus.* tibi *libri* 121. oculissime *BEJ* effunde *BEJ* in baratrum *E*.

PALINVRVS

Age ecfunde hóc cito in bárathrum: prolue própere
Cloácam.

PHAEDROMVS

Tace, nolo huíc male dicí.

PALINVRVS

Faciam igitur pótius.

LEAENA

Venús, de paulo paúlulum hoc tíbi dabo haud lubénter:
Nam tíbi propitiantés amantes vínum dant potántes
Omnés: mihi haud saepe évenunt talés hereditátes.

PALINVRVS

Hoc víde ut ingurgitat ínpura in se mérum avariter faucíbus plenis. 126. 127

Charisius p. 190, 2 de adverbiis agens haec habet: . . in Curculione: 'salve oculissime homo' 126. *Nonius p. 510, 17:* Avariter pro avare. Plautus Curculione: 'Hoc vide . . . . impura . . . . . . avariter' *Priscianus II p. 70, 20:* Plautus amiciter, avariter, munditer *e. q. s.* *Osbernus p. 55:* avariter, cupide . . . . Plautus: 'ingurgitat in se . . . . . plenis faucibus' *Idem p. 252:* ingurgito . . . . . unde Plautus: 'vide ut ingurgitat merum plenis faucibus' *Cf. Apuleius Metam. IV, 7:* quae diebus ac noctibus nil quidquam rei, quam merum saevienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare

---

inbaratrum *BJ* prolue propere *Fleckeisenus.* propere prolue *libri, nisi quod* ꝑperę *J* *Suspectum esse hunc exitum recte monet Mohrius de iamb. apud Pl. sept. p. 30.* 122. maledici *libri* fatiam *E* potius *Fleckeisenus.* male *(praemisso 2—3 l. sp. B)* potius *libri* 123. depaulo *BJ* *Ante* paululum *(a e corr.) 1—2 litt. spat. B* hic *BEJ.* hic hoc *Lindemannus* lubentur *ex* iubentur E^3 124. propitiantes amantes *Fleckeisenus.* amantes propinantes *libri, nisi quod super* propinantes *in J exstat* alit̃ oĩs homines *Ceterum* propitiantes *iam Bothius scripsit* dant potantes *Fleckeisenus.* potantes dant *libri* 125. omnes] homines *et in marg.* ṫ omnes *B.* at omĩs homines *E.* *om. FZ.* *de J cf. v. 124* michi *EJ* sepe *BEJ* evenunt *Fleckeisenus.* eueniunt *libri* 126—131. *Anapaesticos discribunt octonarios Studemundus, Spengelius, alii* 126. 127. impura *J* inse *EJ* faucibus *in ras. B* plenis faucibus *JF* *Septenarium fecit Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 247,* haec *pro* in se *et* haustibus *pro* faucibus *substitutis*
V. 128—129 huc transposuit Fleckeisenus in libris post v. 131 exstantes

LEAENA

Ah.

PALINVRVS

Quíd est? ecquid lubet?

LEAENA

Lúbet.

PALINVRVS

Etiam mihi quóque stimulo foderé lubet te.

PHAEDROMVS

Tace, nólo istaec.

PALINVRVS

Taceo: écce autem bibit árcus: pluet, credo, hércle hodie.

PHAEDROMVS

Perii hércle: huic quid primúm dicam nesció.

PALINVRVS

Em istuc quod míhi dixti.

PHAEDROMVS

Quid id ést?

PALINVRVS

Periisse ut té dicas.

PHAEDROMVS

Male tíbi di faciant.

PALINVRVS

Díce isti.

PHAEDROMVS

Iamne égo dico?

PALINVRVS

Quid díces?

PHAEDROMVS

Me periísse.

---

128. *Phaedr. notam pro Pal. exhibent BF* *Post* Quid est *spat. in J cum rasura* ęc quid *E* iubet *EJ ter, quod correxit in* lubet E^3 qq° *B* fodere *om. J* 129. Tace: nolo istaec *Gz.* tace noli *libri.* tace nihili *Studemundus de cant. p. 89.* tacen an non *Ussingius.* tace tace: noli *vel* tace modo: noli *Muellerus Pros. Pl. p. 120* *Septenarium admisit Spengelius* arquus *ex* arcus E^3 130. emistuc *E.* hem istuc *BJFZ* 131. periisse *F.* perisse *BEJZ* dicam *J* dii *BJ* fatiant *E* dic *libri* 132. Iamne ego *Gz.* iam ne ego *(om. F)* huic *libri.* iam ego huic *Muellerus Pros. Pl. p. 120.* iamne huic ego *Spengelius* dices, d *e corr. B* periisse *F.* perisse *BEJ* (mepisse) *Z*

PALINVRVS

Age dice.

PHAEDROMVS

Anus aúdi:
Hóc volo scíre te: pérditus súm miser.

LEAENA

Át pol ego oppidó servata.
Séd quid est quód lubet pérditum dícere
Té esse?

PHAEDROMVS

Quia ego id quód amo careo.

LEAENA

Phaédrome mi, ne plóra, amabo.
Tu mé curato né sitiam: ego tíbi quod amas iam huc ádducam.

PHAEDROMVS

Tibi ne égo, si fidem servás mecum vineám pro aurea statuá statuam,
Quae tuó gutturi sit mónimentum.
Qui me ín terra aeque fórtunatus erít, si illa ad me bítet, Palinúre?

PALINVRVS

Edepol qui amát, si eget, adfícitur misera aerúmna.

V. 133—137 ita disposuit Fleckeisenus: aliter Spengelius 133. *Ante* scire *2—3 litt. ras. ut vid. B* 135. est quid *B, quod non nulli defendebant* lubet *ex* lubit *B.* iubet *EJ. corr. in* lubet E^3

V. 136. 137 octonario complectitur Studemundus de cant. p. 89 136. quia ego *Fleckeisenus.* quia *libri.* quoniam *Bergkius: cf. Studemundus de cant. p. 89* 137. phedrome *BEJ* mine *EJ Dimetrum fecit anapaesticum Spengelius* amabo plora *transponens* 138—140. *Anapaestos agnoverunt Spengelius (quinque dimetros), Muellerus Pros. Pl. p. 111. artificiose componit Studemundus de cant. p. 89. trochaeos restituerunt Hermannus et Fleckeisenus* 138. nesiciam *B.* nesitiam *J* Tu ne sitiam me curato *melius esse dicit Spengelius,* T. m. n. s. c. *Pylades* 139. *Person. add.* $B^2 E^3$. *om. J* ne ego tibi *Muellerus Pros. Pl. p. 405: cf. Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 107.* tibi ne ego *BEJF, nisi quod* e *in* ego *e corr. B.* tibi ne ergo *Z* sifidem *B* seruas *(poster.* s *sup. v.) J* 140. quȩ *E.* que *J* quae sit tuo gutturi *vel* quae tuo sit gutturi *Muellerus Pros. Pl. p. 409* monumentum *BE* 141—147. *Anapaesticos septen. discripsi cum Studemundo (qui tamen v. 142 iambicum septenarium dicit) et Spengelio: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 49* 141. interra *BEJ* ȩque *B.* ȩquȩ *E* fortunatus aeque erit *Spengelius: sed cf. Christius Metr. p. 289*

adme *E* bitet, *prior* t *ex* e *ut vid. B.* bibet *F.* 142. quiamat *J.* qui amat *ex* qui emat E^3. qui emat *B* adficitur misera *Gz.*

PHAEDROMVS

Non íta res est: nam cónfido parasítum hodie adventúrum
Cum argénto ad me.

PALINVRVS

Magnum ínceptas si id éxspectas, quod núsquamst.

PHAEDROMVS

Quid si ádeam ad foris atque óccentem?

PALINVRVS

Si lúbet neque voto neque iúbeo,
Quando égo te video inmútatis moríbus esse, ere, atque ingénio.

PHAEDROMVS

Péssuli, heus péssuli, vós salutó lubens,
Vós amo, vós volo, vós peto atque óbsecro,
Gérite amantí mihi mórem amoeníssumi:
Fíte causá mea lúdii bárbari,
Síssulite, óbsecro, et míttite istánc foras,
Quaé mihi mísero amanti ébibit sánguinem.
Hóc vide ut dórmiunt péssuli péssumi
Néc mea grátia cónmovent se ócius.
Perspício nihili meám vos gratiam fácere.

---

151. *Osbernus p. 526:* sussilio .... unde Plautus: 'pessuli sussulite obsecro'

---

misera adficitur (afficitur *J*) *libri.* misera adficitur is *Muellerus Pros. Pl. p. 49.* misera adficitūr *Spengelius, Christius Metr. p. 16, alii* ęrumna *B.* erumna *E.* erumpna *J* 143. rest est *B* hodied *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 90 trochaeis discriptis* 144. adme *E* expectas *BE* nusquam st *B.* nus q̄ st *ex* nus q st E^3. nusquam est *J* 145. Quid *ex* Quod B^2 ad fores *BE.* adfores *J.* fores *Z* occentum *JFZ* lubet *ex* iubet E^3 nec — nec *Studemundus* ueto *libri*
146. immutatis (s *sup. v.*) *J* here *JFZ. idem ex* ere E^3 147. uos (s *sup. vers.*) *J* lubens (s *sup. vers.*) *J. idem ex* iubens E^3 148. uos (s *sup. vers.*) *J* amo *ex* ama *J* uolo *E et in marg.* at colo E^3. colo *F* uos (s *sup. vers.*) *J* 149. amoenis sumi *E* 150. site *Z.* si te *F* mea ludii *Saracenus. Muretus. Lambinus.* mea lidi *ex* me alidi B^2. me alidi *E.* mea lidę (i *sup.* e) *J.* mea lydi *FZ* 151. sussilite *BEJ* foras (s *sup. vers.*) *J* 152. quę *E.* que *B.* qua *J* 154. commouent *libri* otius *BEJ* *V. 155—157 tres trimetros anapaesticos esse censeo cum Christio 'Bemerkungen zu den Cant. des Pl.' p. 44 et Metr. p. 297: ex quaternario trochaico et dimetro cretico compositos esse dicit Studemundus, cui assentitur Brixius Nov. annal. vol. 91 (a. 1865) p. 67: iambicos senarios restituit Spengelius: paullo liberius tractat Fleckeisenus* 155 Perspicio *Muretus,*

St! táce tace!

PALINVRVS

Taceo hercle équidem.

PHAEDROMVS

Sentio sónitum.

Tandem édepol mihi morígeri·pessuli fíunt.

LEAENA. PLANESIVM. PALINVRVS. PHAEDROMVS

LEAENA

Plácide egredere et sónitum prohibe fórium et crepitum cárdinum,
Né quod hic agimus érus percipiat fíeri, mea Planésium.
Máne, suffundam aquolám.

PALINVRVS

Viden ut anus trémula medicinám facit?
Eápse merum condídicit bibere: fóribus dat aquam quám bibant.

PLANESIVM

Úbi tu's qui me cónvadatu's Véneriis vadimóniis?

---

159. 160. *Priscianus I p. 113, 19:* 'aqua' similiter 'aquula'. Plautus in Curculione: 'Ne quae hic agimus ...... perspiciet ..... Planesium mane .... aquulam'

Lambinus. respicio *JFZ.* *idem ex* respitio *B.* respitio *E* nichili *EJ* uos *(s sup. vers.) J* 156. St *Muretus. Lambinus.* sed *libri* equidem *Fleckeisenus.* quidem *BEJF.* quid est *Z* 157. michi *E* morigeri *E.* morieri *corr. in* morigeri *J.* morieri *B.*

Act. I Sc. 3. ANVS·VIRGO·ADOLESCENS·SERVVS·B^2. ANVS VIRGO ADVLESCENS *(C sup. vers.)* SERVVS *E.* AN'. LENA. PLANESIV̄. VIRGO. PHEDROM' ADOLESCENS. PALINVRVS SERVVS *J.*

158. egredere *(prior* r *sup. vers.) J* forium *Pylades.* forum *libri* cardium *B* 159. Nequod *(addito sup. v.* q› *m. 2)* hic *B.* Nec qđ hic *J.* ne quae hic *Priscianus.* ne hic quod *Spengelius Plaut. p. 109* herus JE^3 perspiciet *Priscianus* meaplanesium *B* 160. aquulam *libri* uidin *(d e corr.) B* aut *J* 161. ēdidicit *J.* quum didicit *Z: corr. G. Valla* 162. tu es *E.* tues *B et ante corr. J* conuadatus *libri, nisi quod* conua datus *E* uenerii sua dimoniis *E.* ueneriis uademoniis *J.* ueneris uadimoniis *F* *Post hunc versum inserunt* E^3 *in marg. et Z hoc glossema:* ubi tu es qui me libello uenereo *(corr. in* uenerio E^3*)* citauisti ecce me sisto ades contra. *idem F, verbis* ecce me — contra *omissis. cf. Anal. Plaut. p. 93*

Sístǫ ego tibi me et míhi contra itidem tú te ut sistas suádeo.

PHAEDROMVS

Ádsum: nam si absim, haúd recusem quín mihi male sit, mél meum.

PLANESIVM

Ánime mi, me prócul amantem abésse haud consentáneumst.

PHAEDROMVS

Pálinure, Palinúre.

PALINVRVS

Eloquere, quíd est quod Palinurúm voces?

PHAEDROMVS

Ést lepida.

PALINVRVS

Nimis lépida.

PHAEDROMVS

Sum deus.

PALINVRVS

Ímmo homo haud magní preti.

PHAEDROMVS

Quíd vidisti aut quíd videbis mágis dis aequiperábile?

PALINVRVS

Mále vales, ere, quód mihi aegrest.

PHAEDROMVS

Mále mi morigerú's: tace.

---

163. contra te *Scaliger* tu te ut *Fleckeisenus.* ut *libri.* ted ut *Guyetus* 164. assum *B E* absũ *E* aut *Z : corr. Saracenus* recusem *(c ex* t *fecit et* em *in ras. scripsit m. 2) B* qum *B* *Ante* mel *1 litt. eras. in B* 165. anime me *J F* me *ex deterioribus codd. recepit Bothius: om. B E J F Z.* tam *Weisius* procol *(u sup. o) E* amantem *(post.* a *e corr.) B* ab esse *J* consentaneum st *B.* c̃sentaneum est *J* 166. eloquęre *E* qdẽ *E* vocas *Fleckeisenus* 167. homo *addidit in marg.* B^2*: om. E J F Z* magni precii *B.* magni pcii *ex* magni p̃cium *E. in J quid exstiterit dici nequit: om. Z: addidit primus G. Valla* 168. ʰaud *E* diis *B J.* diis *ex* dies E^3 aequiperabile *J F Z.* equiparabile *E.* ęquiparabile *ex* ęqui parabile B^2 169. vales ere *Acidalius.* ualere te *E J Z. idem ex* ualerete B^2. ualere te quidem *F* quod mihi ęgre st *B.* quod mihi egrest *E.* quod mihi aegre est *J.* quidem egre mihi est *F* mihi *libri* morigerus *B E F Z.* morier' *et* g *sup. vers. J*

PALINVRVS

Ípsus se excruciát qui homo quod amat vídet nec potitur dúm licet.

PHAEDROMVS

Récte obiurgat: sáne haud quidquamst mágis quod cupiam iámdiu.

PLANESIVM

Téne me, amplectere érgo.

PHAEDROMVS

Hoc etiamst quam ób rem cupiam vívere:
Quía te prohibet érus, clam potior.

PLANESIVM

Próhibet? nec prohibére quit
Néc prohibebit, nísi mors meum animum ápste abalienáverit.

PALINVRVS

Énimvero nequeó durare quín ego erum accusém meum:
Nám bonumst pauxíllum amare sáne, insane nón bonumst.
Vérum totum insánum amare hoc stúltumst, quod meus érus facit.

PHAEDROMVS

Síbi sua habeant régna reges, síbi divitias dívites,
Síbi honores, sibí virtutes, síbi pugnas, sibi proélia:
Dúm mi abstineant ínvidere, síbi quisque habeant quód suomst.

---

170. Isus *J* ex cruciat *B*. excrutiat *E* potitur *BEF*, *Hermolaus*. patitur *ex* potitur *J*. poterit *Z* 171. aut *B*. haud *ex* aut *E*[3] quicquam st *BE*. quicquam est *J*. quicquam *F* iamdiu *Gulielmius, Dousa*. tamdiu *BJFZ*. tandiu *E* 172. amplectere (*e sec. in ras.) B* ergo *ex* uirgo *B* etiam est *BEJ*. etiam *Z* quam obrem *BE* 173. herus *EJ* clam *Guyetus*. clam ero *BEJFZ*, *nisi quod* hero *JFZ idemque ex* ero *E*[3] prohibet? *ita interpunxit ed. Iunt. a. 1522* nec prohibet *Z* quit *ex* quid *E*[3] 174. apste *B*. abs te *E*. abste *J* alienaucrit *F* *V. 175—177 post v. 180 ponit Fleckeisenus* 175. enim uero *BEJ* herum *ex* erum *E*[3]. herum *J* 176. bonum est *BEJ* *Post* amare *maius spatium in J* bonum est *BEJ* 177. *Delet h. v. Guyetus* hoc stultumst *Gz*. hoc est *libri: cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 60* herus *J*. *idem ex* erus *E*[3] 178. *Planesio dat Z* diuicia *B* 179. *Versus non ab omni suspicione liber:* sibi illi *Fleckeisenus* prelia *BE*. pelia *J* *Ceterum delebat versum Guyetus* 180. mihi *libri* habeant quisque *J*. habeat quisque *F*. quisque habeat *Pylades* suum est *libri*

PALINVRVS

Quíd tu? Venerin pérvigilare té vovisti, Phaédrome?
Nam hóc quidem edepol haúd multo post lúce lucebít.

PHAEDROMVS

Tace.

PALINVRVS

Quíd, taceam? quin tu ís dormitum?

PHAEDROMVS

Dórmio: ne occlámites.

PALINVRVS

Tú quidem vigilas.

PHAEDROMVS

Át meo more dórmio: hic somnúst mihi.

PALINVRVS

Heús tu, mulier: mále mereri de ínmerente inscítiast.

PLANESIVM

Írascare, sí te edentem hic á cibo abigat.

PALINVRVS

Ílicet:
Páriter hos períre amando vídeo: uterque insániunt.
Víden ut misere móliuntur? néqueunt conplectí satis.
Étiam dispertímini?

PLANESIVM

Nulli hóminist perpetuóm bonum:
Iam huíc voluptati hóc adiunctumst ódium.

---

181. uenerin (ne *sup. v.*) *J.* uenerin *ex* uenerim E^3 uouisti *ex* nouisti E^3. nouisti *F* phedrome *B.* phedro me *E.* phero me *J* 182. lucebit, c *ex* b *ut vid.*, *B* 183. tu is *ex* tuis E^3 acclamites *ex* occlamites E^3. acclamites (*prior* c *et* s *sup. v.*) *J.* acclamites *F* 184. haec *Dousa* somnus est *libri* 185. est mihi heus *J* tu *s. v. B* male *ex* mala *B* dein merente *E.* de immerente *J.* demerente *F* inscicia est *ex* inscia est *B.* insc˜a est *E.* inscicia est *J* 186. *Person. om. B* irascare *Lambinus.* irascere *libri* *Ante* edentem *2 litt. eras. et prima* e *et* m *e corr. B* *Post* edentem *2-3 litt. eras. B* acibo *BEJ* illicet *F* *Paullo post* ilicet *posterior man.* eho *scripsit et delevit in B* 187. phire (h *exp. m. 3*) *E* amando (an *e corr.*) *B* 188. uiden *ex* uidin *B* miserei *Seyffertus Stud. Pl. p. 9* nec queunt *JF.* neque queunt *Z* conplecti (*post.* c *sup. v.*) *E.* complecti *BJ* 189. et iam *ex* etiam B^2. et iam *J* dispertimini (s *sup. v. m. 3*) *E.* dispartimini *F.* disiungimini *Muellerus Pros. Pl. p. 407 adn. 2.* dispertimini etiam *Guyetus* nulli hominist *Ussingius.* nulli est homini *libri* perpetuum *libri* 190. adiunctum

PALINVRVS

Quid ais, própudium?
Túne etiam cum nóctuinis óculis odium mé vocas?
Ébriola's persólla, nugae.

PHAEDROMVS

Tún meam Venerem vítuperas?
Quíd? istum mihi pollúctus virgis sérvos sermoném serat?
Át ne tu hercle cúm cruciatu mágno dixisti íd tuo.
Ém tibi maledíctis pro istis, díctis moderari út queas.

PALINVRVS

Tuám fidem, Venus nóctuvigila.

PHAEDROMVS

Pérgin etiam, vérbero?

PLANESIVM

Nóli, amabo, vérberare lápidem, ne perdás manum.

PALINVRVS

Flágitium probrúmque magnum, Phaédrome, expergéfacis:
Béne monstrantem púgnis caedis: hánc amas, nugás meras.
Pótine fieri ut ínmodestis tuís modereris móribus?

---

192. *Osbernus p. 536:* persolus, a, um ·i· assiduus; unde Plautus: 'ebriolae et persolae nugae' *Cf. glossae a Loewio Prodr. p. 261 allatae:* persolla : persona uilis, persolla : persona minor, *quibus ibidem addit Placidum p. 74, 8:* persollas : personas

---

est *EJF.* adiunctum *B.* adiuuentum *Z* ais *(s sup. v.) J* 191. tun *BEJ.* tum *F* noctuinis *ex* noctu in is B^2. noctuinis *E, G. Valla.* nocturnis *JFZ* oculis *ex* osculis *B* 192. ebriola's persolla, nugae. *Gz.* ebriola persolla *(ex* persole *m. 2)* nuge *B.* ebriola psole nuge *E.* ebriola psolę nugae *J.* ebriola persole *(*persolę *Z)* nugae *FZ.* ebriolae persolla, nugae *Bothius.* ebriolae persollae nugae *Ussingius* 193. Quid? istum *Gz.* quod quidem *BEJFZ, nisi quod* qđ *ex* qu,,',, *(circiter 3 litt. erasae) B, ut videatur exstitisse* quidē. talem *Ussingius.* quem quidem *Lambinus* michi *E* pollutus *JFZ* seruus *libri* *Ceterum versum Planesio tribuunt Lambinus, Ussingius: expungit Guyetus* 194. ne tum *Z: corr. G. Valla* crutiatu *E* dixisti id *(id ex* tuo *corr.)* tuo *B.* dixisti tuo *JF* 195. Em *E.* hem *BJFZ* proistis *E* 196. noctu uigila *BEJZ* 197. neperdas *BJ* 198. flagicium probrumque magnum *(a m. 2 in ras. ut vid.) B. Langiani.* magnum flagitium probrumque *EJFZ* phedrome *BEJ* experge facis *EJ* 199. cedis *BEJ* 200. Potine *Pius, Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1874) p. 116.* hoccine *BEJFZ* fieri] istis *(ante vel post* inm.*) Luchsius l. c.* immodestis *J* tuis modereris

PHAEDROMVS

Aúro contra cédo modestum amátorem: a me aurum áccipe.

PALINVRVS

Cédo mihi contra aúrichalco, quoí ego sano sérviam.

PLANESIVM

Béne vale, ocule mí: nam sonitum et crépitum claustrorum aúdio:
Aédituom arbitrór aperire fánum: quaeso ad húnc modum
Ínter nos amóre utemur sémper subreptício?

PHAEDROMVS

Mínume: nam parasítum misi núdiusquartus Cáriam
Pétere argentum: is hódie hic aderit.

PLANESIVM

Nímium consultás diu.

PHAEDROMVS

Íta me Venus amét, ut ego te hoc tríduom numquám sinam
Ín domo esse istác, quin ego te líberalem líberem.

PLANESIVM

Fácito ut memínerís: tene etiam priúsquam hinc abeo sávium.

---

206. *Osbernus p. 160:* nudiusquartus . . . . . unde Plautus: 'parasitum misi nudiusquartus Cariam'

Seyffertus Phil. vol. XXIX (a. 1870) p. 387. hic te modereris *libri, nisi quod* moderere *FJ.* te hic modereris *Camerarius.* admoderere *Luchsius l. c.* morigereris *Brixius (et* ut tu*) Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 764.* te modereris *Ussingius* 201. ame *BEJ* accipe Palinurus *E* 202. *Person. add. E*[3] auricalco *J* cui *BEJ* saue *Z* *Post* seruiam *del.* Planesium *E*[3] 203. *Person. add. E*[3] uale *(*a *ex* e*) B* minam *E* sonitu et crepitu claustrorum audio *cum sequentibus iungens Bothius* 204: Aedituom arbitror aperire fanum *Gertzius.* editum̃ aperire fanum quousque *libri, nisi quod* aeditium *F et* quo usque *EJ.* aedituom fanum aperire arbitror: set *Fleckeisenus.* aedituom aperire reor fanum. quousque *Seyffertus Phil. vol. XXVII (a. 1868) p. 443.* aedituumque aperire fanum. quousque *Pylades. Cf. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 779* quęso *J.* queso *BE* adhunc *EJ* 205. utemur *Pius.* utimur *libri* surrepticio *BJ.* surpreptitio *(prior* p *del. m. 2) E* 206. minime *BEJ.* minimo *(scil.* spatio*) Acidalius* nudius quartus *BEJ* 207. hodie *(*h *sup. v.) J* PLANESIVM Nimium *(*PL *e corr.) B* consultas diu *(*tas diu *m. 2 fort. ex* tus es diu*) E* 208. triduum *BEJ* 209. indomo *BE* 210. prius quam *B* abeo *ex* habeo *E*[3] suauium *F*

PHAEDROMVS

Si équidem hercle mihi régnum detur, númquam id potius pérsequar.
Quándo ego te vidébo?

PLANESIVM

Em istoc vérbo vindictám para:
Sí amas, eme: ne rógites. facito ut prétio pervincás tuo.
Béne vale.

PHAEDROMVS

Iamne égo relinquor? púlcre, Palinure, óccidi.

PALINVRVS

Égo quidem, qui et vápulando et sómno pereo.

PHAEDROMVS

Séquere me.

---

211. si equidem *Gz.* siquidem *libri* mihi *delet Guyetus. Luchsius Herm. vol. VIII (a. 1874) p. 122.* mi hercle *Bothius. librorum scripturam defendit Brixius de pros. p. 25* *Ante* id *ras. J* 212. em istoc verbo *Ribbeckius de partic. p. 30.* hem istoc uerbo *libri, nisi quod* istuc *J: quod sanum esse negat Ussingius; sibi talia placere:* audisti hoc verbum *vel* dicam verbo 213. eme *ex* ime *ut vid. J* nerogites *B.* ne rogitas *F* precio *BJ* 214. iam ne *EJ* pulcre? *in ras., in qua* palinure? *scriptum erat* B^2. pulchre *EJ* 215. Phaed. Sequere me *om. B*

ACTVS II

CAPPADOX. PALINVRVS

CAPPADOX

Migráre certumst iám nunc e fanó foras,
Quando Aésculapi ita séntio senténtiam,
Ut quí me nihili fáciat nec salvóm velit.
Valétudo decréscit, adcrescít labor.
Nam iám quasi zona líene cinctus ámbulo:
Geminós in ventre habére videor fílios.
Nil métuo nisi ne médius disrumpár miser.

PALINVRVS

Si récte facias, Phaédrome, auscultés mihi,
Atque ístam exturbes éx animo aegritúdinem.
Pavés parasitus quía non rediit Cária:
Adférre argentum crédo. nam si nón ferat,
Torménto non retinéri potuit férreo,
Quin réciperet se huc ésum ad praesepém suam.

---

228. *Charisius p. 59, 11:* hoc praesepe neutraliter [dicimus et hoc

---

Act. II Sc. 1. CAPADOX LENO SERVVS. B^2E. CAPADOX LENO PALINVRVS SERVVS *J* 216. mi grare *B* certum st *B*. certum est *J* nunciam *Fleckeisenus* efano *BJ*. effano *E* 217. esculapi, e *ex* p *B*. esculapi *E*. esculapii *J* 218. utqui *ex* utquid *ras. E* nichili *EJ* fatiat *E* uenit *J* 219. uale tu do *E*. ualitudo *JF*. ualetudo iam *Brugmanus l. s s. p. 45* ac crescit *J* 220. quasi zona *ex* zona quasi *F* cintus *E* 221. inuentre *BEJ* 222. 223. *His versibus in B adscripsit man. saec. XIII/XIV haec:* solent tibi oculi duri fieri censesne locustam esse, *ad quae Camerarius addidit:* haec ad Menaech. pertinent. *Cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 274: spectant ad v. 231* 222. nihil *B*. nichil *E* me *F* me dius *E* disrumpar *ex* dirumpar E^3 223. fatias *E* phedrome *BEJ* michi *EJ* 224. exanimo *EJ* egritudinem *E* 225. parasitus (situs *ex* tus) *B* redit *B* 226. ad ferre *B*. afferre *J*. at ferre *Acidalius* credo nam *ex* credonam E^3 sinon *J* 227. potuit *ex* ptuit E^2. at poterit *in marg.* E^3. poterit *F* 228. recipiat *Bothius* cessum *Nonius*. essum *Fleckeisenus*. cessim

CAPPADOX

Quis hic ést qui loquitur?

PALINVRVS

Quóiam vocem ego aúdio?

CAPPADOX

Estne híc Palinurus Phaédromi?

PALINVRVS

Quis hic ést homo

Cum cónlativo véntre atque oculis hérbeis?
De fórma novi: dé colore nón queo
Novísse. iamiam nóvi. lenost Cáppadox.
Congrédiar.

CAPPADOX

Salve, Pálinure.

PALINVRVS

O scelerúm caput,

---

praesepium,] pluraliter praesepia. sed Plautus in Curculione feminine, 'esum ad praesepem suam' *Cf. Probi cathol. p. 8, 3:* hoc praesepe huius praesepis declinatur. nam quod Plautus: 'haec praesepes mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio*: vide Keilii adnotationem. idem exstat apud Marium Plotium (M. Claudium) Sacerdotem p. 472, 25. Nonius p. 218, 3:* Praesepia neutri sunt generis ..... Feminino Plautus in Curculione: 'quin ..... huc cessum ad praesepim suam' 231. *Festus Pauli p. 58, 17:* Collativum ventrem magnum et turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur *Placidus p. 30, 4 ed. Deuerl.:* conlativus: magnus e conlatione factus. *Huc rettulit Kochius Mus. Rhen. vol. XXVI (a. 1871) p. 551 Osbernus p. 150:* Collativus: capax, sinuosus, latus. Plautus: 'quis est hic cum collativo ventre et oculis herbeis?' *Cf. p. 220:* ... unde Plautus: 'quis hic homo est ..... herbeis' *et p. 273:* herbeus .... unde Plautus: 'quis cum collativo ventre et oculis herbeis?'

Passeratius. praesepem suam *Charisius. Pylades* presepem suum *EJ.* presepe suum *B.* pręsepe suum *Z.* presepim suam *F. idem Nonius* 229. quo iam *EJ* ego *om. EJFZ* 230. est ne *J.* es ne *B.* esne *E* phedromi *BEJ* quis *ex* qui B^2*: cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 27 adn. 20.* qui *EJFZ* 231. cum *(*c *in ras. ut vid.)* B^2 collatiuo *BEJ* 232. *Post* forma *eras.* u *in J* decolore *BJ* 233. iam iam *BEJ* leno *(*n *ex* m *ras. B)* est *BEJ* capadox *BF* 234. salue *(*ue *corr. m. 2) B* oscelerum *E* caput *ex* capud E^3

Salvéto. quid agis?

CAPPADOX

Vívo.

PALINVRVS

Nempe ut dígnus es.

Sed quíd tibist?

CAPPADOX

Lien énecat, renés dolent,
Pulmónes distrahúntur, cruciatúr iecur,
Radíces cordis péreunt, hirae omnés dolent.

PALINVRVS

Tum te ígitur morbus ágitat hepatiárius.

CAPPADOX

Lién dierectust.

PALINVRVS

Ámbula: id lieni óptumumst.

CAPPADOX

Facilést miserum inridére.

PALINVRVS

Quin tu aliquót dies

---

236. *Varro de L. L. VII, 60:* Dividia ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris: itaque idem in Curculione ait: 'Sed quid tibi est? Lien enecat, renes dolent, pulmones distrahuntur' *Osbernus p. 301:* lien ..... unde Plautus: 'lien necat, renes dolent, pulmo distrahitur'. *Cf. Festus Pauli p. 101, 6*
240 sqq. *Fortasse ex hoc loco turbato petita sunt, quae Serenus Sammonicus c. 23 v. 429 habet:* Dulcia, Plautus ait, grandi minus apta lieni. *cf. Anal. Plaut. p. 110, ubi talem ludens finxi versiculum:* Nam grándi lieni mínus sunt apta dúlcia

---

235. uiuo *ex* uino *J* 236. tibi est *BEJ* enecat *Fleckeisenus ex Varrone.* necat *libri* 237. crutiatur *E* iecur *ex* iecor *B* 238. hirae *Turnebus. Fruterius.* chirę *B.* chire *E.* at crie *in marg.* E^3. chrae *J.* criae *F.* crię *Z* *Ceterum spurium hunc versum dicit Guyetus, fortasse recte* 239. te igitur tȩ *E* hepatiarius E^3. *G. Valla.* he patiarius *E* (u *s. v.*) *J.* epatiarius *B.* epatarius *FZ.* apatarius *Guyetus ab* ἀπατᾶν *ducens* 240. *Versum, qui in libris post 244 fertur, huc revocavit Acidalius: alia quaedam turbata esse suspicatus sum Anal. Pl. p. 108 sq.; videtur enim lacuna esse ante v. 241: quamquam non omnia iam probo quae ibi disputavi: cf. testimonia* *Person. hoc loco om. E* dierectust *Camerarius.* dieructus *B. Langiani.* di eructus *E.* dirruptus *J*E^3. diruptus *FZ* lieni (*i post. man. recentior*) *J* optunum est *J* 241. facile est *BJ* irridere *J* Quintu *E*

Perdúra, dum intestína exputescúnt tibi,
Nunc dúm salsura sát bonast. si id féceris,
Veníre poteris íntestinis vílius.

CAPPADOX

Aufér, quaeso, ista atque hóc responde quód rogo:
Potin cóniecturam fácere, si narrém tibi
Hac nócte quod ego sómniavi dórmiens?

PALINVRVS

Vah, sólus hic homost quí sciat divínitus:
Quin cóniectores á me consiliúm petunt:
Quod eís respondi, ea ómnes stant senténtia.

COQVOS. PALINVRVS. CAPPADOX

COQVOS

Palinúre, quid stas? quín depromuntúr mihi
Quae opus súnt, parasito ut sít paratum prándium,
Quom véniat?

PALINVRVS

Mane sis, dum huíc conicio sómnium.

COQVOS

Tute ípse siquid sómniasti, ad mé refers.

---

242. 243. *His versibus man. saec. XIII/XIV in B adscripsit haec:*
albū an átrū uinū potas
quđ tibi quesito op' est
et addidit Camerarius et haec. *Cf. v. 222. 223* 242. ex putescunt *B.* exputrescunt E^3FZ Dura dum, ne intestina putrescant tibi *Acidalius* 243. nunc enim *Ussingius* saltura *JFZ.* ịnsaltura *E*
Post salsura *7 litt. ras. B* bona est *BJ* Nondum *[idem Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1874) p. 117]* salsura sat bona est. ni id feceris *Acidalius* 244. uilius *ex* uilibus B^2 *ut vid.* uilius capp̃ *E: cf. v. 240.* 245. *Person. om. J* aufer quaeso ista *Fleckeisenus.* aufer istaec quaeso *libri, nisi quod* ista ec quęso *E et* queso *J*
246. pos*(s del. m. 3)*tinconiecturam *E* facere *(*fa *ex* si *et* cere *in 5—6 litt. ras.)* B^2 248. homo st *B.* homo est *J* 249. ame *BEJ* 250. respondi *(*ondi *e corr.) B*
Act. II Sc. 2. COCVS SERVVS LENO *BEJ* 251. michi *E* 252. quę *EJ* sunt *e corr.* E^2 sit *ex* sint E^3 prandium paratum *JF* 253. cum *J* ueniat *ex* ueniet *B* conitio *BEJ* 254. *Ante hunc versum Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 764 velut talem intercidisse suspicatur:* Immo égo coniciam: nám coniector sum óptu-

PALINVRVS

Fateór.

COQVOS

Abi, deprome.

PALINVRVS

Áge tu interea huic sómnium
Narrá: meliorem quam égo sum suppononó tibi:
Nam quód scio omne ex hóc scio.

CAPPADOX

Operam ut dét.

PALINVRVS

Dabit.

CAPPADOX

Facit híc quod pauci, ut sít magistro oboédiens.
Da mi ígitur operam.

COQVOS

Tam étsi non noví, dabo.

CAPPADOX

Hac nócte in somnis vísus sum tuérier
Procúl sedere lónge a me Aesculápium:
Neque eum ád me adire néque me magni péndere
Visúmst.

---

mus *Person. om. Z: add. Pius* tu te *EJ* adme *E* refer *ex* refers *F* 255. Ca. Fateor. Co. Abi *Z: corr. Pius* Fateor cocus abi *E:* coeus *del. lineola* E^3 256. subpono *B.* suppone *Z: corr. Saracenus* 257. namquid *J* exhoc *E* 258. *Pers. add.* E^2. *om. F* magistro oboediens *Muellerus Pros. Plaut. p. 530.* magistro obsequens *libri, nisi quod* o bsequens *B.* magistro suo obsequens *Pylades.* magisterio obsequens *Brixius Nov. annal. vol. (a. 1870) p. 765: hiatum defendunt Spengelius Plaut. p. 235, Geppertus Annal. gymn. Berol. vol. XIX (a. 1865) p. 903, Luchsius Studem. Stud. vol. I p. 6, Wagnerus praef. Trin. p. VI* 259. mihi *BJ.* michi *E* operam? *B, unde* dan *Loewius.* operam. cocus *E* tam et si *B.* et si *JF* vovi *mire Dousa* *Post* dabo *m. 2* CAP *et 5 litt. ras. B* 260. insomnis *BJ* visus sum tuerier *Lambinus.* uisussum uiderier *in ras. B.* uisus sum *(post* sum *spat. c. 6 litt.)* uiderier *E.* uisus sum uiderier *JFZ.* visus sum intuerier *Camerarius.* visus sum viderier *defendit Kampmannus de Ab p. 27 collato v. 254 Rud. similiter corrupto.* visus est viderier *Camerarius* Aesculapius *scribens v. 261* 261. ame *BEJ* esculapium *EJ* 262. eum *deleri mavult Ussingius* visust *v. 263 defendens* adme *E* magnipendere *E* 263. uisum est *JF, Acidalius.* uisu st *B.* uisust *E.* Pal. usust *Z* cocus Item *E* scilicet B^2 *in ras.*

COQVOS

Item alios deós facturos scílicet:
Sane ílli inter se cóngruont concórditer.
Nihil ést mirandum mélius si nil sít tibi:
Namque íncubare sátius te fuerát Iovi,
Auxílio tibi qui in iúre iurandó fuit.

CAPPADOX

Si quídem incubare quí periurarínt velint,
Locus nón praeberi pótis est in Capitólio.

COQVOS

Hoc ánimum advorte: pácem ab Aesculápio
Petás, ne forte evéniat tibi magnúm malum
Quod ín quiete tíbi portentumst.

CAPPADOX

Béne facis:
Ibo átque orabo.

COQVOS

Quaé res male vortát tibi.

---

266. *Servius ad Aen. VII, 85:* Incubare dicuntur proprie hi qui dormiunt ad accipienda responsa: unde est 'ille incubat Ioui' i. e. dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere *Quae ex memoria attulisse puto Servium, qui saepius similiter erravit*

264. *Pal. person. praem.* F^2 interse *B.* intra se *F* congruunt *libri* *Ceterum hunc versum et v. 263 delet Weisius* 265. *Coci person. praem.* F^2 nichil *EJ* nihil sit *EJ* (nichil) *FZ.* nihil fit *B* 266. nanque *JF.* Co. Nanque *Z* satius te (te *s. v. m. 2*) *B.* te satius *Z* 267. Auxilio tibi qui *Gz.* qui tibi auxilio *EJZ.* qui tibi auxilium *B.* qui tibi *F* iniure *BE.* iniure *ex* imure *J* fuit *libri omnes:* tulit *Camerarius* auxilium *ex B recipiens* auxilio fuit *F* *Ceterum varie transposuerunt viri docti:* tibi qui *e. q. s. Camerarius:* auxilium tibi qui *Fleckeisenus:* auxilium qui tibi in *e. q. s. Muellerus Pros. Pl. p. 350:* Quia tibi is *idem ibidem:* tibi cui auxilium *e. q. s. Acidalius* 268. siquidem *BEJ* qui periurarint, velint *Fleckeisenus.* uelint qui periurauerint *BF.* uelint quip iurauerint *J.* uelint qui periurauerunt *EZ.* *De ulint noli cogitare cum Kochio Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 685* 269. non preberi *E.* nonpreberi *J* potis (is *m. 3 e corr.*) *E* incapitolio *BEJ* 270. huc E^3F ab aescula pio (sc *e corr.*) *B.* abesculapio *J.* ab esculioapio *E* 271. ne forte eveniat tibi *Gz.* ne forte (neforte *BJ*) tibi eueniat *libri.* ne fors tibi evenat *Fleckeisenus.* ne tibi forte evenat *Muellerus Plaut. Pros. p. 391* 272. inquiete *BE.* in quiete *ex* iniquiete *J* tibi eueniat *E.* tibi E^3 portentum st *B.* portentumst (r *sup. v.*) *E.* portentum est *J* *Palinuri person. exhibet F* benefacis *J* 273. Capa. *praem. F*

PALINVRVS. PHAEDROMVS

* *
* *
* *
* *

PALINVRVS

Pro di ínmortales, quém conspicio? quís illic est?
Estne híc parasitus qui áb ero missust Cáriam?
Heus éxi, Phaedrome, éxi, exi, exi inquam ócius.

PHAEDROMVS

Quid istíc clamorem tóllis?

PALINVRVS

Parasitúm tuom
Videó currentem eccíllum usque in platea últuma.
Hinc aúscultemus quíd agat.

PHAEDROMVS

Sane cénseo.

CVRCVLIO. PHAEDROMVS. PALINVRVS

CVRCVLIO

Dáte viam mihi, nóti ignoti, dúm ego hic officiúm meum

---

quę *E.* que *J* *Post hunc versum plura intercidisse vidit Fleckeisenus: adnectitur in libris v. 274 sine ullo spatio*

274. *Person. omittunt libri: corr. Angelius* proh *E* dii *J* immortales *BE* conspitio *E* quis *Pylades. Seyffertus Stud. Pl. p. 27: cf. v. 230:* qui *libri* 275. est ne hic *BE.* est me *J* qui ab ero missust Cariam *Gz.* qui missus est in chariam *BEJFZ, nisi* quod incariam *EJ.* in *versus explendi causa additum duco.* missus quist in Cariam *Bothius* 276. heus exi *Camerarius.* heus *libri* phędrome *B.* phedrome *EJ* · ex · xi · xi · *E: corr.* E^3. exi exi *JF* quam *F.* foras inquam *Pylades* otius *EJ* 277. *Palinuri person. praem. BEJ* Quid *F, Saracenus. Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 392 adn. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765.* qui *BEJZ* tollos *J* *Coco tribuunt BEJFZ: corr. Angelius* tuum *libri* 278. video currentem *Camerarius.* uide occurrentem *BEJZ.* uideo occurrentem *F* eccillum *Muellerus Pros. Pl. p. 685.* ellum *libri, nisi quod sup. vers.* ·i· uiden E^3 inplatea *EJ.* in platead *Bothius. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63.* platea in *Camerarius* ultima *BEJ* 279. quid aiat *Scaliger* *Palinuro tribuunt extrema verba BEJ, Coco F* *Act. II Sc. 3.* CVRCVLIO PARASITVS. ADOLESCENS. SERVVS. *BE.* CVRCVLIO PARASITVS. PHEDROMVS ADOLESCENS PALINVRVS SERVVS *J* 280. Date *(4 litt., fort.* mihi, *erasae) ex* ate B^2

Fácio: fugite omnés, abite et dé via decédite,
Néquem in cursu cápite aut cubito aut péctore offendam aút genu.
Íta nunc subito própere et celere obiéctumst mihi negótium.
Néque nunc quisquamst tám opulentus, quí mi obsistat ín via,
Néc strategus néc tyrannus quísquam neque agoránomus
Néc demarchus néc comarchus néc cum tanta glória,
Quín cadat, quin cápite sistat ín via de sémita.
Túm isti Graeci pálliati cápite operto qui ámbulant,
[Qui íncedunt suffárcinati cúm libris, cum spórtulis,]
Cónstant, conserúnt sermones ínter sese drápetae:
Óbstant, obsistúnt, incedunt cúm suis senténtiis:
Quós semper videás lubentes ésse in thermipólio:

---

292. *Osbernus p. 275:* hermopolium ...... unde Plautus 'quos semper videas bibentes esse in hermopolio'

---

michi *EJ. del. Bothius* noti ignoti *Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 18: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 395.* noti atque ignoti *libri* offitium *E* *In marg. 7—8 litt. scriptae non m. 1 eras. B*
281. fatio *E* fugtae *(?) J* omnis *E* deuia *J* decedite *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 398. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 763.* secedite *libri* 282. incursu *BJ. idem ex* incursum *ut vid. ras. E* cubito *ex* capito *ut vid. E*³ aut genu *add. B*²
283. subitum *Ussingius* et propere *F* scelere *J* obiectum st mihi negotium *B.* obiectumst michi negotium *E.* obiectum michi ē negotium *J*
284. Neque nunc quisquamst *Gz.* nec quisquam st *B.* nec quisquamst *E.* nequisquam est *J.* nec quisquam est *F.* nec quisquam *Z.* nec quisquam sit *Pius* tamopolentus *J.* (est) tam pol opulentus *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 399.* (sit) tam opulens civis *Muellerus Pros. Pl. p. 605* michi *EJ* inuia *EJ* 285. tirannus *B.* tyrrannus *J* nec *BEJ* agora nomus *E* 286. *Versum spurium notat Guyetus* demarcus *E* chomarcus *BE* 287. Quin cadat *ex* Qui incadat *B*²*E* quincapite *EJ* inuia *B.* inuiam *EJZ* desemita *BJ*
V. 288—300 praeter v. 298 obelo notat Guyetus 288. isti *E*³*FZ.* istic *BEJ* graeti *B.* greti *J.* greci *E* quod *(l* qui *sup. vers. m. 3) E* 289. Quiincedunt *ex* Quin cedunt *B*². Qui incedunt *ex* Quin cedunt *E*³ suffarcinati cum *ex* suffarcinaticum *E*³. suffartinanti cum *J.* subsarcinati cum *Lambinus* liberis *J* *Ceterum hunc versum postea additum duco* 290. conserunt *F. idem Fleckeisenus.* conferunt *BEJZ* *Verba* sermones inter se trapete *in ras. B* inter sese *Camerarius.* inter se *libri, nisi quod* intra se *F* drapete *E.* drapete *et sup. v.* ł trapa zete *J.* trapezitae al draiete *F* 291. *De hoc quoque versu dubito* occedunt *Bothius* 292. libentis *E et sup. v.* ł bi *E*³. *idem (*libentes*) ex codice suo Lipsius probatum Acidalio.* bibentes *BJFZ, nisi quod* bibentis *J* in thermipolio *Fleckeisenus.* in hermopolio *ex* inhermipolio *B*². inhermopolio *E.* in hermopolio *F.* in her-

[Úbi quid subrupuére, operto cápitulò calidúm bibunt,]
Trístes atque ebríoli abscedunt: eós ego nunc si offéndero,
Éx unoquoque eórum excutiam crépitum polentárium.
Túm isti qui ludúnt datatim sérvi scurrarum ín via
Ét datores ét factores ómnis subdam súb solum.
Proín sese domí contineant, vítent infortúnio.

PHAEDROMVS

Récte hic monstrat, si ínperare póssit: nam ita nunc mós viget,
Íta nunc servitiúmst: profecto módus haberi nón potest.

· CVRCVLIO

Écquis est qui míhi conmonstret Phaédromum geniúm meum?

---

294. *Osbernus p. 73:* ebriolus ..... unde Plautus 'tristes atque ebrioli incedunt 295. *Charisius p. 239, 19:* Trit Naevius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam 'crepitum polentarium', id est peditum [in Curculione], *ubi* inquit eiiciam *Fabricius,* inquit excutiam *codex Bondami* 296. *Nonius p. 96, 15:* datatim id est invicem dando. Plautus Curculione 'tum isti qui ludunt servi scurrarum datatim in via'

---

mopoleo *Z.* in hermopolo *J* *Hunc versum damnat Ussingius* 293. *Versum postea additum esse puto ut v. 289* subrupuere *Fleckeisenus.* subripuere *BZ.* subripuere *ex* subripuete *ut vid. E.* surripuere *JF* ubi quom sorbuere cal. *e. q. s. Acidalius* capitulo *ex* captulo E^3 bibibunt *E* 294. ebriorli *J* abscedunt *Bothius.* incedunt *libri.* cedunt *Ussingius* eos ego nunc si *Gz.* eos ego si *libri.* eos ego si hic *Fleckeisenus.* eos ego hic si *Muellerus Pros. Pl. p. 31.* ergo eos si *Lachmannus ad Lucr. p. 214* 295. ex uno quoque *BE.* exuno quoque *J* excutiam *Camerarius: vide testim.* extiam *B.* exciam *E.* eiciam *J.* eiiciam E^3FZ crepitum ego *Lachmannus ad Lucr. p. 214* exciam *defendens* polentorium (*sup. post.* o *add.* a *m. 2) E. an* pol polentarium? 296. istos *Bothius ex Langianis* inludunt *J* datatim *ex* cladatim B^2. datatim *post* scurrarum *Nonius* seruiscurrarum *ex* seruis currarum B^2. seruis currarum *ex* seruus currarum *ras. E* inuia *BEJ* 297. et clatores *Loewius* factores *BEJF. Pius.* fartores *Z. Loewius* omĩs *BJ* sub dam *B* sub solum *BF. G. Valla.* sub soli um (i *ex* ae *m. 3) E, ubi* ꝉ solum *add.* E^3.. subsoliam *F.* subsolium *Z* 298. proin sese *Gz.* pro inse *B.* proinse *EJ.* proin se *F.* proin *Z.* proin se illi *Fuhrmannus Nov. annal. vol. 97 (a. 1868) p. 854.* proinde se *Camerarius* infortunio *Ausonius Popma. Scaliger. Acidalius.* infortunia *ex* infortuna B^2E^3. infortunia *JFZ* 299. si imperare possit *B.* siimperare possit *E.* si imperare *ex* se impetrare *J.* se imperare posse *Douza.* se imperare poscit *Fleckeisenus.* si impetrare possit *Pontanus* *An* quási ĩnper.? 300. seruicium st *B.* seruitium est *J* modus haberi non potest *in ras. E* 301. *Person. om. J* ec quis *BE* qui E^3. qđ *E* michi *E* commonstret *BEJ.*

Íta res subitast: céleriter mi eo hómine conventóst opus.

PALINVRVS

Té ille quaerit.

PHAEDROMVS

Quíd si adeamus? heús, Curculio, té volo.

CVRCVLIO

Quís vocat? quis nóminat me?

PHAEDROMVS

Quí te conventúm cupit.

CVRCVLIO

Haúd mage me cupis quam égo te cupio.

PHAEDROMVS

Ó mea opportúnitas,
Cúrculio exoptáte, salve.

CVRCVLIO

Sálve.

PHAEDROMVS

Salvom gaúdeo
Te ádvenire: cédo tuam mi déxteram: ubi sunt spés meae?
Éloquere, obsecro hércle.

CVRCVLIO

Eloquere, te óbsecro hercle, ubi súnt meae?

PHAEDROMVS

Quíd tibist?

---

commostret *F* phedromum *BEJ* 302. subita (s *ex* b *B*) est *BEJZ*. est subita *F* *Ante* celeriter *2 litt. ras. B* at oculiter *in marg. E*[3] mihi *BJ*. michi *E* eo homine *Brixius ad Menaechm. v. 650.* hoc homine *libri* conuento est *ex* conuenito est *B*. conuento est *EJ* 303. querit *BEJ* curgulio *FZ* 305. haud mage me cupis quam ego te cupio *Gz.* haud magis cupis quam ego te cupio *libri.* haud magé cupis quam égo t. c. *Bothius. cf. Mahlerus de pron. pers. ap. Pl. colloc. p. 10.* hau tu me magis cupis *e. q. s. Muellerus Pros. Pl. p. 31* oportunitas *BE*. opurtunitas *J* 306. Curcu. *(del. m. 3)* Salue *(ex* salui *m. 3) E* saluum *BEJ* 307. ad uenire *B* michi *E* dexteram *J*. dextram (r *ex* e) *B*. dextram *EFZ* meę *E* 308. eloquere (r *ex* l) *B* te obsecro hercle *Bothius ex cod. Guelferbytano.* te obsecro *BEJFZ* *Hiatum defendit Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23. de* cubi *cogitat Bergkius Symbol. ad gramm. lat. p. 119* meę *E* *Ceterum commemoro versum excludere Guyetum* 309. tibi est *libri* tenebrę *B*. tenebre *EJ* ob oriuntur *B* inedia *BEJ: G. Valla.* media *FZ*

CVRCVLIO

Tenebrae óboriuntur, génua inedia súccidunt.

PHAEDROMVS

Lássitudine hércle credo.

CVRCVLIO

Rétine, retine me, óbsecro.

PHAEDROMVS

Víde ut expalluít: datin isti séllam ubi adsidát cito
Ét aqualem cum aquá? properatin ócius?

CVRCVLIO

Animó malest.

PHAEDROMVS

Vín aquam?

CVRCVLIO

Si frústulentast, da, óbsecro hercle, obsórbeam.

PHAEDROMVS

Vaé capiti tuo.

CVRCVLIO

Óbsecro hercle, fácite ventum ut gaúdeam.

PHAEDROMVS

Máxume.

CVRCVLIO

Quid fácitis quaeso?

PALINVRVS

Véntum.

CVRCVLIO

Nolo equidém mihi
Fíeri ventulúm.

---

311. 312. *Osbernus p. 11:* aqualis . . . . . unde Plautus 'date isti sellam ubi assideat et aqualim cum aqua' 313. *Osbernus p. 237:* Frustulentus . . . . . unde Plautus: 'si frustulenta est aqua da obsecro ut obsorbeam'

---

310. retinete retinete *JF* 311. uide ut *Pylades.* uiden ut *libri* datinisti *E* assidat *BEJ* 312. properatim ocitius *E* male est *libri* 313. *Palinuri person. praefigunt BE.* Lyč *J* frustulenta est *BEJ* 314. *Palinuri person. praefiguntBEF, Curculionis J* ue *BEJ* uentum mihi *F* 315. *Palinuri personam praefigunt BEF* maxime *EJ* queso *BEJ* michi *EJ* 316. *Palinuri person. inserunt JF* igitur *Bothius.* igitur uis *libri, nisi quod* uis *ex* uir E^3 *et* ergo *F*

PHAEDROMVS

Quid igitur?

CVRCVLIO

Ésse, ut ventum gaúdeam.

PHAEDROMVS

Iúppiter te díque perdant.

CVRCVLIO

Périi: prospició parum:
Lácrumarum habeo déntes plenos, líppiunt faucés fame:
Íta cibi vacívitate vénio lassis láctibus.

PHAEDROMVS

Iám edes aliquid.

CVRCVLIO

Nólo hercle aliquid: cértum quam aliquid mávolo.

PHAEDROMVS

Ímmo si sciás reliquiae quaé sint.

CVRCVLIO

Scire nímis lubet
Úbi sient: nam illís conventis sáne opus est meis déntibus.

PHAEDROMVS

Pérnam, callum, abdómen, sumen, glándium.

CVRCVLIO

Ain tu ómnia haec?
Ín carnarió fortasse dícis?

---

319. *Nonius p. 331, 25:* Lactes dicuntur intestina . . . . . Plautus Curculione: 'ita cibi uacuitate . . . . lactibus' 324. *Os-*

An uentum ut *?* 317. *Pal. person. praefigunt B E J F* diique *J* prospitio *E* 318. Lacrumarum habeo *Kochius Emend. Pl. p. VII.* Os amarum habeo *libri, unde* os amarumst *Fleckeisenus* dentes flent *Ussingius.* dentes lippos *Lambinus.* dentes haerent *Guyetus* 319. vaciuitate *Camerarius.* uacuitate *libri cum Nonio* laxis *Pius* 320. aliquit mauolo *B* 321. *Palinuri personam praefigunt B E J F* siscias *B J* reliquię *E J.* requię *B* quę *E J* sunt *J* nimis (ni *ex* m) *B* lubet *ex* iubet E^3 322. scient *J* conuentus *E J.* conuentis E^3 323. *Person. add.* E^2 Pernam callum *Pylades.* Pernam *libri, nisi quod* pern nam *J.* pernam suis *Bothius,* suis *ex verbis sequentibus adscito* sumen *om. E J F Z* glandium *Gz.* suis glandium *libri.* sueris glandium *Scaliger.* suillum glandium *Camerarius* ain *ex* am *E* tuo *J.* tu/// *E* hęc *E.* hec *J* ain tu haec omnia *Muellerus Plaut. Pros. p. 649* 324. incarnario *B E J* dicis fortasse *F* inlancibus *B E J*

PHAEDROMVS

Immo in láncibus:
Quaé tibi sunt paráta, postquam scímus venturúm.

CVRCVLIO

Vide
Né me ludas.

PHAEDROMVS

Íta me amabit quám ego amo, ut ego haud méntior.
Séd quod te misí sum nihilo cértior.

CVRCVLIO

Nihil áttuli.

PHAEDROMVS

Pérdidisti me.

CVRCVLIO

Ínvenire póssum si mi operám dabis.
Póstquam tuo iussú profectus súm, perveni in Cáriam.
Vídeo tuom sodálem, argenti rógo uti faciat cópiam.
Scíres velle grátiam tuam: nóluit frustrárier,
Út decet velle hóminem amicum amíco atque opitulárier:
Réspondit mihi paúcis verbis átque adeo fidéliter,
Quód tibist, itém sibi esse, máxumam argenti ínopiam.

PHAEDROMVS

Pérdis me tuis díctis.

---

bernus p. 119: Carnarium . . . . . unde Plautus 'tuo haec fortasse in carnario dicis?'

---

325. quę *EJ* scimus *ex* sciimus *B.* sci imus *J* 326. neme *BJ* laudas *J. om. FZ: add. Hermolaus* ego *om. Z.* 327. quod *Guyetus.* quo *libri* sum nihilo *Muellerus Pros. Pl. p. 545 adn.* nihilo sum *libri, nisi quod* nichilo *J* cercior *B* Nichil attuli *J. idem in ras. E* 328. possim *EJZ* simihi *B.* si michi *EJ* dabis *Pylades.* datis *libri.* datas *Gruterus.* duis *Pius* 329. pueni *ex* ueni E^2 *An* perveni Cariam? 330. tuum *libri* uti *ex* ut B^2 fatiat *E* copiam faciat *FZ* *V. 331sq. del. iussit Guyetus: recte ut vid.*

331. scires uelle *B, Pius.* scire uelles *ex* scires uelles *ras. E.* scires uelles *JFZ* gratia tua *Lipsius. Lambinus.* gratiam tuam *ad* frustrarier *refert Scaliger* 332. docet *J* 333. michi *EJ* fidelister *E.* fedeliter *F* 334. Qđ *ex* Sed E^2. quid *J* tibi est *BEJ* maxumam *Fleckeisenus.* magnam *libri.* Phaed. Quid? Curc. Magnam *Muellerus Pros. Pl. p. 603* incopiam *servato* magno *Loewius: quod optime v. 330 commendatur omissis 331 et 332: iocatur Curculio* 335. me *om. J*

Cvrcvlio

Immo sérvo et servatúm volo.
Póstquam mihi respónsumst, abeo ab íllo maestus ád forum
Méd illo frustra ádvenisse. fórte adspicio mílitem
* *
Ádgredior hominém: saluto advéniens: 'salve' inquít mihi,
Préndit dexterám, seducit, rógat quid veniam Cáriam:
Díco me illo advénisse animi caúsa: ibi ille intérrogat
Écquem in Epidauró Lyconem tárpezitam nóverim.
Díco me novísse. 'Quid? lenónem Cappadocem?' Ádnuo
Vísitasse. 'Séd quid eum vis?' 'Quía de illo emi vírginem
Tríginta minís, vestem, aurum: et pro hís decem accedúnt minae.
'Dédistin tu argentum?' ínquam. 'immo' inquit 'ápud tar-
pezitám situmst
Íllum quem dixí Lyconem, atque eí mandavi, qui ánulo
Meó tabellas óbsignatas áttulisset, út daret

336. Post quam *E*. Ph. Postquam *Z* responsum est *B*. responsus est *J et (*1 sum *sup. v. m. 3) E* ab eo *E* abillo *B* mestus *BEJ* adforum *BJ* 337. med *Guyetus. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36.* me *libri* frustra] nequiquam *Muellerus Pros. Pl. p. 596* deuenisse *Camerarius* aspicio (p *ex corr.) B.* auspicio *J.* aspitio *E* *Post hunc versum velut haec intercidisse putat Seyffertus Stud. Pl. p. 16:* Therapontigonum qui anno erat hic. novistin? Ph. Novi et scio 338. aggredior *BEJ* ad ueniens *B* inquid *E: corr. E*[3] michi *EJ* 339. Prehendit *libri* dextram *BEZ* rogitat quid ego in Cariam Veniam *olim Ritschelius Proleg. p. 148.* rogat quid veniam in Cariam *Kampmannus de In praep. p. 26. Lorenzius ad Mostell. v. 425* 340. illo me *F* aduenisse *ex* uenisse *B, non B*[2]. venisse *Ritschelius Proleg. p. 148* causad *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63* ibi ille *Gz.* ibi me *libri.* ibi med *Ritschelius Opusc. philol. vol. III p. 126 spretis eis quae antea proposuerat* 341. ec quem *BEJ* inepidauro (ida *e corr.) B.* inepidauro *EJ* ly conem *B.* liconem *J* tarpezitam *Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 525.* trapezitam *B.* trapezitam *ex* trepezitam *E*[3]. trapazetam *J* 342. lenonem (n *s. vers.) J* capadocem *B* annuo *BEJ* 343. uitasse *J* eumuis *J* deillo *J.* ab illo *sup.* de illo *E*[3] uirgine/// *E* 344. accedunt *Guyetus.* coaccedunt *libri.* accedent *Bentleius ad Hautontim. IV, 7, 8* minę *BEJ* *Ceterum spurium esse hunc versum putat Ussingius* 345. dedistin *Fleckeisenus.* dedisti *libri.* ibi dedistin *Ritschelius Proleg. p. 126* argentum in manum *Muellerus Pros. Pl. p. 235* immo inquit *Pylades.* immo *libri* aput *J* tarpezitam *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 525.* trapezitam *BEFZ.* trapaezitam *J* situm est *BEJ* 346. quem *J* liconidem *BEJ* qui anulo *ex* quia nullo *E*[3]. qui/// (a *eras.) anulo B* 347. tabu-

Óperam, ut mulierem á lenone cum aúro et veste abdúceret.'
Póstquam hoc mihi narrávit, abeo ab íllo. revocat me ílico,
Vócat me ad cenam: réligio fuit, dénegare nólui.
'Quíd si abeamus, décumbamus?' ínquit. consiliúm placet.
Néque diem decét remorari néque nocti nocérier.
Ómnis res parátast et nos quíbus paratumst ádsumus.
Póstquam cenati átque adpoti, tálos poscit síbi in manum.
Próvocat me in áleam ut ego lúdam. pono pállium:
Ílle suom anulum ópposiuit, ínvocat Planésium.

PHAEDROMVS

Meósne amores?

CVRCVLIO

Táce parumper. iácit volturios quáttuor.
Tálos arripio, ínvoco almam meám nutriciam Hérculem,

357. *Servius ad Aen. VI v. 595:* Sane in usu est vultur, licet Cicero vulturius dixerit [et Plautus in Curculione: 'iacit vulturios quattuor']

las *B* attullisset *J.* obtulisset *Z: corr. Angelius* uti? 348. alenone *BEJ* et cum et *J.* cum et *E* auro ueste *J* 349. post quam *BE* michi *EJ* abillo *BEJ* ilico *ex* illico E^3 350. vocat ad *Pylades* religio (i *post. sup. v.*) *J* denagare *B* 351. Quod *B* si abeamus *Brantius.* siadeamus *B.* si adeamus *EJFZ.* si actutum *Ussingius* decumbamus *Reizius. Bothius.* ac decumbamus *BEZ.* ac decubamus *JF.* ac cubemus *Guyetus* inquit *ex* inquid E^3 placet (et *e corr. m. 2*) *B* 352. remorari *Camerarius.* me morari *BEF.* memorari *J.* me memorari *Z.* morari *Scaliger. Guyetus* neque (ne *ex* m) *B* 353. paratast *Z.* paratas *BEJ.* paratos *F* omnes et nos *F* paratum est *BEJ* assumus *BEJ* 354. appoti *BEJ* . talos (tal *m. 3 e corr.*) *E* sibiīmanum (ī *m. 2 postea inseruit*) *B.* sibi inmanum *EJ.* in manum *Reizius* 355. inaleam *BEJ* 356. suum *BEJ* anulum *JFZ.* annulum *ex* animulum E^3. at anulum *in marg.* B^2. animulum *BE* opposivit *Camerarius.* opposuit *libri* inuocat (t *m. 2*) *B* plenesium *J* 357. meos ne (ne *sup. v. m. 2*) *B* iacit uoltorios quattuor *EJFZ.* quattuor volturios iacit *Guyetus. Ritschelius Proleg. p. 149* 358. talos *ex* tales E^3 almam meam nutriciam *Gz.* almam meam nutricem *libri.* meam almam nutricem *Muellerus Pros. Pl. p. 695.* almam meam nutriculam *Bothius.* almam nutricem meam *Muellerus l. s. s. post Pyladem.* almam meam mihi nutricem *Fleckeisenus* herclem *F*

Iácto basilicúm, propino mágnum poclum: ille ébibit,
Cáput deponit, cóndormiscit. égo ei subduco ánulum,
Déduco pedés de lecto clám, ne miles séntiat.
Rógant me servi quó eam: dico me íre quo saturí solent.
Óstium ubi conspéxi, exinde me ílico protenám dedi.

PHAEDROMVS

Laúdo.

CVRCVLIO

Laudató, quando illud, quód cupis, effécero.

* *

Eámus nunc intro, út tabellas cónsignemus.

PHAEDROMVS

Núm moror?

CVRCVLIO

Átque aliquid prius óbtrudamus, pérnam, sumen, glándium:
Haéc sunt ventris stábilimenta: páne et assa búbula,
Póclum grande et aúla magna, ut sátis consilia súppetant.

---

359. *Osbernus p. 80:* Basilicus iactus . . . . . Plautus: ʻiacto basilicum' iacit volturios quattuor 363. *Nonius p. 376, 9 de* protinam *agens:* Idem (Plautus) in Curculione praepositione addita: ʻostium ubi prospexi exinde me ilico protenam dedi' quasi in longam fugam 367. *Nonius p. 218, 12:* Panis consuetudine masculino genere appellatur. Neutro Plautus in Curculione: ʻhaec sunt ventris stabilimenta pane et assa bubula' *Charisius p. 90, 5:* Panis masculino genere dicitur. nam etsi neutro genere Plautus dixit ʻpane et assa bubula' tamen vitiose

---

359. pasiliscum *B.* basiliscum E^2 poclum *Bothius.* poculum *libri* 360. caput *ex* capud E^3 condormiscit *ex* condormescit *B.* cum dormiscit *EJFZ* ei subduco *in ras. B.* ei sub duco *E.* ei subdudo *J* 361. delecto *BJ* 362. rogitant servi *Bothius. Ritschelius Proleg. p. 148* ego dico *JF* saturi *ex* satari *J* 363. hostium *JF* prospexi *Nonius* exin *F* illico *ex* ilico E^2 protenam *Nonius.* protinam *libri* *Post h. v. nonnulla interc. putat Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765: cf. v. 364* 364. id *Z* qđ *in marg.* B^2 cupisti *Muellerus Pros. Pl. p. 51* effecero (ce *s. v.*) *J* *Lacunam indicavi: cf. v. 363* 365. tabulas *B* non *ex* num E^3. non *FZ* moror (oror *in ras. m. 2*) *B* 366. *Personam om. B* optrudamus *J* obstrudamus *Scaliger comparato Festo p. 192: cf. Placidus p. 71, 16* glandium (n *add. m. 2*) *E* *V. 367. 368. obelo notat Guyetus* 367. hęc *E.* opus *Ussingius* uentris *Nonius. Fleckeisenus.* uentri *BEJFZ* pane *Nonius. F. idem Pylades et Scaliger.* panem *BEJZ* assabu(*altera* a *ex* u *m. 2*)bula (*ex* lala) *B* at pabula *in marg.* E^3 368. Poclum grande et *Fleckeisenus.* poculum grande *libri*

Tú tabellas cónsignato, hic míhi ministrabit, dúm ego edam.
Dícam quem ad modúm conscribas. séquere me hac intró.

PHAEDROMVS

Sequor.

---

369. tutabellas *J.* tu tabellas (*ex* tabillas) *B.* tu tabulas *Z* consignatod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 102* hic mihi *Pylades.* hic *libri* ministrabit (it *m. 3 ex* at) *E.* minstrabit *Fleckeisenus* dum ego edam *Fleckeisenus. Reizius.* ego edam *libri.* ego bibam *Brixius emend. Pl. (1854) p. 14: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 243* 370. quem admodum *B.* quem ad admodum *J.* quemadm *E ceteris usque ad finem versus abscissis* sequere hac intro me *Muellerus Nachtr. p. 50*

ACTVS III

LYCO. CVRCVLIO. CAPPADOX

Lyco

Beátus videor: súbduxi ratiúnculam,
Quantum aéris mihi sit quántumque aliení siet.
Divés sum, si non réddo eis quibus débibeo.
[Si reddo illis quibus debeo plus alieni est.]
Verum hércle vero bélle quom recógito,
Si mágis me instabunt, ád praetorem súfferam.
Habént hunc morem plérique argentárii,
Ut álius alium póscant, reddant némini,
Pugnís rem solvant, síquis poscat clárius.
Qui homó mature quaésivit pecúniam,
Nisi eám mature pársit, mature ésurit.

---

380. 381. *Charisius p. 204, 25:* Mature duo significat, et cito et tarde. Plautus in Curculione: 'Qui homo .... esurit.' est enim sensus: qui homo vix et aegre quaesiit pecuniam

---

Actus III Sc. 1. LICO TRAPEZITA . PARASITVS · LENO *BJ.* LI . . *et* NO *E ceteris abscissis* 371. *In E nil nisi personae nota* (LICO) *servatum est* Beatus (B *m. 2*) *B* raciunculam *J* 372. Quantum — sit quan *abscissa in E* *Ante* eris *3 litt. ras. B* michisit *J* 373. Dives — eis *abscissa sunt in E* debeo *libri* 374. *Versum damnavit Bothius, quem frustra corrigas* si — quibus d *abscissa in E* sireddo *B* debeo *(e post. sup. v.) J* *V. 375—381 ita a Plauto profectos esse non credo ut qui sententiae concinnitatem turbent: aut interpolatione aut lacunis laborant* 375. Verum herc *abscissa in E* belle quom recogito *Bothius.* cum uelle recogito *B.* conuellere cogito *ex* cum uelle recogito E^3. conuellere cogito *JFZ.* cum belle recogito *Gulielmius.* cum vere recogito *Camerarius. Dousa* *An post hunc versum lacuna est?* 376. Si *abscissum in E* mi *Camerarius* adprętorem *B.* adpretorem *EJ* sufferam (fer *e corr.*) *E* 377. mortem *J* pleriquę *J* argentarii (i *alt. m. 2*) *E* 378. poscant *ex* poscat *B* 379. soluant (uant *m. 2 in ras.*) *B.* soleant *EJ* clarius *B. Langiani.* durius *ex* derius E^3. durius *JFZ* 380. quesiuit *EJ* Matúre qui quaesívit homo pecúniam *Bothius* 381. par sit *E.* parsat *B*

Cupio áliquem mi emere púerum, qui usurárius
Nunc míhi quaeratur: úsus est pecúnia.

CVRCVLIO

Nil tú me saturum mónueris: memini ét scio.
Ego hóc effectum lépide tibi tradám: tace.
Edepól ne ego hic med íntus expleví probe,
Et quídem reliqui in véntre cellae uní locum,
Ubi réliquiarum réliquias recónderem.
Quis hic ést operto cápite qui Aesculápium
Salútat? attat quém quaerebam. séquere me.
Simulábo quasi non nóverim. heus tu, té volo.

LYCO

Unócule salve!

CVRCVLIO

Quaéso, deridésne me?

LYCO

De Cóculitum prosápia te esse árbitror:
Nam ei súnt unoculi.

CVRCVLIO

Cátapulta hoc ictúmst mihi

389. 390. *Servius ad Aen. XII v. 257:* Nam salutari dicimus deos . . . . . [Plautus in Curculione: 'Quis est qui operto capite salutat Aesculapium'] 393 sqq. *Varro de L. L. VII, 71:* Ab

---

382. mi emere *Fleckeisenus.* emere *libri* usurariis *JF* 383. Nunc michi queratur usus *EJ.* ne mihi quaeratur, usus *Ussingius* *Post* est *inserunt* etiam $E^3 Z$ 384. *Person. om. J* 386. hodie hic *Muellerus Pros. Pl. p. 729.* hic nunc *Hermannus Philol. vol. III (a. 1848) p. 464* med *Lambinus. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 49.* me *libri* 387. Et quidem *Camerarius.* Et equidem *libri.* Equidem *Guyetus* inuentre *BJ* cellę *EJ.* celle *B* *Ante* unilocum *(sic!) 2 litt. ras. B* 388. reconcederem *F* 389. operto capite qui *Bothius.* qui operto capite *libri.* operto qui capite *Guyetus.* qui operto capitulo *scribi posse monet Muellerus Pros. Pl. p. 521.* qui operto capited *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63* esculapi um *B.* esculapium *E.* osculapium *(e sup. o) J.* salutat aesculapium *Servius* 390. querebam *B.* querebam *EJ* 391. nouerim *(nouer in ras.) B* tu *om. F* 392. Unocule *Camerarius.* une ocule *BEFZ.* une oculę *J* Quaeso *(aeso e corr.) B.* quęso *J.* queso *E* derides ne *(ne ex m) B.* derides ne *(s sup. v.) J* 393. Coculitum *Ribbeckius Nov. annal. vol. 77 (a. 1858) p. 194: cf. Ritschelii Opusc. phil. vol. II p. 587 et 515.* coclitum *libri cum Varrone et Servio, nisi quod* celitum *F* prosapientia *B* 394. ei *Camerarius.* hi *libri* cum *Varrone et Servio*

Apud Sícyonem.

LYCO

Nám quid id refért mea,
An aúla quassa cúm cinere effossús siet?

CVRCVLIO

Supérstitiosus híc quidemst: véra praédicat.
Nam cátapultae illaec ád me crebro cónmeant.
Aduléscens ob rem públicam hoc intús mihi
Quod ínsigne habeo, quaéso ne me incómities.

LYCO

Licetne ínforare, si íncomitiare haúd licet?

CVRCVLIO

Non ínforabis mé quidem, nec míhi placet
Tuóm profecto néc forum nec cómitium.
Sed húnc quem quaero cónmonstrare sí potes,

---

oculo cocles ut ocles dictus, qui unum haberet oculum; quocirca in Curculione est: 'De Coclitum .... nam hi sunt unoculi' *Servius ad Aen. VIII v. 649:* Nam luscos coclites dixerunt antiqui .... Plautus in Curculione: 'De Coclitum ..... nam hi sunt unoculi' 400. *Festus Pauli p. 107, 5:* Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus: 'Quaeso ne me incomities' 401. *Osbernus p. 110:* incomitio ..... in comitium adducere; unde idem Plautus: 'licetne inforare si incomitiare non licet' *Idem p. 217:* Et inforo, as ·i· inplacitare in foro, unde Plautus: 'licetne .... non licet' *Cf. p. 292. Ex Osberno fluxit glossa 'Isidoriana' Loewii Prodr. p. 261*

---

uno oculi *J* ictum est *EJFZ*, iectum est *B*. *an fuit* eictum? michi *E* 395. sycionem *ex* sicionem *B*. sitionem *E*. sicionę *J* 396. quassa *ex* quasa B^2 397. super sticiosus *B*. super stitiosus *EJ* quidem est *BEJ* predicat *BE* 398. namque *Fleckeisenus* catapultae illaec *Guyetus: Muellerus Pros. Pl. p. 745.* illaec catapultae *libri, nisi quod* illec *BE*, illęc *J*, catapultę *E*. illaec catapultas *Ritschelius* commeant *BEJ* 399. adolescens *BEJ* obrem *BEJ* ictus *ex corr. F. idem Acidalius, unde* ictumst *Bothius, ut taceam alios* 400. quid *ex* quod *F* queso *BEJ* neme *J* incomities *ex* incomicies *B*. incomicies *J* 401. Licet ne *BEJ* inferare (o *sup.* e *prior.*) *J* in comiciare *B*. incomiciare *J* haud *Bothius, Reizius.* non *libri* 402. quidem (i *sup.* q) *B* non michi *EZ* placet *Hermolaus.* placens *libri.* placent *Gruterus. Gertzius* 403. tuum *libri* nec forum (*ex* feram) *E in marg.* comitium *ex* comicium *B*. comicium *J* 404. quem *om. Z: corr. Hermolaus* quęro *BJ*. quero *E* commonstrare *BJ*. commostrare *E* sipotes *B*

Iníbis a me sólidam et grandem grátiam.
Lycónem quaero tárpezitam.

LYCO

Díc mihi,
Quid eúm nunc quaeris? aút quoiati's?

CVRCVLIO

Éloquar:
Ab Thérapontigono Plátagidoro mílite.

LYCO

Novi édepol nomen: nám mihi istoc nómine
Dum scríbo explevi tótas ceras quáttuor.
Sed quíd Lyconem quaéris?

CVRCVLIO

Mandatúmst mihi,
Ut hás tabellas ád eum ferrem.

LYCO

Quís tu homo's?

CVRCVLIO

Libértus illius, quem ómnes Summanúm vocant.

LYCO

Summáne, salve. quí Summanu's? fác sciam.

CVRCVLIO

Quia véstimenta méa, ubi obdormivi ébrius,

---

405. *Donatus ad Eun. III 5, 9:* Gratiam inire . . . . Plautus: 'iniet tamen solidam et grandem gratiam'

---

405. inibis ame *BEJ.* iniet tamen *Donatus* graciam *J* 406. liconem *BJ* quęro *BEJ* tarpezitam *Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 525.* trapezitam *BEJFZ* michi *E* 407. Ly. *praem. Z: corr. Saracenus* quęris *BJ.* queris *E* cuiatis *libri* /// Eloquar *B* 408. abthera pontigono *BF.* ab thera pontigono *Z.* ab ethera *(corr. in* thera *m. 3)* plontigono *(*l *exp. m. 3) E.* ab thera plontigono *J* 409. michi *J* 410. quatuor *B* 411. Sed — Ma *abscissa in E* liconem *BJ* queris *BJ* mandatu st *BEZ.* mandatum est *J* michi *EJ* 412. Ut — Qu *abscissa in E* ferret *B.* ferrem *(alt.* r *sup. v.) J.* feram *Z: corr. Pylades* homo es *BEJ* 413. Libertus — Summanum uo *abscissa in E* 414. summanes *B.* summane *ex* summanes E^3 ue — sciam *abscissa in E* quid *F* summanus *libri* sciã *ex* scia B^2 415. qui *F* vestimenta mea *Fleckeisenus.* uestimenta *libri* ubi in lecto ob-

Summáno, ob eam rem me ómnes Summanúm vocant.

LYCO

Alibí te meliust quaérere hospitiúm tibi:
Apud mé profecto níhil est Summanó loci.
Sed istúm quem quaeris égo sum.

CVRCVLIO

Quaeso, túne is es,
Lycó tarpezita?

LYCO

Égo sum.

CVRCVLIO

Multam mé tibi
Salútem iussit Thérapontigonus dícere
Et hás tabellas dáre me iussit.

LYCO

Míhine?

CVRCVLIO

Ita.
Cape, sígnum nosce. nóstin?

LYCO

Quidni nóverim?
Clypeátus elephantum úbi machaera díssicit.

---

424. *Nonius p. 290, 5:* Diligere manifestam habet significationem ut plerumque. Diligit dividit. Plautus in Curculione: 'Clipeatus eligantum ubi macera diligit' *Quaeritur num huc spectet Festus Pauli p. 69, 15:* 'dirigere apud Plautum invenitur pro discedere' *ubi* discindere *corr̄exit Scaliger,* discidere *Meursius*

---

dormivi *Muellerus Pros. Pl. p. 530.* ubi obdormivi humi *idem Muellerus eodem loco* ui ebrius *abscissa in E* 416. obeam *J* um uocant *abscissa in E* homines *Gruterus* uocant *(n s. v. m. 2) B* 417. *Person. not. praef.* E^2 alibi *(bi e corr.)* te *B.* alibi te *ex* alibite E^3. alibite *J* melius est *J* quẹrere *J.* querere uel *E.* quaerere uel *Z: corr. Pylades* hospicium *BJ.* hospitium *(h m. 3) E* 418. aput *J* nichil *EJ* 419. quemqueris *B.* quem queris *EJ* Queso *BEJ* tu ne *B* 420. Lico *BE* tarpezita *Fleckeisenus.* trapezita *libri* me *add.* E^2 421. thera pontigonus *BEJ* ore dicere *F* 422. mihin *B.* michin *EJ* 423. nostin nostra *F* Quid ni *EJ* 424. clipeatus *BEJ* eligantum *Nonius* tibi *EJFZ: corr. Pylades* machera *BEJ* dessicit *BE.* at diligit E^3. diligit *F, Nonius. Saracenus.* delicit *Scaliger.* dirigit *ex Festo Rostius Opusc.*

CVRCVLIO

Quod ístic scriptumst, íd te orare iússerat
Profécto ut faceres, suám si velles grátiam.

LYCO

Concéde: inspiciam quíd sit scriptum.

CVRCVLIO

Máxume
Tuo árbitratu, dum aúfero abs te id quód peto.

LYCO

'Milés Lyconi in Épidauro hospes hóspiti
Suo Thérapontigonus Plátagidorus plúrumam
Salútem dicit.'

CVRCVLIO

Méus hic est, hamúm vorat.

LYCO

'Tecum óro et quaeso, qui hás tabellas ádferet
Tibi, út ei detur quám istic emi vírginem,
Quod té praesente isti égi teque intérprete,
Et aúrum et vestem. iám scis ut convénerit:
Argéntum des lenóni, is huic det vírginem.'

---

434. *Servius ad Aen. IV v. 608:* Sane interpres quid sit secundum veteres ipse exposuit [*Vergilius*] dicendo conscia: veteres enim interpretem conscium et auctorem dicebant. Plautus .... idem in Curculione: 'Quod te praesente hic egit teque interprete'

I p. 122: cf. Ribbeckius fragm. Com.[2] *praef. p. 14 et Muellerus Pros. Pl. p. 490 adn.* desicit *Puteanus apud Gruterum* 425. istic *ex* istuc E^3 scriptum est *BEJ.* scriptum esset *Fleckeisenus* orare *ex* orate *man. rec. in J* 426. perfectum *Brantius* graciam *J* 427. inspitiam *E* maxime *BEJ* 428. Tuo *(o sup. v. m. 2) B* auferam *ex* adferam E^3. adferam *B* ab ste id quod *B.* abste idquod *J* 429. Epla *praef. EJ. person. om. Z: corr. Angelius* liconi *BE* inephidauro *B.* inepidauro *EJ* hospes hospiti *Fleckeisenus.* hospiti *libri* 430. thera pontigonus *BEJ* plantagidorus *J* plurimam *BEJ* 431. *Person. sup. v. add. B*[2]. *om. EJZ: corr. Pius* 432. *Person. om. EJZ: corr. Angelius* queso *BJ.* queso *E* afferet *J* 433. quam hic *J* 434. quam *JF* presente *BEJ* isti egi *Camerarius.* istic egi *libri, nisi quod* aegi *J.* hic egit *Servius* te que *B.* te que *J.* atque *Bothius* interpraete *J* 435. etuestem *J* iam *om. JF* conueneris *Z.* conuenerit *ex* conuerit E^3 436. ut des *Muellerus Pros. Pl. p. 683* lenoni *ex* lemoni *B*[2] *ut vid.* is huic det *Muellerus*

Ubi ípsust? quor non vénit?

CVRCVLIO

Ego dicám tibi:
Quia núdiusquartus ádvenimus Cáriam
Ex Índia: ibi nunc státuam volt dare aúream
Solidám faciundam ex aúro Philippo, quaé siet
Septémpedalis, fáctis monimentúm suis.

LYCO

Quam ob rem ístuc?

CVRCVLIO

Dicam. quía enim Persas, Páphlagonas,
Sinópas, Arabes, Cáras, Cretanós, Syros,
Rhodiam átque Lyciam, Pérediam et Perbíbesiam,
Centaúromachiam et Clássiam Unomámmiam
Libyámque totam et ómnem Conterebrómniam,
Dimídiam partem nátionum usque ómnium
Subégit solus íntra vigintí dies.

---

444. *Festus p. 214, 28:* Perediam et bibesiam Plautus finxit sua consuetudine cum intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi *Cf. Festus Pauli p. 215, 12:* Perediam et bibesiam Plautus cum dixit intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi

---

l. s. s. huic des *libri.* et huic des *Fleckeisenus* uirginem (n *exp. m. 3*) *E* 437. Lyc. *praefig. EJF* ipsust *Fleckeisenus.* ipsus *libri, nisi quod* ipsius *J* cur *libri* dicā *videtur in* dica *corrigere voluisse* B^2 438. quia nudiusquartus advenimus *Gz.* quia nudius quartus (quar *ex* ter *E*) uenimus *libri* Cariam *Gz.* incariam *libri* In Cáriam quia núdiusquartus vénimus *Fleckeisenus: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 57* 439. uol *J* 440. fatiundum *E* exauro *EJ* Philippo *Fleckeisenus.* Philippeo *libri* quę *BEJ* 441. Septem pedalis *BEJ* sitis *E* 442. obrem *BEJ* istuc (uc *e corr.*) *B* enim *om. JF* Plaphlagonas *E.* paflagonas *J* 443. sinopas *BJFZ.* sinopas (p *ex* b) *E* Arabas *Lambinus* caras *ex* cares *E* siros *J* 444. rhodia *B* liciam *BJ.* litiam *E* Perediam *Pius ex Festo.* perreh diam *BE.* perbediam *J.* perhediam *F.* perrhediam *Z* et Perbibesiam *Camerarius.* et bibesiam *Festus, unde primus recepit Pius.* et per heblesiam *B.* perhehlesiam *E.* et perheliam (?) *JF.* et perhelesiam *Z* 445. centauro machiam *B.* contauro machiam *EJ.* contauromachiam *Z.* contarhoumachiam *F* elatiam *Pius, Lambinus* uno (o *ex* a *E*) mammiam *BEJ* 446. libiamque *BEJ* totam et *Bothius.* oram *libri* conterebrom niam *E.* contere bromiam *J.* contenebrom//niam B^2. conterebrominiam *Z.* cum terebromia *F.* *de B cf. Epid. 476. plerique* Conterebroniam 447. dimidiam (d *post. ex corr.*) *B* 448. sub egit

LYCO

Vah.

CVRCVLIO

Quíd mirare?

LYCO

Quía enim in cavea sí forent
Conclúsi illi itidem ut púlli gallinácei,
Ita nón potuere uno ánno circumírier.
Credo hércle te esse ab íllo: nam ita nugás blatis.

CVRCVLIO

Immo étiam porro, sí vis, dicam.

LYCO

Níl moror.
Sequere hác: te absolvam, qua ádvenisti grátia.
Atque éccum video. léno, salve.

CAPPADOX

Dí te ament. 455. 456

LYCO

Quid hóc quod ad te vénio?

CAPPADOX

Dicas quíd velis. 457

LYCO

Argéntum accipias: cúm illo mittas vírginem.

CAPPADOX

Quid quód iuratus súm?

LYCO

Quid id refért tua,

B. subegit *J* intra *ex* interea E^3. interea *BJ* 449. incauea *BEJ* siforent *BJ* si forent in cauea *F* 450. conclusi illi *Fleckeisenus.* conclusi *libri.* conclusis *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 114* utpulli *B.* ut sunt pulli *Pylades* 451. potuere *(o e corr.) J* circumirier *ex* circum irier B^2. circum irier *EJ* 452. abillo *BJ* iam, ita *Gulielmius* blatis *Scutarius.* blattis *BEJZ.* blactis *F* 453. porro *om. F* nihil *B.* nichil *EJ* 454. te *ex* ted E^3. te *Pylades.* ted *BJ. om. Z* redabsoluam *Z* *V. 455—461 a retractatore in brevius contractos esse docui Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 278 sq. Ceterum ante v. 455 intercidisse quaedam coniecerat Ballas Gramm. lat. spec. p. 30 sq., post verba* eccum video *Fleckeisenus* 455. 456. eccum *(u e corr.) B* dii *JF* 457. adte *BEJ*

Dum argéntum accipias?

CAPPADOX

Quí monet quasi ádiuvat.

Sequímini.

CVRCVLIO

Leno cáve mora in te sít mihi.

---

461. mora in te sit mihi *Muellerus Pros. Pl. p. 4.* in te sit mora mihi *B.* inte sit morari michi *EJFZ, nisi quod* mihi *FZ*

ACTVS IV

CHORAGVS

Édepol nugatórem lepidum lépide hunc nactust Phaédromus.
Hálophantamne an sýcophantam hunc mágis dicam esse néscio.
Órnamenta quaé locavi métuo ut possim récipere.
Quámquam cum istoc míhi negoti níhil est (ipsi Phaédromo
Crédidi), tamen ádservabo. séd dum hic egreditúr foras,
Cónmonstrabo quó in quemque hominem quís facile inveniát loco,

463. *Nonius p. 120, 8*: Halophantam ut sycophantam hominum genus nequam quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur. Plautus: 'halofantam aut sycofantam magis esse dicam' et alius nobilitatis obscurae 'halophantam mendacem velim' *Festus Pauli p. 101, 18:* Halapanta significat omnia mentientem ab eo quod halet omnia. *Ἅλην* enim Graeci *τὴν (?) πλάνην*, id est fallentem, appellant

Actus IV sc. 1. CHORAGVS *B. spatium vacuum E.* MILES *J* E^3 *FZ Nonnulla in hac scaena e septimo saeculo repetenda esse docuerunt Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 385 et Urlichsius Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 85: integram scaenam Plauto eripit Osannus Anal. p. 186: cf. praef.* 462. Edepol (E *m. 2*) *B* nactus est *BJFZ.* nactus est *ex* natus est E^3 phedromus *BEJ* 463. Halophantamne *Guyetus.* kalophantam (am *ex* em) *B.* kalophantam *EZ.* halophantam *EJ. Nonius.* halapanta *Festus Pauli.* halophantam hunc *Lambinus. Muellerus Pros. Pl. p. 299 Quis sit* halophanta *nondum satis enucleatum est* sicophantam *E.* sichophantam *J* hunc magis dicam esse *Bothius.* hunc magis hoc esse dicam *BEJFZ.* hoc *delevit Hermolaus.* esse hunc mage dicam *idem Bothius* 464. quę *BEJ* ut *Aldina.* huad *B.* haud *EJFZ.* † an *in marg.* E^3 465. quanquam *BJ* michi *EJ* negotii *ex* negoti B^2. negotii *EJ* nichil *EJ* ipsi *ex* ipse *B* phedromo *BJE* 466. asseruabo *BEJ* bic dum *Z* regreditur *F* 467. commonstrabo (n *ex* s) *B.* commostrabo *EJ.* commostrato *F* quo *ex* que E^3. quę *J.* quom *F* inquemque *BJ.* quenque *F* *Post* hominem *ras. in B* quis facile *Gz.* facile B^2 *in marg.: om. EJFZ* inveniat *Gz.* inueniatis *libri*

Né nimio opere súmat operam, síquem conventúm velit
Vél vitiosum vél sine vitio vél probum vel ínprobum.
Quí periurum cónvenire vólt hominem, ito in cómitium:
Quí mendacem et glóriosum, ápud Cloacinaé sacrum.
Dítis damnosós maritos súb basilica quaérito.
Íbidem erunt scorta éxoleta quíque stipularí solent:
Sýmbolarum cónlatores ápud forum piscárium.
Ín foro infumó boni homines átque dites ámbulant:
Ín medio proptér canalem ibi óstentatorés meri.
Cónfidentes gárrulique et málevoli suprá lacum,
Qui álteri de níhilo audacter dícunt contuméliam
Ét qui ipsi sat habént quod in se póssit vere dícier.
Súb veteribus íbi sunt qui dant quíque accipiunt faénore.
Póne aedem Castóris ibi sunt súbito quibus credás male.
Ín Tusco vico íbi sunt homines qui ípsi sese vénditant.

---

474. *Varro de L. L. V § 146:* Secundum Tiberim ad Iunium † forum piscarium vocant: ideo ait Plautus: 'apud piscarium', ubi variae res *Cf. de hoc loco Urlichsius Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 88*

---

468. si quem *EJ.* siquis *Fleckeisenus.* qui quem *Pylades* conuentum *ex* concentum *B* uelit *add.* B^2 469. uel uiciosum *BJ. idem ex* uenutiosum, *ut vid.,* E^2 uicio *BJ* improbum *BEJ* 470. uult (uu *e corr.*) *B.* uult *E* periurum hominem convenire qui volt *Bothius.* qui periurum h. volt convenire *Pylades* ito *Gruterus.* mitto *libri.* mitto hominem *Spengelius Plaut. p. 100* incomitium (ium *e corr.*) *B.* incomicium *EJ* 471. apud *corruptum esse putat Muellerus Pros. Pl. p. 552* cloacinę *B* (ę *ex* e *m. 2*) *E.* cluacinae *Z.* cloniae *JF* 472. *H. v. parallelum esse cum 485 perspexit Osannus Anal. p. 186: cf. Ritschelii Parerg. p. 207 et Urlichsius l. s. s.* dampnosos *B et* (os *s. v. m. rec.*) *J.* damnosos (sos *ex* sus *m. 3*) *E* subbasilica *E* quęrito *BEJ* 473. herunt *J* adstipulari *Passeratius.* exstipulari *Scaliger. Langiani*

474. *H. v. post v. 480 ponit Urlichsius l. s. s.* simbolarum *BEJ.* symbolarum *Z* collatores *BEJ* aput *J* 475. inforo *EJ* infimo *libri Post* dites *1—2 spat. B* 476. inmedio *BE* 477. confitentis *B* garrulique (a *e corr.*) *B* maliuoli *J* supera *Luchsius Studem. Stud. vol. I p. 60, quod dissuadet Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1871) p. 641.* sunt supra *Niemeyerus* 478. denichilo *BEJ* audacter *ex* audecter *B* 479. inse *B.* ipse *EJ.* ipsis E^3FZ ditier *E* 480. ueteribus (ueterib *in ras.*) *B* ibi (i *prior ex* u) *B.* ubi *J* qui dant *om. J* accipiunt (iunt *e corr.*) *B* fenore *BE.* foenore *J* 481. edem *BE.* ędem *J.* ubi *J* 482. intusco *B* ibi *ex* ubi *J* homines (s *sup. v.*) *J* ipsi (*ex* ipse) se se *E* *V. 482—484 ex altera recensione repetit Urlichsius Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 85,*

Ín Velabro vél pistorem vél lanium vel harúspicem
* *
Vél qui ipsi vortánt vel qui aliis, út vorsentur, praébeant.
[Dítis damnosós maritos ápud Leucadiam Óppiam.]
Séd interim forés crepuere: línguae moderandúmst mihi.

CVRCVLIO. CAPPADOX. LYCO

CVRCVLIO

Ei tú prae, virgo: nón queo quod póne mest serváre.
Et aúrum et vestem omném suam esse aiébat quam haec habéret.

CAPPADOX

Nemo ít infitias.

CVRCVLIO

Át tamen meliúsculumst monére.

LYCO

Meménto promisísse te, si quísquam hanc liberáli

---

v. 483—485 damnat Ussingius, 484 sq. Guyetus 483. inuelabro *BEJ* aruspicem *BE.* auruspicem *J* *Post h. v. intercidisse puto unde et accusativi pendeant et lucem accipiat versus proximus* 484. ipsi *(*ip *e corr.) B* uorsant *Lipsius* aliis ut uorsentur *Lipsius.* alii subuersentur *BEJFZ.* alii subvertendos *Lambinus.* aliis subversandos *Turnebus* prebeant *BEJ* 485. *Hunc versum spurium esse post Camerarium sensit Scaliger* dampnosos *BJ* aput *J* leucadiam oppi am *B.* lede cadiam *ex* lei cadiam E^2. Concordiam Opimiam *Beckerus Antiqu. Rom. vol. I p. 309* 486. iterum *J* lingue *EJ* moderandum est *BEJ* michi *EJ*

Act. IV sc. 2. PARASIT'. LENO · TRAPEZITA · LORARIVS MVLIER · *B.* PARASITVS *(supra* CVR*)* LENO *(supra* CA*)* TRAPEZITA *(supra* LI*)* LORARIVS MVLIER *(supra* PLA*) E.* CV͞R PARASIT'. CA͞P LENO. LY͞C TRA͞P LANXVRI' *(?).* PLA͞X VIRGO *J*

487. Ei *(*E *add. m. 2) B.* I *JFZ* pre *J.* proe *E.* pro de *(*d *add. m. 2) B* poene *J* me est *BEJ* 488. aurē *E* omnem *ex* et omnem E^3. ///om////nē *J* quam *Gruterus.* cuiquā *B. Langiani.* cuiquā *(s. vers.* ł quicqd *m. 3) E.* quicquid *(?) J.* quicquid *FZ* hec *E* 489. it inficias *B.* idem *(corr. in* it *m. 3)* inficias *E.* it facis *J* Lyconem *pro* Curculione *substituunt libri: corr. Saracenus* At tamen *E* meliusculum est *BEJ* 490. *Person. add. Pylades: om. libri* siquisquam *B.* si quisquam *ex* si quas quam E^3

Causá manu adsereret, mihi omne argéntum redditum eíri,
Minás triginta.

CAPPADOX

Méminero: de istóc quietus ésto:
Et núnc idem dico.

CVRCVLIO

Átque ego conméminisse haec volám te.

CAPPADOX

Memini ét mancupio tíbi dabo.

CVRCVLIO

Egone áb lenone quídquam
Mancúpio accipiam, quíbus sui nihil ést nisi una língua,
Qui abiúrant siquid créditumst? aliénos mancupátis,
Aliénos vos emíttitis aliénisque inperátis.
Nec vóbis auctor úllus est nec vósmet estis últi.
Itém genus est lenónium inter hómines meo quidem ánimo
Ut múscae culices címices pedésque pulicésque:
Odio ét malo et moléstiae, bono úsui estis núlli:

---

496. *Serv. ad Aen. VIII v. 263:* Abiurare est rem creditam negare periurio: 'Qui abiurant si quid creditum est' 499 sq. *Festus p. 210, 13:* Pedes autem pro pediculis, sic Plautus refert Curculione: 'Item genus inter homines meo quidem animo, ut muscae, culices, cimices pedesque pulicesque'

---

491. causa *(a post. in ras.) B.* causam *E^3FZ: corr. Pius* assereret *J* michi *EJ* omne *ex* omnem *E* reditum *J* eiri *Ussingius.* firi *BEJ.* fieri *F. idem E^3 et in marg.* at iri 492. deistoc *B* qui etus *J* 493. Cu. Atque ego *Gz.* Ly. Et *BEJFZ: pers. iam Acidalius corr.* sed haec *Lachmannus ad Lucr. p. 389.* Cu. Et tum *Muellerus Pros. Pl. p. 636* commeminisse *BEJ* ego haec *BZ.* ego hęc *E.* ego hęc *(ex* hic*) J.* hec ego *F.* ego *Lachmannus* 494. mancipio *BEJ* *Lyc. pers. substituit J* egon *libri* ablenone *B.* a lenone *F* quic quam *B.* quicquam *ex* quicūque *E^3.* quiq *J* 495. mancipio *BEJ* accipiam *Pius.* occipiam *libri* nichil *EJ* 496. si quid *ex* si qui *E^3.* siqui *B. Langiani* creditum est *BJ cum Servio* mancupatis *(ti in 3 litt. ras.) B.* mancipatis *J.* mancupatos *E: corr. E^3* 497. alienos vos *Geppertus.* alienos manu *libri, nisi quod* alienos *ex* alienus *E^3.* manu alienos *Fleckeisenus* emittitis *Kampmannus de re mil. p. 37.* mittitis *libri* alienis que *B* imperatis *BEJ* 498. ullust *B (2 litt. ras. post.* t*) EZ* uosme testis *E.* uos met testis *ex* uos me testis *B^2* 499. *Super* item *add.* sitr *E^3* est leonium *J.* est lenonum *FZ. om. Festus* q dem *B* 500. muscę *J.* musce *E.* mus//cae *(1 litt. eras. m. 2) B* culices cimices *ex Festo Bothius.* culices *libri.* cimices culices *Guyetus* 501. molestię *E*

Nec vóbiscum quisquam ín foro frugí consistere aúdet:
Qui cónstitit, culpánt eum, conspúitur, vituperátur:
Eum rém fidemque pérdere, tametsí nil fecit, áiunt.

LYCO

Edepól lenones méo animo novísti, lusce, lépide.

CVRCVLIO

Eodem hércle vos pono ét paro: paríssumi estis híbus.
Hi sáltem in occultís locis prostánt, vos in foro ípso:
Vos faénore homines, hí male suadéndo et lustris lácerant.
Rogitátiones plúrumas proptér vos populus scívit,
Quas vós rogatas rúmpitis: aliquám reperitis rímam:
Quasi aquám ferventem frígidam esse ita vós putatis léges.

LYCO

Tacuísse mavellem.

CAPPADOX

Haú male meditáte maledicáx es.

---

506. *Priscianus II p. 10, 15:* .... quamvis et hibus pro his antiqui protulerunt. Plautus in Curculione: 'eodem hercle vos paro et pono, parissimi estis hibus' *Charisius p. 54, 19:* Plautus in Curculione 'hibus'

---

502. uobis cum *B* quisquam vobiscum *posse scribi monet Mohrius de iamb. ap. Pl. sept. p. 21* inforo *BJ* 503. culpatur *Z: corr. Pylades* conspuitur E^3 *in marg. G. Valla.* conspititur *B.* conspicitur *EJFZ* uituperatur *ex* uitupetatur E^3 504. fidem que *B* perdere tam et si *ex* perderetam et si B^2. perdere tam et si *E.* pdere *(ex* prebere*)* tam & si *J* nihil *BFZ.* nichil *EJ* 505. *Person. om. J.* Cap. *praef. EZ: corr. Pylades* nouisti *(post* ui *1 litt. eras. m. 2) B* 506. *Person. om. EJ:* Cap. *praef.* E^3. Ly *Z: corr. Pylades* eo dem *B* paro et pono *Priscianus.* pono et traho *Niemeyerus.* pono loco *Ussingius* parissimi *BEJ* hiibus *ex* hibus E^3. iibus *Z* 507. his *B, quod servandum duxit post Pareum Fleckeisenus.* hii *J* inoccultis*BEJ* inforo *J. idem* E^3. inuoro *BE* 508. fęnore *B.* fenore *E.* foenore *J* homines, hi *Ussingius.* hi *libri, nisi quod* in *(*inmale*) EJ* malesuadio *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765.* male consuadendo *Reizius* lacerant *Ussingius.* lacerant homines *libri* *Ceterum versum hunc expungit Guyetus* 509. rogitationis *BEZ* plurimas *BEJ* 510. rogitas *(*a *sup.* i*) J* reperitisrimam *ex* reperitissimam E^3 511. feruuentem *ex* feruuent em B^2. feruuentem *E* 512. *Person. om. EJZ: corr. Pylades* mavellem *Camerarius.* mallem *libri* Capp.] LE *in 3—4 litt. ras.* B^2. Cur. *JFZ: corr. Pylades* hau male *Camerarius.* au male *B.* aumale *E.* aut male *Z.* haud uel inmale *JFE*^{3} meditantem *EJFZ* maledicaxes *E.* male ditaxes

CVRCVLIO

Indígnis si male dícitur, male díctum id esse dúco:
Verúm si dignis dícitur, bene díctumst meo quidem ánimo.
Ego máncupem te níl moror nec lénonem alium quémquam.
Lycó, numquid vis?

LYCO

Béne vale.

CVRCVLIO

Vale.

CAPPADOX

Heús tu, tibi ego díco.

CVRCVLIO

Elóquere, quid vis?

CAPPADOX

Quaéso ut hanc curés, ut bene sit ísti:
Bene ego ístam eduxi meaé domi et pudíce.

CVRCVLIO

Si huius míseret,
Ecquíd das qui bene sít?

CAPPADOX

Malum.

CVRCVLIO

Tibi opúst qui te procúres.

CAPPADOX

Quid, stúlta, ploras? né time: bene hércle ego vendidí te.

J. maledicasses *F, unde* male dicassis *Meursius* haud male meditate male locutus *Scaliger* 513. Ca. *praem. E,* Lyc. *praem. JFZ: corr. Pylades* indignis si maledicitur *BE*³. indignissimale dicitur *E* maledictum *BEJ* duco *Lambinus.* dico *libri* 514. sidignis *B* benedictumst *E.* benedictum st *B.* benedictum est *J* 515. *Hunc versum collocat ante v. 499 Ussingius* Cur. *praem. EJFZ: corr. Pylades* mancipem *BEJ* nihil *BJ.* nichil *E*

516. Lyconum quid *ex* liconum quid *B*². liconum quid *E.* lico num quid *JE*³ me uis *JF* 517. Queso *BEJ* ut bene *Pylades.* bene *libri.* bene ut *Camerarius: cf. Lachmannus ad Lucr. p. 362* 518. ego *s. v. B* meae *(ex* mea *m. 2)* domi *B.* mea edomi *praemisso 2 litt. spatio E* pudicę *J* hius *E* *Super* miseret *inseruit* me *E*³ 519. ec quid *BJ.* ęc quid *E* qui *Camerarius.* ꝗ *B.* quod *EJFZ* tibi opust *Pylades.* opus est hoc *libri, nisi quod* hoc *s. vers. E*². hoc tibi opust *Bothius* qui *Camerarius.* ꝗ *B.* quod *EZ.* quo *JF. Scutarius* 520. hercle ego vendidi *Mahlerus l. s. s. thes. IV.*

Fac sís bonae frugí sies: sequere ístum bella bélle.

LYCO

Summáne, numquid núnciam me vís?

CVRCVLIO

Vale atque sálve.

Nam et óperam mi et pecúniam benígne praebuísti.

LYCO

Salútem multam dícito patróno.

CVRCVLIO

Nuntiábo.

LYCO

Numquíd vis, leno?

CAPPADOX

Istás minas decém, qui me procúrem,
Dum mélius sit mihi, dés.

LYCO

Dabuntur: crás peti iubéto.

CAPPADOX

Quandó bene gessi rém, volo hic in fáno supplicáre.
Nam illám minis olím decem puéllam parvolam émi,
Sed eúm qui mihi illam véndidit numquám postilla vídi:
Periísse credo: quíd id mea refért? ego argentum hábeo.
Quoii hómini dei sunt própitii, lucrum eí profecto obíciunt.
Nunc reí divinae operám dabo: certúmst bene me curáre.

---

hercle vendidi ego *libri*. ego hercle vendidi *Fleckeisenus*. hercle vendidi *Ussingius* 521. boņe *J*. bone *E*. bene *F* si es *EJ* belle̜ *E* 522. numquid (num *s. v. m. 2*) *B* nunc iam *BEJ*. iam nunc *F* atque salve *om. Z: add. Pylades* 523. operam mi *Pylades*. *Muellerus Pros. Plaut. p. 745*. operam *libri*. operam tu *Fleckeisenus* prebuisti *BE* 524. nunciabo *BJ* 525. Ly. *om. EJZ* pro curem *B* 526. sit michi *E*. fit mihi *B*. mihi fit *F* Ly. *in ras. 4 litt.* B^2. Curc. *EJFZ* 527. benegessi rem *ex* beneges sirem B^2 infano *BJ* 528. decem puellam *ex* detem puellam E^3, *ex* dete puella B^2 529. eum (u *s. v.*) *E* michi *EJ* illam vendidit *Gruterus*. uendidit illam *libri* post illa *BEJ* 530. pisse *J* quid *ex* quod *E* 531. *Versum spurium esse (propter v. 557?) putat Scaliger: idem certe de initio suspicatur Muellerus Pros. Plaut. p. 756* Quoii *Gz*. quoi *BEFZ*. cui *J*. siquoi *vel* quoique *Muellerus l. s. s.* homini de///i s̃ *ex* homini de ius E^3 di sunt homini *Fleckeisenus* propicii *J* obitiunt *E* *Ceterum Langiani exhibent:* lucrum est profecto optimum (opeimum?), *unde hausit Palmerius* 532. diuine̜ *BJ*. diuine *E* certumst *Pius*. certum sit *libri* me bene *Fleckeisenus*

THERAPONTIGONVS. LYCO

THERAPONTIGONVS

Nón ego nunc medíocri incedo irátus iracúndia,
Séd eapse illa qua éxcidionem fácere condidici óppidis.
Núnc nisi tu mihi própere properas dáre iam trigintá minas,
Quás ego apud te déposivi, vítam propera pónere.

LYCO

Nón edepol ego núnc mediocri mácto te infortúnio,
Séd eopse illo quó mactare sóleo quoi nil débeo.

THERAPONTIGONVS

Né te mi faciás ferocem aut súpplicare cénseas.

LYCO

Néc tu me quidem úmquam subiges rédditum ut reddám tibi
Néc daturus súm.

THERAPONTIGONVS

Idem ego istuc quóm credebam crédidi
Té nihil esse rédditurum.

---

534. *Festus Pauli p. 80, 9:* Excidionem urbis a caedendo dictam manifestum est *Cf. glossa quam edidit Loewius Prodr. p. 262:* excidio: excisio

---

Act. IV sc. 3. MILES · LYCO TRAPEZITA · *dein versus sine scriptura B.* MILES LICO TRAPEZITA *EJ*, *nisi quod* LYCO *J* 533. ego nunc medioccri (o nunc m *in ras.*) *B* 534. *Verba* eapse — oppidis *add. in lac.* B^2 exciditionem *JF* condidici (d *post. ex* c) *B* qua condidici facere excidium oppidis *Hermannus* 535. michi *E* propere *ex* propore E^3 536. quas (u *m. 1 e corr.*) *B* apud *ex* aput *B.* aput *J* deposiui (o *e corr.*) *B.* deposui *EJFZ* deponere *FZ* 537. ego nunc mediocri macto te *Lomanus Spec. crit. p. 33.* nunc ego te mediocri macto *libri, nisi quod* temediocri *J*, mediocri (ediocri *m. 2. et* edio *in ras. 5 litt.*) *B*, macto (c *ex* r *ut vid. m. 3*) *E.* ego mediocri nunc te macto *Bothius* infurtunio *J* 538. *Versum praeter* Sed *addidit in lacuna* B^2 sed eopso *B.* sede apse *E.* sed eapse *JFZ* illa qua *EJFZ* mattares illa oleo *E* cui *J* nichil *BEJ* 539. *Person. om. BEJ* ne (nec) te mi facias *Lambinus.* ne te mihi facias *libri, nisi quod* nete *J et* michi *E.* ne mihi te facias *Pylades. cf. Mahlerus l. s. s. p. 42* *Ante* Aut *personae spatium, in quo 2 litt. erasae B.* M. Aut *E*, *unde* haud E^3Z. Mil. An *Lomanus Spec. crit. p. 34* 540. Ly *praem. E*, *ubi* y *add.* E^3, *pro quo* E *exstat in J: person. om. B* unquam *J* 541. sum .. *(sic!) B* quom *ex* quem E^3. cum *J* 542. nichil *EJ* redidi-

LYCO

Quór nunc a me igitúr petis?

THERAPONTIGONVS

Scíre volo quoi réddidisti.

LYCO

Lúsco libertó tuo:
Ís Summanum sé vocari díxit: ei réddidi.
[Qui has tabellas obsignatas attulit.

THERAPONTIGONVS

Quas tu mihi tabellas]
Quós tu mihi luscós libertos, quós Summanos sómnias?
Néc mihi quidem libértus ullus ést.

LYCO

Facis sapiéntius
Quám latronum párs libertos quí habent et eos déserunt.

THERAPONTIGONVS

Quíd nunc?

546. *Donatus ad Adelph. V 7, 9:* Turbas, lampades, tibicinas] Bene totum pluraliter ut qui reprehendit sic multa. Plautus 'quos tu mihi parasitos luscos, quos Summanos somnias?'
547 sq. *Donatus ad Adelph. V 9, 22*: Hoc est patroni, ut libertum non deseras, sed ut alas manumissum. Plautus: 'Facis melius quam pars lenonum qui libertos habent et eos deserunt*: cf. idem ad Adelph. III 4, 12:* .... patronus deserit ..... Plautus: 'Qui libertos habent eos deserunt' *Ad* latronum *spectare coniecit Ritschelius Parerg. vol. I p. 381, quae ex Sisennae commentario excerpsit Rufinus p. 561, 3:* Sisenna in Rudente sic ..... et postea sic ..... postea sic: Latronem producit metri causa*: in Rudente illa vox non exstat*

turum *(tu e corr.) B* quur *BE.* cur *J* ame *BEJ* 543. cui reddidisti *(cu s. v.; ·i· cui add. E*[3]*) E.* cui reddidisti *J* liberto *(lib e corr.) B* 544. issum manum *E* seuocari *J* 545. *Versum spurium esse vidit Weisius* adtulit tabellas *F* michi *E* tabulas *cum ed. Camerarii Guyetus, Lomanus l. s. s. p. 34, Ritschelius Proleg. p. 136 in versu sequenti collocatum: glossema putaverunt Camerarius et Schmidtius de pron. demonstr. form. p. 60* 546. quos luscos *Guyetus, Lomanus l. s. s., Ritschelius l. s. s.* parasitos luscos *Donatus* quossummanos *J* somnias *ex* somnis as *E*[3] 547. michi *J* quidem *(q e corr.) B* ullus est *F.* illus *(u sup. i) est J.* ullust *B.* est ullust *E.* est ullus *Z* facis melius *Donatus* 548. latronum pars *Fleckeisenus.* pars lenonum *libri cum Donato, nisi quod* leonum *J.* pars latronum *Dousa.* pars militum *Lambinus* libertos *(o ex u m. 3) E* qui libertos habent *Donatus* 549. *Person. om. B* Quid nunc *Gz.* Quid feci *BE.*

LYCO

Quod mandásti feci, túi ut honoris grátia
Tuóm qui signum ad me áttulisset núntium ne spérnerem.

THERAPONTIGONVS

Stúltior stultó fuisti, qui hís tabellis créderes.

LYCO

Quís res publica ét privata géritur, non eis créderem?
Égo abeo: tibi rés solutast récte. bellatór, vale.

THERAPONTIGONVS

Quíd, valeam?

LYCO

At tu aegróta, si lubét, per me aetatém quidem.

THERAPONTIGONVS

Quíd ego nunc faciám? quid refert mé fecisse régibus
Út mi oboedirént, si hic me hodie umbráticus deríserit?

CAPPADOX. THERAPONTIGONVS

CAPPADOX

Quoí homini di súnt propitii, ei nón esse iratós puto.
Póstquam rem divínam feci, vénit in mentém mihi,

Quid feci//,, *J*. Quid fecisti *FZ* *Ceterum duorum versuum particulas inter* quid *et* feci *intercidisse putat Ussingius* *Person. om. BE* Quid *(*o *sup.* i*) J* *Post* mandasti *Muellerus lacunam statuit Pros. Plaut. p. 701* feci tui ut *Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1875) p. 111.* feci tui *libri.* tui *Pylades.* feci *Guyetus* gratiam *B* 550. tuum qui *B.* tuum qui (qui *s. v.*) *J.* tuumqui *ex* tuumq, E^3 adme *EJ* adtulisset *E* nuncium *BJ* nespernerem *EJ* 551. Stultior stulto *ex* stulto (o *ex* ior) stultior *E* his *JF.* iis *BEZ. del. Ussingius* tabellis *ex* tabelles E^3 crederes *ex* credes B^2 552. Ther. *praem. E* *Post* publica *erasa* s *B* priuata *ex* parata *E, ex* priuatam *J.* patria *F* non eis *JF.* non ne is *(1 litt. eras.) B.* non ne iis *ex* non neiis E^3, nonne iis *Z*: *cf. Spengel 'Nonne' p. 4* 553. abeo *Pius.* habeo *libri* solutast *Pius.* solutas *libri, nisi quod* solutus *F* 554. Qui *Bothius* Ly. at *ex* aut *ut vid.* E^3. aut *J* ęgrota *E.* egrota *B* si lubet *Camerarius.* si uiuet *B.* si uiuet *et s. v.* at siuiuis *J.* si uiues *ex* siuiuet E^3. siuiues *Z.* siuiuis *F* perme *EJ* aetatem quidem *Pylades.* quidem aetatem *BEJFZ, nisi quod* ętatem *E* 555. Qđ *E* ego *s. v. B* 556. mihi *BFZ.* michi *EJ* hodie *s. v.* E^2

Act. IV sc. 4. CAPADOX LENO · MILES · *(pro* S *librarius* X *scripturus erat in B) BJ.* CAPPADOX MILES LENO *E* 557. Ca. *ex* M E^3. ,,,t (MI *eras.*) *B* Quoi (Q *add. m. 2*) *B.* Cui *J* dii *EJ* propicii *J* 558. post quā *ex* post qua B^2 post in mentem

Né tarpezita éxulatum abíerit, argentum út petam,
Út ego potius cómedim quam ille.

THERAPONTIGONVS

Iússeram salvére te.

CAPPADOX

Thérapontigone Plátagidore, sálve: salvos quom ádvenis
Ín Epidaurum, hic hódie apud me númquam delingés salem.

THERAPONTIGONVS

Béne vocas: verúm locata rés est ut male sít tibi.
Séd quid agit meum mércimonium ápud te?

CAPPADOX

Nil apud mé quidem —
Né facias testís — neque equidem débeo quidquám.

THERAPONTIGONVS

Quid est?

CAPPADOX

Quód fui iurátus feci.

THERAPONTIGONVS

Réddin an non vírginem,
Príusquam te meaé machaerae huic óbicio, mastígia?

566—568. *Festus p. 372, 30:* Aelius ...... vapula positum esse ait pro dole: Varro pro peri teste Terentio ...... et Plauto in Curculione: 'Reddin an non mulierem prius quam te huic meae machaerae ...... vapula ergo te vehementer iubeo, ne me territes'

---

mihi venit *Fleckeisenus* michi *EJ* 559. trapezita *libri* exul// atum (t *eras.*) *B.* exultatum *EJFZ* petam *ex* petat *B*². petat *EJFZ*: *corr. Saracenus* 560. comedam *JFZ* MIŁ *B*² *in ras.*: *om. JFZ* (Iusseram *J, non* iusseram). Ca. *E, del. E*³ Iusserim *Acidalius* 561. *Person. om. EJFZ* thera pontigone *B.* thera ponti gone *E.* therapontigne *J* saluus *BEJ* cum *J.* quomodo *Z* aduenis (ad *vid. addidisse m. 2) E* 562. inepidaurum *BE* aput *J* me numquam *ex* menum quam *E*³ delingens *EZ* 563. M. (Miles) *ante vers. 564 huc rettulit E*³ locata *Fleckeisenus comparato Stich. v. 472.* uocata *libri.* invocata *Ussingius* 564. M *praem. E: cf. v. 563* quod *F* meum *om. F* nihil *B.* nichil *EJ* aput *J* 565. nefacias *J* testes *ex* testis *J* quic quam *BEJ* quidē est *EZ: corr. Hermolaus* 566. Quid *(s. v.* † qđ *m. 3) E* annon *BJ* mulierem *Festus* 567. prius quam *B* meae machaerae huic obicio *Muellerus Pros. Plaut. p. 552.* huic meae machaerae obicio *libri cum Festo, nisi quod* meae *ex* maae *et* macherae *B,*

CAPPADOX

Vápulare ego té vehementer iúbeo: ne me térrites.
Ílla abductast: tu aúferere hinc á me si pergés mihi
Mále loqui profécto, quoi ego nísi malum nil débeo.

THERAPONTIGONVS

Míhin malum minitáre?

CAPPADOX

Atque edepol nón minitabor, séd dabo,
Sí perges moléstus esse.

THERAPONTIGONVS

Léno minitatúr mihi
Meaéque pugnae proéliares plúrumae obtritaé iacent?
Át ita me machaéra et clypeus * * * * * * *
Béne iuvent pugnántem in acie: nísi mi virgo rédditur,
Iam égo te faciam ut híc formicae frústillatim dífferant.

CAPPADOX

At ita meae volséllae, pecten, spéculum, calamistrúm meum

576. *Osbernus p. 237:* frustillatim: unde Plautus: 'iam ego faxo ut hunc formicae frustillatim deferant' *Vocem* frustillatim *ex hoc loco adfert glossarium Plautinum: cf. Ritschelii Opusc. philol. vol. II p. 247* 577. *Charisius p. 80, 11:* Calamistros Cicero in Oratore masculine dixit, et Varro de scenicis originibus hunc cala-

meę machera eobitio *E (corr. E^3)*, macherae *(*e *pr. s. v.) J* magstigia *E* 568. uapula ergo *Festus* *Post* te *ras. 6 litt. B: an* iubebo*?* iubeo *J, Festus: Camerarius.* iubebo *BEFZ* neme *J* 569. ab ducta st *B.* abducta est *EJ* auferre *J* hinc *(*in *m. 2 e corr.) B* ame *BEJ* michi *EJ* 570. Male *ex* Mala *B* loqui *F, Pylades.* eloqui *BEJZ* cui *BEJ* nihil *(prior* i *e corr. m. 2) B.* nichil *EJ* 571. Michin *EJ* minitare *ex* minitaris B^2 at *F* 572. si perges molestus esse *Muellerus Pros. Pl. p. 244.* mihi *(*michi *J)* si perges molestus esse *libri, nisi quod* si perges mihi *F.* mihi molestus si esse perges *Bothius.* mihi si perges esse molestus *Weisius.* mihi esse si perges molestus *Enger de Pros. Pl. p. XIV* michi *EJ* 573. meaeque *(*me *ex* ma *et* que *s. v. m. 2) B.* meęque *E* pugnę *BEJ* praeliares *B.* preliares *(*pr *ex* ph *E^3) EJ.* prelia res *F.* proelia et res *Lambinus* plurime *EJ* optritae *B.* optrite *EJ* lacent *B* 574. Capa. *praem. F* machera *BEJ* clipeus *BJ.* clippeus *E* *Lacunam indicavit Lambinus, nullo in libris vestigio relicto: suspicor praeter supplementum huius versus integrum intercidisse versum: dimetrum defendit Spengelius T. M. Plautus p. 149* 575. uiuent *E* in atie *ex* i atie E^2 mihi *BE.* michi *J* 576. formicę *J.* for mice *E* 577. *Person. om. FZ* meae *Bothius.* me *libri: cf. v. 578* uolsellę

Béne me amassint méaque axicia línteumque extérsui,
Út ego tua magnífica verba néque istas tuas magnás minas
Nón pluris fació quam ancillam meám quae latrinám lavat.
Égo illam reddidi eí qui argentum a te áttulit.

THERAPONTIGONVS

Quis is ést homo?

CAPPADOX

Tuóm libertum sése aiebat ésse Summanúm.

THERAPONTIGONVS

Meum?
Áttat, Curculio hércle verba míhi dedit, quom cógito:
Ís mihi anulúm subripuit.

CAPPADOX

Pérdidistin tu ánulum?
Míles, pulcre cénturiatus és expuncto in mánipulo.

THERAPONTIGONVS

Úbi nunc Curculiónem inveniam?

CAPPADOX

In trítico facíllume
Vél quingentos cúrculiones pro úno faxo réperies.
Égo abeo: vale átque salve.

---

mistrum; sed idem in Triphallo calamistra; et Plautus in Curculione: 'pecten ...... meum'

J. uolselle *(s add. rubricator, quod post del. est) E* 578. me *s. v. B, unde* bene mactassint *Ritschelius Mus. Rhen. vol. XII (a. 1853) p. 431. Ceterum* me *deleri posse iam Pareus coniecit* meque *J.* meaque *ex* maque E^3 axicia *ex* acicia *ut vid.* B^2. axitia *E* linteum que *B* extersui *Palmerius.* extersum *libri, nisi quod* extersim *E* 579. magnifica *(g s. v.) J* atque tuas *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765: quem contra vide Muellerum 'Sive' p. 36* 580. fatio *E* quę *EJ* lavit *Seyffertus Stud. Pl. p. 6* 581. reddidi ei *Geppertus.* reddidi *libri* qui *(i m. 3 in ras.) E* ate *BJ* attulit *ex* attuli B^2 582. tuum *libri* sese aiebat esse *Camerarius.* esse aiebat sese *libri* sumanum *J* 583. Atat *EFZ* ercle *E* uerba michi *J.* mihi uerba *F* cum *BEJ* 584. michi *J* sub ripuit *J.* subripuit *(sub m. 2. in ras.) B* 585. pulchre *EJ.* pulchere *B* excenturiatus *Dousa* es *Pius.* est *libri* expuncto *ex* expucato *ut vid. B.* ex puncto *E.* expugno *J* inmanipulo *J.* manipulo *Scaliger* 586. Intritico *BEJ* facillume *ex* facillime E^2 587. reperies *F, Bothius.* reperias *BJZ.* repperias *E* 588. Cap. *praem.*

THERAPONTIGONVS

Mále vale, male sít tibi.
Quíd ego faciam? máneam an abeam? sícin mihi esse os óblitum?
Cúpio dare mercédem, qui illunc úbi sit conmonstrét mihi.

---

*E*²*J* habeo *ex* abeo *in ras.* *E*³ ualeatque *E* sit tibi *ex* tibi sit *J* 589. Quid *ex* Quod *B*² abeam *ex* aueam *B.* habeam *J* sicin *Fleckeisenus.* sicine *B.* siccine *EJFZ* sublitum *Ussingius* 590. commonstret *BJ.* cõmostret *ex* comostret *E*² michi *E*

ACTVS V

CVRCVLIO

Ántiquom poétam audivi scrípsisse in tragoédia,
Múlieres duás peiores ésse quam unam: rés itast.
Vérum mulierém peiorem, quam haéc amicast Phaédromi,
Nón vidi aut audívi neque pol díci nec fingí potest
Péior: quae ubi med húnc habere cónspicatast ánulum,
Rógat unde habeam. 'Quíd id tu quaeris?' 'Quía mi quaesitóst opus.'
Négo me dicere: út eum eriperet mánum ea arripuit mórdicus.
Víx foras me abrípui atque effugi. ápage istanc canículam.

597. Mordicus *ex hoc loco affert glossarium Plautinum: cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 247*

Act. V sc. 1. PARASITVS CVR̃. *dein versus sine scriptura B.* PARASITVS *E: idem J cohaerens cum v. 590* 591. Antiquom (Anti *m. 2 in 11 litt. spatio) B.* Antiquum *J* poẹtam *B* intragoedia *BJ* 592. peioras *E* una. res. *ex* res una *E*[3]. una. res *Z: corr. Pylades* ita st *B.* ita est *EJ* 593. hec *E* amica est *BEJ* phedromi *BEJ* 594. aut audivi *Fleckeisenus.* neque audiui *libri* fingi (i *prior ex 2 litt. m. 2) B.* fringi *J* 595. peior *Pylades. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 27.* peior quam haec est *libri, nisi quod* hec *E: integra verba eicit Fleckeisenus* quẹ ubimet (t *eras.)* hunc habere *E.* quẹ ubi me hunc habere *JFZ.* quae ubi me habere hunc *initio servato Gruterus.* quae extemplo ubi med hunc habere *Fleckeisenus* conspicata st (st *m. 2 ex* sta) *B.* conspicata est *EJ* 596. quidẽ *(̃ eras.) E* quẹris *J* quia *ex* quā *E*[3] mihi *BE.* michi *J* quaesitost *ex* quaesito est *E*[3]. quaesito st *B.* quesito est *J* 597. manum ea *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 248.* manum *libri.* manum meam *Fleckeisenus* arripuit *ex* eripere *E*[3] 598. abripui *Lambinus.* arripui *libri.* proripui *inter alia Muellerus Pros. Plaut. p. 707 adn.* atque (que *s. v.) J* appage *EJ* inde istanc *vel* a me istanc canĭculam *Muellerus l. s. s.*

PLANESIVM. PHAEDROMVS. CVRCVLIO. THERAPONTIGONVS

PLANESIVM

Phaédrome mi, properá.

PHAEDROMVS

Quid properem?

PLANESIVM

Párasitum ne amíseris.
Mágna res est.

PHAEDROMVS

Núllast mihi: nam quam hábui absumpsi céleriter.
Téneo: quid negótist?

PLANESIVM

Rogita unde ístunc habeat ánulum:
Páter istum meus géstitavit.

CVRCVLIO

Át pol mea matértera.

PLANESIVM

Máter ei uténdum dederat.

CVRCVLIO

Páter tuos rusúm mihi.

PLANESIVM

Númgas garris.

Act. V sc. 2. PLANESIVM·PHEDR OMVS·CVRCVLIO·MILES·, *dein versus sine scriptura B.* PLANESIVM VIRGO. PHEDROMVS ADOLESCENS EIDEM CVR̃ MILES *EJ*, *nisi quod* EIDEM *om. J* 599. Phaedrome mi *Fleckeisenus.* Phedrome *JFZ.* Phedrome (P *add. m. 2) B.* ·hedromę *E* 600. Mana *J* nulla est *BE.* nulla est est *J* michi *J* nam quam habui absumsi celeriter *B.* nūquam abituri assumpsi celerier *E*, *quod corr. E*[3]. numquam *(e corr.)* abiit absumpsi celerier *J* Celeriter *ad sequentia* (Tene) *rettulit Acidalius* 601. Teneo: quid *Bothius.* Plan. Teneo. Phaed. Quid *libri.* Plan. Tene. Phaed. Quid *Camerarius* negotii (i *add. m. 2)* st *B.* negotii *(ex* negostin *m. 3) E.* negocii est *J.* negotii *Z* unde istuc *J.* istunc unde *Z* habeat (t *add. m. 2) E* 602. *Curculionis person. praem. EJFZ* istum/ / *J* meus *ex* meum *E*[3] gestauit *EJFZ* P. / . (LA *cr.)* At *B.* Plan. At (Ac *J) EJFZ.* a *Muellerus Pros. Pl. p. 9* pol mea *Pylades.* mea *libri.* prius mea *Ussingius* mater tera *B* 603. *Person. om. EJFZ* illi *Guyetus* pater tuos rusum mihi *Gruterus.* pater tuos *(ex* uois *m. 3)* rursum tibi *E.* pater uo is risum tibi *B.* pater tuus rursum tibi *JFZ*

CVRCVLIO

Sóleo: nam proptér eas vivo fácilius.

Quíd nunc?

PLANESIVM

Obsecró, parentes né meos mihi próhibeas.

CVRCVLIO

Quíd ego? sub gemmáne abstrusos hábeo tuam matrem ét patrem?

PLANESIVM

Líbera ego sum náta.

CVRCVLIO

Et alii múlti qui nunc sérviunt.

PLANESIVM

Énimvero irascór.

CVRCVLIO

Dixi equidem tíbi unde ad me hic pervénerit:
Quótiens dicundúmst? elusi mílitem, inquam, in álea.

THERAPONTIGONVS

Sálvos sum: eccum quém quaerebam. quíd agis, bone vir?

CVRCVLIO

Aúdio:
Sí vis tribus bolís vel in chlamydem.

THERAPONTIGONVS

Quín tu is in malám crucem
Cúm boleis, cum búlbis? redde míhi iam argentum aut vírginem.

---

604. p̈pt nā soleo e̋as *E* 605. quid *ex* quod E^3. Phaed. Dic *Ussingius* nemeos *BJ* michi *J* 606. sub (b *ex* m *m. 2*) *B*. sub *ex* Sul. (*pers. not.*) *E* gemman *J*. gemman *ex* geminā E^3. geminam *Z* habeatur *E* 607. ego sum *in ras. B* 608. *Phaedromo initium tribuit Seyffertus Stud. Plaut. p. 3: fortasse recte* unde *ex* uide E^3 adme *B* perueniret *EZ: corr. Saracenus* 609. dicendum est *BEJ* inalea *J* 610. Saluos (s *s. v.*) *J* equum *J*. *om. F* quem *s. v. B. om. EJFZ: corr. Pius* querebam *BEJ* CVR͠ *in ras.* B^2. PH. *EJZ: in F persona erasa est: corr. Pius* 611. uelin *EZ*. uelim *JF* clamidem *BEJ* is *ex* es E^3. es *B* inmalam *BJ*. in (*ex* e *m. 3*) malam *E* 612. cumbolis *J*. cum bolis E^3FZ bullis *EJFZ* redde mihi iam *Pylades*. redde etiam *libri, nisi quod* etiam *om. F*. reddin etiam *Dousa (?)*. etiam redde *Fleckeisenus*. redde mi aut *Muellerus Pros. Pl. p. 576*

CVRCVLIO

Quód argentum, quas tú mihi tricas nárras? quam tu vírginem
Mé reposcis?

THERAPONTIGONVS

Quam áb lenone abdúxisti hodie, scélus viri.

CVRCVLIO

Núllam abduxi.

THERAPONTIGONVS

Cérte eccistam vídeo.

PHAEDROMVS

Virgo haec líberast.

THERAPONTIGONVS

Méane ancilla líbera ut sit, quam égo numquam emisí manu?

PHAEDROMVS

Quís tibi hanc dedít mancupio aut únde emisti? fác sciam.

THERAPONTIGONVS

Égo quidem pro istác rem solvi áb tarpezitá meo:
Quam égo pecuniám quadruplicem abs téd et lenone aúferam.

PHAEDROMVS

Quí sceis mercarí furtivas átque ingenuas vírgines,

---

613. *Nonius p. 8, 15:* Tricae sunt impedimenta et implicationes .... Plautus Curculione: 'quod argentum, quas ... narras'

---

613. *Pers. om. F* quod *ex* quid E^3 quod tu argentum, quas mihi *Bothius. Ritschelius Proleg. p. 136* quas mihi *JF* 614. Quamne *Muellerus Pros. Pl. 553* ablenone *J* abduxisti *Z: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 75.* abduxti *BF.* ab duxsti *ex* ad duxsti E^3. adduxti *J* hocedie *dubitanter Ritschelius l. modo comm.* tu hodie *Fleckeisenus* 615. Curc. *praef. Pylades,* Phaedr. *BJZ: om. JF* ab duxi *B.* adduxi *EJ: corr.* E^3 hec *J* libera est *libri* 616. Mean *libri* ancilla *ante* ancilla *del.* E^2 nunquam *ex* numquam *B* manu *ex* manum *ras. E* 617. hanc *ex* han E^3 mancipio *libri* 618. ego quidem herle *Muellerus Pros. Pl. p. 748* rem solvi pro istac *Guyetus.* pro istac resolvi *Dousa* ab trapezita *libri, nisi quod* abtrapezita *J* 619. *Versum Phaedromo tribuit Demelius Annal. iur. hist. ed. Rudorff vol. I (a. 1861) p. 352 iure vituperatus a Voigtio Mus. Rhen. vol. XXVII (a. 1872) p. 169 adn.* quam ego quadruplicem pecuniam *Muellerus Pros. Pl. p. 554* abste *BEJ.* abs ted *Guyetus. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36: cf. tamen Opusc. phil. vol. III p. 122* ab lenone *Fleckeisenus.* atque lenone *Hermannus: alia Muellerus l. s. scr.* 620. scies *EJFZ,*

Ámbula in ius.

THERAPONTIGONVS

Nón eo.

PHAEDROMVS

Licet ántestari?

THERAPONTIGONVS

Nón licet.

[PHAEDROMVS

Iuppiter te male perdat: intestatus vivito.]

CVRCVLIO

Át ego quem licét te.

PHAEDROMVS

Accede huc.

THERAPONTIGONVS

Sérvom antestarí? vide.

CVRCVLIO

Ém ut scias me líberum esse.

PHAEDROMVS

Ergo ámbula in ius.

THERAPONTIGONVS

Ém tibi. 624. 625

CVRCVLIO

Ó cives, civés.

THERAPONTIGONVS

Quid clamas?

---

idem ex scias *B.* scis *Pius* furtitiuas *B* *V. 621—627 tractavit Voigtius Mus. Rhen. vol. XXVII (a. 1872) p. 168 sqq.* 621. noneo *J.* non ego *E.* non eo *E*[3]. non ego *Z: corr. Pius* licet *Z.* licet te *BEJF.* licetne *Muellerus Pros. Pl. p. 116* 622. *Versum spurium esse vidit Guyetus* at te Iuppiter *Fleckeisenus* disperdat *Aldina* 623. Curc. *praef. Robertus.* Mil. *libri.* Phaed. *Ussingius* te. Phaed. Accede *Robertus.* te accede *BEJZ.* tu accede *F.* Phaed. Tu accede *Angelius* Mil. Servom *Robertus.* Curc. Seruõ *J.* Curc. Serum *(m in ras.; dein spat. 2 litt.) B.* Curc. Seruum *(prior* u *e corr. m. 3) E.* Curc. Seruum *FZ* uide *Camerarius.* Mil. Vide *BEJFZ.* Curc. Vide *Ussingius* 624. 625. Curc. *praem. EJFZ.* Mil. *B, sed erasa postea* em *Ribbeckius de part. p. 33.* hem *libri* Phaed. Ergo *Gz.* ergo *BEF.* Mil. ergo *JZ* Mil. Em tibi *Ussingius.* em tibi *BE.* hem tibi *JFZ* 626. Phaed. *praem. B* · O *om. B* *Post* clamas *B*[2] *personae spatio nullo* Pƅ *inseruit* quidē *(*ē *er.) E* tibi istum *Guyetus.* istum tibi *libri*

PHAEDROMVS

Quíd tibi istum táctiost?

THERAPONTIGONVS

Quía mi lubitumst.

PHAEDROMVS

Áccede huc tu: ego íllum tibi dedám: tace.

CVRCVLIO

Phaédrome, obsecró, serva me.

PHAEDROMVS

Támquam me et geniúm meum.
Míles, quaeso te út mihi dicas, únde illum habeas ánulum,
Quém parasitus híc te elusit.

PLANESIVM

Pér tua genua te óbsecro,
Út nos facias cértiores.

THERAPONTIGONVS

Quíd istuc ad vos áttinet?
Quaératis chlamydem ét machaeram hanc, únde ad me pervénerit.

CVRCVLIO

Út fastidit glóriosus.

THERAPONTIGONVS

Mítte istum, ego dico ómnia.

CVRCVLIO

Níhil est quod ille dícit.

PHAEDROMVS

Fac me cértiorem, te óbsecro.

---

tactio est *libri* 627. mihi *JFZ.* mihi,, (1 *ut vid. erasa*) *B.* michi *E* lubitum est *B.* libitum est *EJ* tibi illum *JF*
628. *Initium Planesio tribuit Seyffertus Stud. Plaut. p. 3, fortasse recte* Phedrome *BEJ* tamqua *B.* tanq *J* met *JFZ. idem ex* metin *E* meum *om. Z: add. Pius* 629. quaeso te *Beckerus in Studemundi stud. vol. I p. 183.* quaeso *BFZ.* queso *EJ* ut tu *Ussingius.* uti *Bothius.* tu *Fleckeisenus* michi *J* 630. ptua *J.* per,,/tua (pe *er.*) *E* 631. ut nos facias ut nos facias *J* cerciores *B* 632. quaeratis *ex* quaratis *B.* queratis *J.* queratis *E* clamidem *BEJ* macheram *BEJ* admeperuenerit *J.* ad me pervenerint *dubitanter Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 205* 633. fastidit (d *ex* t *m. 2*) *B* *Totum versum Curculioni tribuit Ussingius* 634. Plan. *praem. Ussingius* Nichil *EJ* dicat *F* *Planesio dat Lambinus, quae Phaedromo libri*

THERAPONTIGONVS

Ego dícam: surge. hanc rem ágite atque animum advórtite.
Patér meus habuit Périphanes Plothénius.
Is príusquam moritur míhi dedit tamquám suo,
Ut aéquom fuerat, fílio

PLANESIVM

Pro Iúppiter!

THERAPONTIGONVS

Et íta me heredem fécit.

PLANESIVM

O pietás mea,
Servá me, quando ego té servavi sédulo.
Fratér, mi salve.

THERAPONTIGONVS

Quí ego istuc credám? cedo,
Si véra memoras, quaé fuit matér tua?

PLANESIVM

Cleobúla.

THERAPONTIGONVS

Nutrix quaé fuit?

PLANESIVM

Archéstrata.
Ea mé spectatum túlerat per Dionýsia.

---

cerciorem *B* te obsecro *Bothius.* obsecro *libri* 635. *Novam scaenam incipiunt BE, cuius superscriptio in B est* MILES, *in E* EIDEM *Personam om. BEF* Ego (E *add. m. 2*) *B* surge *(et in marg.* al' surgite *m. 3) E.* surgite *(et sup. v.* ł surge*) J.* surgite *F* agite ... / *J* ad uortite *E* 636. Periphanes *Pius.* Periplanes *libri* Plothenius *scripsi exempli causa: cf. Epid. v. 434, ubi* Platenius *B.* planesium *libri, quod falsum esse vidit Acidalius* Periphanes *repetens et Planesio tribuens, unde* Hem Periphanes *Fleckeisenus* 637. prius quam *B* 638. ęquum *BJ.* equum *E* 639. *Ther. pers. om. B* ita *Gz.* iste *libri.* isti *Bothius.* istic *Weisius.* is *Ussingius* O *add. sup. v. E*[3]*: idem Weisius: om. BEJFZ* 640. *An* servas? 641. qui ego istuc credam *Fleckeisenus.* qui credam ego istuc *libri.* qui ego credam istuc *vel* qui credam ego istuc tibi *Muellerus Pros. Pl. p. 712, ut tamen plura turbata esse suspicetur nec ad eundem cum antecedentibus haec versum spectare* 642. quę *EJ* 643. Cleobula *(ob e corr. et* ula *in ras.) B, ubi in margine* Cleobi *m. 1 ceteris abscissis.* Clebula *J* quę *BEJ* PŁ *inseruit spatio nullo B*[2] arthestrata *B.* arche strata *J* 644. per dionisia *E.* per-

* *
Postquam íllo ventumst, iam út me conlocáverat,
Exóritur ventus túrbo: spectacla íbi ruont:
Ego pértimesco: ibi mé nescio quis árripit
Timidam átque pavidam néc vivam nec mórtuam:
Nec quó me pacto abstúlerit possum dícere.

THERAPONTIGONVS

Memini ístanc turbam fíeri: sed tu díc mihi,
Ubi is ést homo, qui té subripuit?

PLANESIVM

Néscio.
Verum húnc servavi sémper mecum una ánulum:
Cum hoc ólim perii.

THERAPONTIGONVS

Cédo ut inspiciam.

CVRCVLIO

Sánane es,
Quae istí conmittas?

PLANESIVM

Síne modo.

THERAPONTIGONVS

Pro Iúppiter!
Hic ést ego quem tibi mísi natalí die:

---

dionisia *BJ* *Post hunc versum lacunam merito statuit Fleckeisenus, cuius nullum in libris indicium: aliquid turbatum esse senserat Geppertus* ad Dionysia *scribens* 646. post quam *B* uentum est *libri* iam *s. v. E* collocauerat *libri* 647. ex oritur *B* spectacla ibi//// (ibi *e corr.: post* ibi *3 litt. er.) B.* specta *cum lacuna c. 6 litt. (quam explevit* spectacula *scribendo m. 3: eadem in marg.* al' spectatores*) E.* spectacula *Z.* spectatores *JF* ruunt *libri* 648. ego me *E* ibi *Kampmannus de Ab p. 20.* tum ibi *libri* nescioquis me *vel* me nescioqui *Bothius* arripuit *JF.* abripit *Lambinus. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765* 650. nequeo *F* 651. Memini istanc *Gulielmius.* Meministin hanc *(*n *e corr. ut vid.) B.* Meministin hanc *EJFZ* Sed *(non* sed*) libri* 652. surripuit *(*subripuit *E) libri* 653. seruaui *(*a *ex* i*) B* 654. hoc *ex* olim perii *ut vid. B* olim *(*o *e corr.) B* credo *(*r *del. m. 3)* ut *E.* credo quid *J* inspitiam *E* CVR̃ Sanan es *B, Acidalius.* PHE sananes *E.* Phaed. Sanan es *JFZ* 655. quę *BJ.* que *E* committas *libri* 656. ego quem tibi *Guyetus. Mahlerus l. s. scr. p. 11.* quem ego tibi *libri.* quem tibi ego *Fleckeisenus* misi *(ut et* tibi*) in ras. B*

Tam fácile novi quám me. salve, méa soror.

PLANESIVM

Fratér mi, salve.

PHAEDROMVS

Deós volo bene vórtere

Istám rem vobis.

CVRCVLIO

Ét ego nobis ómnibus:

Tu ut hódie adveniens cénam des soróriam,

Hic núptialem crás dabit: promíttimus.

PHAEDROMVS

Tace tú.

CVRCVLIO

Non taceo, quándo res vortít bene.

Tu istánc desponde huic, míles: ego dotém dabo.

THERAPONTIGONVS

Quid dótis?

CVRCVLIO

Egone? ut sémper dum vivát me alat.

PHAEDROMVS

Ultro hércle dico: mé lubente féceris.

THERAPONTIGONVS

Sed léno hic debet nóbis trigintá minas.

PHAEDROMVS

Quam ob rem ístuc?

657. tamfacile *J* soror mea *B* 658. *Phaedr. pers. om. Z* 659. nobis *Z* *Curc. pers. del. E*^{3} 661. *Pers.* Mil. *(post* dabit*) del. Acidalius* Promittitin *Acidalius* 662. *Phaed. pers. add. Acidalius: om. BEJ.* Ther. *pers. praem. FZ* taceo *ex* teceo *B* uortit *ex* uertit *E*^{2}. uortat *J* 663. *Post* desponde *num scriptum fuerit* huic *in J nunc quidem incertum* huic. Mil. ego *F* 664. *Pers. corr. Bothius:* Phaed. *libri* *Curc. pers. del. E*^{3} ego me *J.* ego ne *E* uiuat *ex* iuuat *E*^{3} me alat *FZ.* med alat *BJ.* me dalat *E* 665. *Phaedromo dedi quae militi tribuunt libri, nisi quod* ·M· *eras. in B: Curculioni continuat Pistoris, initium Curculioni, finem (*me l. f.*) Therapontigono Ussingius adsignat* Ultro *Gz.* uerum *libri* dicit *Acidalius* lubente *Camerarius.* iubente *libri, nisi quod* u *c corr. B* 666. Mil. Sed *Pistoris.* et *libri* 667. obrem *BE* *Curc. inserit B* enim ille *Gz.* ille *libri.* illic *Fleckeisenus* ita *om. Z: corr. Pylades* mihi *om. F*

THERAPONTIGONVS

Quia enim ille íta repromisít mihi,
Si quísquam hanc liberáli adseruissét manu,
Sine cóntroversia ómne argentum réddere.
Nunc eámus ad lenónem.

CVRCVLIO

Laudo.

PHAEDROMVS

Hoc príus volo
Meam rem ágere.

THERAPONTIGONVS

Quid id est?

PHAEDROMVS

Út mihi hanc despóndeas.

CVRCVLIO

Quid céssas, miles, hánc huic uxorém dare?

THERAPONTIGONVS

Si haec vólt.

PLANESIVM

Mi frater, cúpio.

THERAPONTIGONVS

Fiat.

CVRCVLIO

Béne facis.

PHAEDROMVS

Spondésne, miles, mi hánc uxorem?

THERAPONTIGONVS

Spóndeo.

CVRCVLIO

Et ego huíc dotem una spóndeo.

---

668. quis quam *B* liberalias *E* asseruisset *BJ*. seruisset *E*
669. controuersia *(con s. v. m. 3) E*. contra uersia *B* reddere *Scaliger. Gulielmius*. redderet *libri* 670. Nunc *Ussingius*. Phaed. Nunc *libri* adlenonem *BJ* Curc. Laudo *Ussingius*. Mil. Laudo *libri* hic *Z* prius *(r add. m. 3) E* 671. *Post* Quid *ut vid.* est *erasum B* 673. Si *(S e corr.) B* hec *J* uult *B* mi *ex* Fr *B*
674. spondes ne miles mihi *BE*. spondes me miles michi *J*. spondesne mihi miles *F*. sponden mihi miles *Muellerus 'Nachtr.' p. 103*
675. Phaed. *praem. B* huic dotem una *Gz*. hoc idem unum *libri*. huic cibum una *Acidalius Phaedromo tribuens*. a me huic

PHAEDROMVS

Lepidé facis.

THERAPONTIGONVS

Sed eccúm lenonem incédit thensaurúm meum.

— —

CAPPADOX. THERAPONTIGONVS. PHAEDROMVS. PLANESIVM

CAPPADOX

Árgentariís male credi qui áiunt, nugas praédicant:
Nam ét bene et male crédi dico: id ádeo ego hodie expértus sum.
Nón male creditúr qui numquam réddunt, sed prorsúm perit.
Vélut decem minás dum hic solvit, ómnis mensas tránsiit:
Póstquam nil fit, clámore hominem pósco: ille in ius mé vocat.
Péssume metuí, ne mi hodie ápud praetorem sólveret.
Vérum amici cónpulerunt: réddit argentúm domo.
Núnc domum properáre certumst.

THERAPONTIGONVS

Heús tu, leno, té volo.

victum *Fleckeisenus.* huic quidem victum *Muellerus 'Nachtr.' p. 105* *Phaedromo extrema verba dedi, quae Therapontigono libri, Curculioni Fleckeisenus adsignant* *Post hunc versum lacunam statuit admodum probabiliter Fleckeisenus* 676—678. *Phaedromi pers. praem. B* *Act. V sc. 3* CAPADOX *B.* CAPPADOX · EIDEM · LENO · C · *E.* LENO CAP · MILES · PHEDROMVS · ADOLESCENS · PLANESIVM · VIRGO *J* 679. Argentariis *(*A *in 3 litt. sp.) B* qui aiunt *ex* quia iunt *man. Camerarii B* predicant *B* 680. Nam etiam *F.* nam et male *(*male *eras.) E* Nam nec bene nec *Lambinus, unde* nec bene nec *Bothius* ego hodie *Bothius.* hodie ego *EJFZ.* hodie *B* ex pertus *B* *Post hunc versum nonnulla intercidisse puto velut haec:*

Quí cunctanter réddunt illis mále ego credi exístumo.

681. Non *ex* Nā E^3. nam *Z* nunquam *B* prorsus *Z* 682. uel ut *B.* velut hic *Pylades.* vel hic *Ussingius* ·x· *E* dum hic *Lambinus.* dum *libri* mensis E^3FZ 683. Post quam *BJ* nihil *B.* nichil *EJ* clamore *(*e *erasa et denuo add. m. 3) E* in *(*i *add. m. 3)* ius *E.* inius *J* ille: in ius me voca *Scaliger* 684. pessu me *E* ne mihi *Pylades.* nemihi *ex* nemini *et* ne *e corr. B.* nemini *E.* ne minis E^3. nememini *JFZ* aput *J* pretorem *BJ* 685. *Ante* compulerunt *(sic BEJ) parva ras. in J.* contulerunt *Casaubonus* reddet *JF* 686. certum st *B.* certumst *ex* certust E^3.

PHAEDROMVS

Ét ego te volo.

CAPPADOX

Át ego vos nolo ámbos.

PHAEDROMVS

Sta sis ílico.
Átque argentum própere propera vómere.

CAPPADOX

Quid mecúmst tibi?
Aút tibi?

THERAPONTIGONVS

Quia ego ex te hódie faciam pílum catapultárium
Átque ita te nervó torquebo, ítidem ut catapultaé solent.

PHAEDROMVS

Délicatum te hódie faciam cúm catello ut áccubes,
Férreo ego dico.

CAPPADOX

Át ego vos ambo ín robusto cárcere
Út pereatis.

THERAPONTIGONVS

Cóllum obstringe, abdúce istum in malám crucem.

PHAEDROMVS

Quídquid est, ipse íbit potius.

---

690. *Nonius p. 552, 12:* Catapulta, iaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione: 'Atque ita .... torquebo ut ... solent'
691 *sq. Nonius p. 199, 11:* Catellae .... Neutrum, a catulis, si militer diminutivum. Plautus Curculione: 'Delicatum ..... ferro ego dico'

---

certum est *J* tuleno *J* 687. uos *s. v. add. B* uolo *F* ambo *E* stasis *EZ* illico *ex* ilico *E*[3] 688. *Phaedr. pers. praem. Fleckeisenus* mecum est tibi *libri.* tecum est mihi *Bothius: cf. v. 689* 689. aut tibi *Luchsius Hermae vol. XIII (a. 1878) p. 498.* aut tecum aut *(dein 2 litt. sp.) B.* aut tecum aut *EJFZ.* aut tecùm *Pius* quia ego exte hodie *BEJ.* quia hodie ex te ego *F.* quia ex te hodie *Pylades.* quia ego ex te *Camerarius.* quin ego te *Muellerus Pros. Pl. p. 554* 690. torquebo hodie *Muellerus Pros. Pl. p. 554* itidem *om. Nonius* catapultę *B.* catapulte *E* 691. *Phaed. pers. praem. Pistoris: om. libri* accumbes *F* 692. ferreum *Bothius* at *e corr. B* inrobusto *BJ.* inrobusto *(n add. m. 3) E* 693. ab duce *B.* obduce *J* inmalam *B* 694. quid quid

CAPPADOX

Pró deum atque hominúm fidem.
Hócine pacto me índemnatum átque intestatum ábripi?
Te, óbsecro, Planésium, et te, Phaédrome, auxilium út feras.

PLANESIVM

Fráter, obsecró te, noli hunc índemnatum pérdere:
Béne et pudice mé domi habuit.

THERAPONTIGONVS

Haúd voluntate íd sua:
Aésculapio huíc habeto, quóm pudica's, grátiam.
Nám si is valuissét, iam pridem quóquo posset mítteret.

PHAEDROMVS

Ánimum advortite húc, si possum hoc ínter vos conpónere.
Mítte istunc. accéde huc, leno: dícam meam senténtiam,
Sí quidem voltis quód decrero fácere.

THERAPONTIGONVS

Tibi permíttimus.

CAPPADOX

Dúm quidem hercle ita iúdices, ne quísquam a me argentum aúferat.

THERAPONTIGONVS

Quódne promistí?

---

est *BJE*. quicquid *EZ*. *in marg.* at quid E^3 695. hoccine *libri* pacto me *Gz.* pacto *libri nisi quod* pactum *F*. pacto hinc *Fleckeisenus.* pacto vi *Muellerus 'Nachtr.' p. 79 adn.* indempnatum *BEJ* abripi *Gz.* me arripi *libri.* me abripi *Lambinus* 696. Te obsecro *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765.* obsecro *libri* phedrome *BEJ* feratis *JF* 697. te *e corr. ut vid. B* indemnatum *Pius.* condempnatum *libri* 698. pudice (e *e corr.*) *B* *Phaed. pers. inseruit in ras.* B^2 haud *ex* aut E^3. haut *B* 699. esculapio *E* hanc *Ussingius* q *ex* q̃ *ut vid.* E^3. quod *JFZ* pudica es *libri* 700. si uoluisset (*post* si *er.* uo) *E*. si uoluisset *JFZ*: si valuisset *Hermolaus* quoque *EJFZ*: *corr. Hermolaus* mittere *ex* mitteret *ras. E.* mittere *Z* 701. *Person. om. B*: *exhibet in ras. E* aduorte *EJFZ* huc si *Muellerus Pros. Pl. p. 23.* si *libri.* ego si *Fleckeisenus* *Ante* conponere *eras.* sententia *E* componere *BEJ.* sententia componere *Z* 702. istuc *B* leno *om. EJFZ* 703. siquidem *B* (*cum ras. post* m) *J* uultis *BE* decreto *J*. de crero *ex* de cretro E^3 qđ decrero facere *in 23 l. sp.* B^2 *Ther. pers. restituit Bothius, Cappadocis exhibent libri* 704. *Capp. pers. praem. Bothius, om. libri* iudeces *B* nequis quā *B*. nequisq *J* ame *BJ* 705. quod

CAPPADOX

Promisi? quí?

THERAPONTIGONVS

Lingua.

CAPPADOX

Eadem núnc nego.

Dícundi, non rém perdundi grátia haec natást mihi.

THERAPONTIGONVS

Níhil agit: collum óbstringe homini.

CAPPADOX

Iámiam faciam ut iússeris.

THERAPONTIGONVS

Quándo vir bonú's, responde hoc quod rógo.

CAPPADOX

Roga quód lubet.

THERAPONTIGONVS

Prómistin, si líberali quísquam hanc adsererét manu,
Te ómne argentum rédditurum?

CAPPADOX

Nón conmemini dícere.

THERAPONTIGONVS

Quíd? negas?

CAPPADOX

Nego hércle vero. quó praesente? quo ín loco?

THERAPONTIGONVS

Mé ipso praesente ét Lycone tárpezita.

CAPPADOX

Nón taces?

---

ne *libri.* quod *Geppertus* promisti *EJ.* promisisti *B*E^{3}*FZ* promisi? qui *Bothius.* qui promisi *libri* *Verba* lingua — nego *Cappadoci* tribuunt *EJFZ. Scaliger* nunc *ex* non E^{3} 706. dicendi *BEJ.* discendi*F.* ditandi *Pius et Acidalius* rem (m *in ras.*) *B* perdendi (endi *in ras.*) *B.* perdendi *EJ* gratia hec (hec *s. v. m. 2*) *B.* haec gratia *JFZ.* hec gratia *E* nata est *BEJ* 707. Nichil *EJ* *Capp. pers. restituerunt Pius et Acidalius: Phaedr. libri praebent* iam iam *BEJ* 708. bonus es *libri* hoc quod *Fleckeisenus.* quod *libri* qid' *E* lubet *ex* iubet E^{3} 709. promistin *B, Scaliger.* promisistin *EJFZ* liber aliquis quam *EJ* assereret *BEJ* 710. cõmemini *ex* c̃ memini E^{3}. commemini *J.* commeni *B* 711. presente *B* inloco *J* 712. Curc. *praef. B*

THERAPONTIGONVS

Nón taceo.

CAPPADOX

Non égo te flocci fácio: ne me térrites.

THERAPONTIGONVS

Me ípso praesente ét Lycone fáctumst.

PHAEDROMVS

Satis credó tibi.
Núnc adeo, ut tu scíre possis, léno, meam senténtiam,
Líbera haec est, híc huius frater ést, haec autem huius ést soror.
Haéc mihi nubet, tu huíc argentum rédde: hoc iudiciúm meumst.

CAPPADOX

Hércle istam rem iúdicasti pérfidiose, Phaédrome:
Ét tibi oberit ét te, miles, dí deaeque pérduint.

THERAPONTIGONVS

Tu aútem in nervo iám iacebis, nísi mi argentum rédditur.

CAPPADOX

Tú me sequere.

THERAPONTIGONVS

Quó sequar te?

CAPPADOX

Ád tarpezitám meum,

---

ipso *om.* *JF* presente *BJ* lycone *ex* licone *J.* licone *E* trapezita *BEFZ.* trapezeta *J* nontaces *B.* non (n *post. ex* m) taces *E.* *Militi haec verba dat Ussingius* *Ceterum hunc v. et sequentem delet Guyetus* 713. *Ther. pers. praem. EFZ.* *Curc. B.* *totum versum Capp. tribuit Ussingius* *Capp. pers. inserunt* E^3*Z: om. reliqui* 714. *Pers. add.* E^3*Z: om. BEJF* meipso *E* presente *B* licone *EJ* factum est *BEJ* 715. leno *om. JF* 716. hec *J* hic hic *F* *An* huius hic? est *om. Fleckeisenus* hęc *EJ* huius est *Luchsius de genet. pron. p. 44.* illius (ill *e corr.*) *B.* illius *EJFZ.* illiust *Fleckeisenus: cf. Ritschelius Op. philol. vol. II p. 684* soror est *F* 717. hec *J* meum est *libri* *V. 718. 719 huc revocavit Acidalius, quos libri praebent post v. 720* 718. hercle (her *rubricator ex* h̄ = haec) *E* per fidio se *B* phedrome *BEJ* 719. te *s. v. B* dii *J.* di *ex* dię *ras. E* deae que *B.* deęque *E* ꝑdiunt (*ante* ꝑ *2 litt. erasae et* ꝑ *e corr.*) *B.* ꝑduint (i *s. v.*) *J* 720. *cf. 718. 719* *Person. add.* E^3 inneruo *J* mihi *BE.* michi *J*

721. Tum *Acidalius* ego te *Pylades. Muellerus Pros. Pl. p. 650, non libri* tarpezitam *Ritschelius Op. philol. vol. II p. 525.* trapaezitam *B.* trapezitam *EFZ.* trepe zeta *J*

Ád praetorem: nam índe rem solvo ómnibus quibus débeo.

THERAPONTIGONVS

Égo te in nervom, haud ád praetorem hinc rápiam, ni argentúm refers.

CAPPADOX

Égo te vehementér perire cúpio, ne me néscias.

THERAPONTIGONVS

Ítane vero?

CAPPADOX

Ita hércle vero.

THERAPONTIGONVS

Nóvi ego hos pugnós meos.

CAPPADOX

Quíd tum?

THERAPONTIGONVS

Quid tum, rógitas? hisce ego sí tu me inritáveris,
Plácidum te hodie réddam.

CAPPADOX

Age ergo récipe hoc actutúm.

THERAPONTIGONVS

Licet.

PHAEDROMVS

Tú, miles, apud mé cenabis: hódie fient núptiae.

THERAPONTIGONVS

Quaé res bene vortát mi et vobis.

---

722. ad pretorem *B.* adp̄torem *J* soluo *(prior* o *ex* a *m. 1 et post. in ras. m. 3) E.* resoluo *Z* 723. *Person. om. B* in nervom *Pylades.* in neruo *EFZ.* inneruo *BJ* haud *ex* aut *E*[3] ad pretorem *B.* adp̄torem *J* ni *(ex* in *m. 3)* argentum *E.* inargentum *J* referas *F* 724. *Person. om. J* te *s. v. J* ne me *Bothius.* ne tu me *libri.* ne tu *Guyetus* hauscias *Seyffertus Stud. Pl. p. 4* 725. *Person. om. J* Ita ne *J* 726. Quid tu *EJFZ bis* irritaueris *BEJ* 727. Placidū dum *J* recipe hoc actutum *Fleckeisenus.* recipe actutum *libri, nisi quod* ac tutum *E.* recipe. Ther. At actutum *Ussingius* licet *lenoni tribuens.* recipe iam actutum *Geppertus* *Ante* Licet *Ther. pers. restituit Pylades, Phaedromum exhibent libri* 728. *Pers. restituit Pylades: om. libri* miles *(s s. v.) J* aput *J* caenabis *J.* cenabis *ex* cenebis *E* fient *ex* feient *ras. E* nuptie *E* 729. *Pers. om. F* quę *BJ* uortant *F* mihi *libri, nisi quod* michi *J* Cantor *add. Bothius. om. spatio 9 litt. relicto E:*

CANTOR

Spéctatores, plaúdite.

---

sine spatio B J Z. Auctor *praebet F* Plaudite *F, Hermolaus.* Plaudite plaudite *B E J Z* *Addit B² haec:*

PLAVTI CVRCVLIO EXPLI CIT
INCIPIT *(P ex* I*)* PROLVGVS IN CASSINA

haec autem E: PLAUTI CVRCULIO EPLICIT. *(super* P *ras.)* INCIPIT CASSIANI ꝑLOGUS

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS IV

ASINARIA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

T. MACCI PLAVTI

A S I N A R I A

RECENSVERVNT

GEORGIVS GOETZ ET GVSTAVVS LOEWE

ACCEDIT CODICIS AMBROSIANI J 257 INFER. SPECIMEN PHOTOTYPICVM

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS IV

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

ALFREDO · FLECKEISEN

RITSCHELII · IN · SOSPITANDO · PLAVTO · SOCIO

L · L · M

GEORGIVS · GOETZ   GVSTAVVS · LOEWE

PRAEFATIO

Forte magis quam consilio cum accidisset, ut in eadem fabula quae mutanda vel restituenda invenisse nobis videremur inter nos communicaremus et alter quid de alterius inventis iudicaret rescriberet et re ipsa monente id saepius saepiusque fieri coepisset, nihil mirum quod alter haud semel partem tantum veri perspexerat quam alter postea supplevit, ita ut utrius beneficio praecipuo novata deberentur interdum vix sciri posset. Tali autem societate, unde et nos capiebamus summam dulcedinem et propositum ipsum haud mediocrem — ut videbatur certe — fructum, quae coniunctis viribus effecta essent rursus disiungi cum iudicaremus nefas esse, Asinariae quam instituere coeperamus recensionem utriusque nomine inscribi voluimus: cuius societatis quoniam ne nunc quidem nos paenitet, futuro quoque tempore, quotienscumque res ita feret, operam et curam coniungere constituimus.

Iam de subsidiis quibus in edenda hac fabula usi sumus et de ipsius recensionis ratione haec praemonenda visa sunt:

Codicis veteris (**B**), cuius foliis 21^r—30^r continetur fabula, praesto fuerunt quaecumque Ritschelius enotaverat: idem ut codex denuo ab Hinckio excuteretur ipse curaverat: qua in re ne summam quidem diligentiam supervacaneam esse ratus tertium illum contulit Gustavus Loewe. Praeter ea autem quae in ipsa adnotatione testati sumus pauca quaedam praefationi reservavimus, eaque nunc placet absolvere.*)

*) In praefatione Epidici ab Ussingio editae p. 246 exstant haec: 'Vaticanum et Britannicum ..... ipse contuli; horum igitur

Ac primum quidem qualis in B sit discriptio ita indicabimus, ut versuum principia a nostro exemplo discrepantia afferamus. Sciendum est autem reliquos quorum quidem in hac re ratio habenda est codices omnes (DEJ) plane cum B consentire nisi ubi differentiae aliquid testabimur. In adnotatione critica iam dicta hic non iterabimus.

109 sqq. *Atque audin* — *Vbi cumque libitum* — *Quem iam dehinc* — *Nequid nocere* — *Omnem animum* — *Quinte quoque* —

202 sqq. *Semper occulatę* — *Vetus est* — *Mihi orationem* — *Longe aliam* —

386 sqq. *Propterea huc* — *A te uerberarier* — *Pol haud* —

528 sqq. *Ante id* — *Te facturum* — *Dum eius* — (DEJ recte discribunt)

589 sq. *Nimis uellem* — *Si forte* — (sic solus B)

631 sqq. *Quia ego* — *Hinc med* — *Quas hodie* — (solus B)

644 sqq. *Proinde istud* — *Ego uero* — *Vinerum* (in *Vin ernm* corr. m.[2]) — *Vin faciam* — (solus B)

876 sqq. *Sequere hac* — *Nihil ecastor* — *Quid* — *Possis si* — (sic DE, recte BJ)

939 sqq. *Depalla memento* — *Immo intus* — *Da sauium* — *Grex hic* (solus B)

Vides DEJ melius quam B conservasse genuinum versuum ordinem; nec te fugerit, si alias contuleris fabulas, perpusillam omnino esse in discribendo codicum et editionis discrepantiam. Neque id mirum ob versuum simplicitatem et μονοτονίαν. Quae res num graeco poetae tribuenda sit quam-

---

scripturae si quando apud me aliter quam apud Goetzium afferuntur, non incuria hoc fit, sed quia me aliter legisse mihi persuasum est'. Quae cum legissemus — neque enim quicquam humani a nobis alienum esse putamus — statim graviora quae non recte nos rettulisse arguit Ussingius (negavit v. 141 sq. Chaeribulo, v. 225 verba *Quid — mirabilest* Periphani dari, v. 262 esse *eia* ex *euge* correctum, v. 544 *multi de ubi andant* sed *multi mihi de ubi andant*, v. 705 *minas* ibi exstare) excerpsimus, ut iterum in rem inquireremus: rogantibus nobis Augustus Mau respondit Ussingium in omnibus miro modo oculos fefellisse. Qua re si quando Ussingio denuo persuasum erit se aliter legisse, amicum Romanum in posterum non sollicitandum esse intelleximus.

quam nescimus, probabile tamen esse putamus: argumentum enim non minus simplex ac *μονότονον*.

Transimus ad personarum notas, quas suo quamque loco ex singulis codd., qui in hac quoque re plane concinunt, afferre nimiae esset diligentiae, ex BDEJ coniunctas afferemus, ut tamen singularia quaedam certis locis et libris adscribamus.

Per primam scaenam (I 1) praeter primum (LIBANVS) et octavum versum (DEMENETVS) personarum notae sunt SERVVS (vel SERV̄ SER̄ SER) et SENEX (vel SEÑ SEN. SENES· E v. 15), nisi quod septuagesimo versui E praefixum habet DEME.

I 2. Solus loquitur Argyrippus. Item comparata est scaena II 1.

I 3. Pro Cleaereta: LENA leñ (EJ) Cler (in primo v. J) Pro Argyrippo: ADOLESCENS Adolesc ADOŁ ado (E) adł (J)

II 2. LEONIDA LEONIƌ leonid LEONI̅ leoni leoñ lœoñ (E 102) lenid (E 74) leon leo̅ leo

LIBANVS libañ liba LIB̃ liƀ lib labanus (E v. 66)

II 3. MERCATOR MERCAT̅ MERCA̅ MERC̅ merc MER̃ mer

LIBANVS liba lib̃ lib

II 4. Praeter titulum 'chlamydati' mentio fit in solis v. 4 ('cHlamidatus' B;]MIDATVS D ita, ut etiam dimidia pars M litterae interciderit; 'ciamidatus' E; 'chiamidatus' J) et 25 (in solo B 'clamidatus' praefixum, quod reliqui om.), ceteroquin audit MERCATOR vel compendiis significatur sic ut II 3.

LEONIDA LEONIƌ Leoni̅ LEOÑ LEO̅ LEO LEOÑ, O ex D (v. 46 D) LEO, O s. v., m.[2] (v. 65 B)

LIBANVS LIB̃ lib

III 1. CLERETA cler̃

PHILENIVM PHILeni̅ phileñ phił

III 2. LEONIDA et LIBANVS eorumque nominum compendia supra iam exscripta (LIBAN⁹, LI s. v. D v. 43. E in margine fere semper plena nomina exhibet).

III 3. Pro ARGYRIPPVS ubique ADOLESCENS (ădolesc̄e; ADOLES; ᗅDOŁ; ᗅdoscens B v. 19; adł raro J). Singulare est quod, cum reliqui omnes nullas exhibeant nisi per *-o-* formas, E in margine habet *-u-* (ădvlesc̆ advles advle. advł), in contextu *-o-* (semper 'adoł'). Aliter in sc. IV 1.

Libani et Leonidae solita compendia (labanus E v. 6. LEON, O s. v. E v. 26. leonida, o s. v. E v. 49)

PHILENIVM philen̄i phileñ phyle (v. 5 E) phił pH (v. 114 B). Nusquam secunda nominis syllaba per *ae* vel *ę* effertur.

IV 1 et 2. DIABOLVS semper notatur ădoł (ne in E quidem usquam *-u-*)

PARASITVS parasi PARAS̃ PᗅRᗅS. PᗅR̃ᗅ par̃ (PARASIT⁹, SI s. v. D v. 45)

V 1. Pro DEMAENETVS habes: SENEX. Sene. Señ

Pro ARGYRIPPVS notatur: adoł

V 2. ᗅRTEMONᗅ artem̄o ᗅRTEM̃ ᗅRTẼ ᗅRTE ᗅRT̃ ᗅR (ARTEMONA, N ex R v. 1 D)

ARGIRIPPVS argiripus (sic constanter in B, ubicumque plenum nomen exhibetur) ᗅrgrip⁹ ᗅRGYR̃ ᗅRGYR. ᗅrgir̃ ᗅRG̃ arg. ăg̃

PARASITVS PᗅRᗅS̃ PᗅRᗅ PhᗅR̃ PAR

Pro DEMAENETVS habes SENEX SEÑ SE

PHIŁ Phil.

Adicimus — ne quis in errorem incidat — ut B ita reliquorum quoque librorum discrepantias uncinis circumclusas ad eum solum codicem spectare, cuius nota proxime praecedit. Ita ad v. 405 si adnotamus: *eachidinis* DE(in ras.)J(m.² ex *eachi dinis*), sequitur ut in Ursiniano simpliciter *eachidinis*, idem in Ambrosiano in rasura scriptum, in Britannico autem ex *eachi dinis* factum sit.

Codicis Ursiniani **D** (f. 23ʳ—41ᵛ) scripturae eidem eorundem virorum curae debentur, quibus veteris copias deberi diximus, sed ut iterum accedat Gustavi Loewe opera.

plavti

S Q d istuc ē. q cū lingas olimpio .o. cū eius q tu
s ēp. es cū uxore tua .o. q tu m̄ q̄si uxorē.
C enator tu q̄d ē es. dies atq noctes cū cane etatē exigis
S Q d ait. q loq̄t tecū .o. orat obsecrat. ne casinā
u xorē ducās. s. q̄d tu p̄ea .o. negaui et ipsi me
c oncedere iouī si is mecū orat̄ .dī te s̄uassit m̄
S H ē isternito totas tutat urget m̄. edepol ego illā
m edia dirupta sū. o. credo edepol ēē siqd tu
f rugi bone es. uez edepol tua m̄ odiosa ē amatio.
i nimica ē tua uxor. m̄ tuus inimicus filius.
i nimica familiares .s. q̄d id refert tua unus ē hic dū
p ropitius sit iuppiter tu istos minutos caue dōs flocci feceris.
C N uge st iste magne. q̄si tu nescias repente ut emoriātur
h umani iouēs. sz tu iuppiter si se mortuus
C ū ad dōs minores redierit regnū tuū
Q s m̄ subuenies ego aut capiti aut cruribus.
S O pinione ea res ē hēt res tua sibi īpetrauimus ut
E go cū casina nubē. o. n̄ hercle opinor posse. ita
u xor act tua istatne m̄ dec. sat ego sic agā
c ontiā sortis ī sitellā 7 sortiar ē uit casino. m̄ rē
N atā intellego. necessū ē uorsis gladiis depugnarier.
O Q d si sors alit euenit q̄ uoles.
S b ene dic cōsiliū fretus dōs spauimus
O N ego illud ubiū emissū tu ē fortditto,
N ā ōs mortales dēis s̄ freti ptū
c ui ego disertos lepe multos decepi. s. 7 tace paz
O Q d uis. eccū ex forās. calmus it cū sitella 7 sortib;
Nos collatis signis depugnabimus.

MULIER SERVUS EIDEM.

Ace chaling certiorē q̄d ... mi uir me uelit.
.C. Ille edepol ardentē te uidere ... portā metuā
c rede ecastor uellet at pol ego haud ... crepo sic eto scio
S p b artificiū tui quā rebar. . uiolū ... hē ab eo domi.
Q uid si ppl attollanus signa famulaq ... obuiā.

al emissin

atr emissin tumultuo i. emir re uelissima;

al' dijs sicios

pōta metu.

S eq̃re. q̄ uos agitis. adsū q̄ impetrauisti oīa.

V xor sortes. situla. atq egomet. te uno adest. p̄t[illegible] ego uolo.

ca. E q̄ edepol ita uide͂. semul ego nūc sū͂ t̃.

E o dico coruallu͂ ad suas sitla͂ ex metu͂ afuga.

cl. T ace callide confirme istuc. ĩmo istuc q̄ dic ca͂e.

s. D epone h̄ sitella͂. sortes cedo m̄. aīmū aduortite.

A tq ego censui aps te posse h̄ mec ĩpetrare uxor mea

V xor mea casina m̄ dari. 7 nūc ẽ censeo.

l. D ar͂e illa m̄ ut. ha n̄ id uolui dic͂e.

D ū m̄ uolui. huic dixi. atq adeo dū m̄ cupio. ppera͂

I ā dudū hercle fabulor. pol tu q̄de͂ atq ẽ facis.

s. H uic ĩmo hercle m̄. uah tandẽ redii uixerā ĩ uiā.

cl. P ol sepe peccas. ita sit ũ q̄ t̃ago ope expetas.

s. D e istaq tuo p̄ uire atq ego h̄ orani q̄d ẽ.

s. D ica͂ et mea nulla. dicitur istac casina huic nr̄o uilico

D atam faciat. at pol ego neq facio. neq censeo.

s. T ū g ego sortes utrimq. ia͂ q̄s uetat.

s. O ptimū atq equissimū istud ẽẽ uitre iudico.

S inser. patiens animus equus. tene

S ortem tibi. uide quod scriptum.

V nũ unicus ẽ. qz istĩ p̄ q̄ m̄ e. accipe h̄c sis.

s. C edo. mane. unũ ueni m̄te͂ m̄. quid neq illic sit

A lias orĩs sub aq. libero m̄te cessi cc. nulla

E . habe gratũ aīmũ nr̄ q̄ bonũ atq fortunatũ

T . uum sit m̄ magnũ malum.

ca. E q̄ edepol credo euenit. pietate͂ tuã noui.

S ine dũ nũ ista aut populna sors aut abiegna tua.

cl. Q tu id curas. q̄ et metuo ne ĩ aq̄ sũma natet.

s. A ge caue. conicite sortis nũc ia͂ amabo huc. eccere

V xor eq̃. noli uxori crede͂. habe aīmũ bonũ.

C redo hercle hodie deuobit saeti si attigerit. tace

T aceo. dĩ q̄so ut q̄de͂ tu hodie cane͂ furcã feras.

ca. S ut sortito eueniat. ut q̄de͂ hercle pedib pendeas

A t tu oculos emungare ex capite p̄ nasũ tuos.

Praesto fuit etiam Henrici Brunn collatio in Ritschelii usum confecta. De m.^{2} et m.^{3} cf. quae dicta sunt in Analectis Plautinis p. 186. Scaenarum titulos ubi exstant scripsit m.^{2}, personarum notas, quarum fere nulla a B discrepantia, m.^{1}

Ex Ambrosiana quae Mediolani est bybliotheca novum priorum octo fabularum codicem (E) protraximus (cf. praef. Curc.). Qui liber quin saeculo XIII scriptus sit ab artis palaeographicae peritis vel dubitari posse omnino negamus. Sed quoniam a quibusdam dubitatum esse scimus, subiecimus duarum paginarum exemplum phototypice expressum, cuius photographiam ut faciendam curaremus permisit Antonii Ceriani, illustrissimi Ambrosianae praefecti, liberalitas. Has autem paginas elegimus propterea, quod manuum tertiae et maxime secundae operam luculentius ostendunt aliis. Continentur versus Casinae II 5, 9—6, 39.

Totam autem nostram et conferendi et collationis communicandae rationem facillime illustrabimus addita horum versuum a Gronoviana quam vocant vulgata discrepantia. Qua in re non aliter atque in Asinariae commentario critico earum manuum variarum, quae saeculo decimo quinto codicem innumerabilibus locis vel correxerunt vel — id quod multo frequentius est — corruperunt (= m.^{3}), tum demum rationem habebimus, cum m.^{1} vel m.^{2} (de quibus discernendis cf. Mus. Rhen. t. 34 a. 1879 p. 53 sqq.) scripturae iam erui non possunt. Quas nota non addita afferemus discrepantiae sunt primae manus: secundam sua nota testabimur.

Discriptionis varietas haec est: *Quid' istuc* — *Semper* — *Venator* — *Quid' ait* — *Vxorem ducas* — *Concessurum* — *Nunc infermento* — *Mediam* — *Frugi bone* — *Inimica* — *Inimici* — *Propitius* — *Nuge* — *Humani* — *Cum ad* — *Quis* $\overset{l}{m}$ — *Opinionem* — *Ego cum* — *Vxor* — *Connitiam* — *Natam* — *Quid si* — *Vidi ego* — *Quid uis* — *Nunc nos* — *Sin secus* — *Sortem tibi* — *Vnum inicus* — *Cedo mane* — *Alias oris* — *Est habe* — *Tuum sit* $\overset{l}{m}$ — *Tibi quidem* —. Reliqua versuum principia non discrepant.

Senex et servus *S* et *O* notis significantur | 9. *Quid' qui cum legitas olimpio* | 10. *Semper es cum uxore mea,*

mea m.[2] ex *tua* | 11. *m̍**) | *uxorem quasi* ex *quasi uxorem* | 12. *atate* | 13. *Quid' ait* | 14. *ducas* | 16. Pers. nota om. | *dii seruassint m̍, int* m.[2] in ras. | 17. *S* nota praefigitur | *infermento totastitat urget m̍* | 18. Pers. nota om. | *velim* m.[1] ex *olim* | 19. *bone* | 20. *m̍* | 21. *m̍ tuus inimicus* | 22. *q̍id' id* | 23. *hic* ex *hinc* ras. | 24. *munitos* | *flocci feceris* | 25. *C* praef. | *Nuge* | *iste magne* | 27. *set tandem si, tandem si* m.[2] s. v. | *si se mortuus* | 28. *Cum* | 29. *Quis m̍ subueniens, Quis m̍* m.[2] ex *Quid m* | 30. *Opinionem eius* | *habeat res tua, res* del. m.[2] | 31. *cubem* m.[2] ex *nubem* | 33. *istarne m̍ detur. Sat ego* | 34. *9nitiam* | 35. *et* m.[2] ex *ut* | *calino* | *ita, t* m.[1] et male intra v. et melius supra eum picta | *intelligo* | 37. *aliter, i* ex *t* | *euenerit quam uoles* | 38. *Benedic edissum* | *sperauimus* | 39. *istud* | *emissum ut tstaᵗlitio,* duarum litterarum spatio ante *ut* | 40. *ōs* | *set* | 41. *ego disertos sepe* | *decepi. Set tace* | 42. Pers. notae omissae sunt | *ectum* | 43. *calinus* | *sistella* | 44. *Nunc* m.[1] ut vid. in ras. | *consolatis* | *depugnauimus* | II 6. *MVLIER SERVVS EIDEM, EIDEM* m.[2] add. | Personarum notae in hac parte scaenae sextae om. omnes | 1. *acc,* spat. initiali vacuo | *chalinę* | *me* om. | *certiorem equidem* | 2. *edepol ardentem te uidere* | *metuam* | 3. *Crede* | *uellem* | *hau* | *set certo* m.[2] ex *si certo* ut vid. | 4. *artificu ē* m.[2] et m.[3] ex *artific̄ ē* ut vid. | *hariolum* | *ab eo* | 5. *famusque* | f. 12[r]: 6. *Seq̄re* | *adsunt* | *q̄* | *impetrauisti* | 7. *ad est* | 9. *cortulum* | *ad suda si siam,* altera *d* s. v. | *metum astigia* | 10. *caline coprime istunc immo* | *quid' dicit* | 11. *Adpone* | *si tellam sortis* | *m̍* | 12. *apste* | *mecum* | 13. *casi na Vxor ut* m.[2] ex *Vxor ut casi na, ut* m.[1] ex *mea* | *m̍* | 14. *m̍* | *ha* | 15. *m̍* | *ad co* | *m̍* | 16. *Iam dudum* | 17. *immo* | *m̍* | *redi uixeram* | 18. *sępe* | *tanto opere, to* m.[2] ex *go* | 19. *Set* |

---

*) Quod hic et in fabula *m̍* pro *mihi* scriptum testati sumus id non putidae est diligentiae tribuendum. Dici enim nequit ob inconstantem librarii usum, utrum *mihi* voluerit an *michi*. Sic de similibus iudicandum.

tuo | *atque ego* | *qid*^z^ *est* | 20. *uilico* | 22. *utrimque* | *uotat* | 23. *Optimum equissimum* | 24. deest | 25. *equis* | 25. 26. *scriptum. Vnum inicus est* | *prius quam m̓* | 27. *in* om. | 28. *nequa illic sit*, *sit* ras. ex *sit̄* | *Alias oris* | 29. *mente cesses* | *q̄ tum* | 30. *quid bonum* | *fortunatum Tuum sit m̓ magnum* | 31. *credo* ras. ex *credo* | *pietatem tuam noui* | 32. *Set ne dum inunista* | *abiegnas tuas* | 34. *Auge* | *conicite* | *eccere* | 35. *equa* | *noli* | 36. *deuobit sorti* | 37. *q̄so aut quidem* | 38. *M̓* | 39. *ut* s. v. | *enūgare.* — F. 11^v^ in margine addita sunt m.[3] haec: II 5, 20 *amatio pro dilectio est* | 36. *Necessum est pro necessarium* | 39. *at emissin* | *alr empsin titiuilitio .i. emerem re uilissima* | 41. *al diis fretos* | II 6, 2 *porta nictua .i. nocturna*

Hunc igitur codicem non solum antiquiori illi qui in museo Britannico asservatur anteponendum esse, sed hic illic adeo Veteri Ursinianoque praestare l. s. s. comprobavimus. Cuius bonitatis egregium nunc accedit documentum: in gravissimi momenti memoria Veterem Ambrosiano E plane vinci demonstrabimus. Namque dum denuo eum excutit maioremque partem confert Gustavus Loewe, incidit etiam in litterulas quasdam scaenarum titulis in fine subiectas, quales integro codice perlustrato repertae sunt hae:

Amphitruonis

(1)	II, 1	f. 9^r^: AMPHYTRIO SOSIA		·P·
(2)	2	10^r^: ALCUMENA 7 EIDEM		·C·
(3)	III, 1	13^v^: IVPPITER	DV	
(4)	4	15^r^: MERCVRIVS	F	

Asinariae

(5)	II, 3	23^r^: LIBAN⁹ SERUS MERCHATOR (U above)		·C·
(6)	III, 2	25^r^: SERVI DVC̃		
(7)	IV, 2	29^r^: ADOLESCENS. ARGIRIPPUS · 7 PARASIT⁹· DVO·		

Captivorum

(8)	III, 1	49^v^: PARASITUS	DV	

Curculionis

(9) V, 3 f. 67[r]: cappadox eidẽ · leno ·c·

Casinae

(10) III, 2 74[r]: senex · dv.
(11) III, 4 74[v]: senex ·II· DV
(12) IV, 1 76[v]: ancilla dv
(13) 2 76[v]: ancilla senex · dv
(14) V, 1 77[v]: mulier ancille ·II· c·

Cistellariae

(15) I, 2 81[r]: lenȼ a restitit DV·
(16) 3 81[r]: plogvs DV
b
(17) II, 1 82[r]: alcbesimarcvs · adolescens · ·c·
(18) 2 82[v]: lampadiscvs servvs
melenis lena dv
(19) 3 82[v]: phanostrata
mulier lampadiscvs servvs melenis·
lena · dv.
(20) III 83[v]: melenis·lena selen,ṽ meretrix ·c·

Epidici

(21) I, 2 87[r]: stratippocles · cheribolvs adolesc
entes servvs DV
(22) II, 1 87[v]: apoecides periphanes senes ·II· DV

Mente, non oculis tantum haec perlustrantem haud facile te fugerit uberrimas has esse eius σημειώσεως reliquias, quae ad cantica (C·) et diverbia (DV·) discernenda spectat, primum erutae illius ex BCD codicibus et admirabili cum subtilitate pertractatae a Friderico Ritschelio in Musei Rhen. t. XXVI (a. 1871) p. 598—637 = Opusculorum t. III p. 1—54*).

*) Ad opuscula redeundum est, si quis Ritscheliana de hac materia omnia in unum locum congesta commode noscere cupit. Ibi etiam a Gepperto (Studiorum Plautinorum I p. 1—15) et Bergkio (Philologi t. XXXI a. 1872 p. 229—246), qui de eadem scripserunt, prolatorum ratio habetur.

Collectarum ibi ex B codice, qui solus priores octo fabulas exhibet integras, quinquaginta trium fere notarum undecim tantum ad has comoedias pertinent, cum in Ambrosiano E viginti sint: demptis nimirum utpote aliter comparatis eis, quas 1 et 4 numeris insignivimus. In utroque autem fonte exstant 7. 8. 12. 13. 17. 18. 19. 21. 22, in solo E reliquae. In novam hanc memoriam inquirentibus nobis apparuit comprobari omnino ea quae Ritschelius l. s. s. docuit: versibus enim lyricis (ut eiusdem utamur compendio) et septenariis C· praefigitur (2. 5. 9. 14. 20), senariis DV· (3. 11. 15. 16). Error est — cui totum hoc adnotationis genus quam sit obnoxium non nesciunt periti —, quod semel (10) DV· habes septenariis praescriptum.*) In Asinariae III, 2 titulo (6) dubitari potest utrum DVC̃ factum sit ex Veteris DVO an ex pleniore memoria DVO C·: nam de hoc explicandi modo cogitari posse non negabit qui supra collectae notarum in E servatarum copiae memor est.

Restat Amphitruonis duorum titulorum παρεπιγραφή: ·P· et F. Utroque loco si cui corrigendum videatur C· propterea, quod scaenae illae lyricis sint adnumerandae, non nos equidem habebit adsentientes: nimis enim abhorrent litterarum formae. Quod contra sic statuimus: Veteris codicis eae fabulae, quae omnium plurimas retinuerunt C· et DV· notas, cum etiam graecas litteras quibus actores distinguuntur exhibeant fere solae, hic quoque alterius generis agnoscimus reliquias. Ex quibus autem litteris factae sint P et F nemo pro certo contendere ausit: veri simillimum nobis videtur ex **B** (quoniam de **P** cogitari nequit) et **Γ**. Quod utut est, sufficiunt quae proposuimus ad demonstrandam singularem**) E codicis bonitatem, quam ab eo iam non abiudicabunt, qui exquisitiora illi tribuere dubitaverunt.

Scripta est Asinaria, ut ad hanc redeamus, in Ambro-

---

*) Ibi J ex SENEX · DV · fecit SENES · DVO, prioris scaenae titulo duce.

**) Quamquam hic illic socium habere videtur J codicem (sicut B quoque, licet raro, C et D), quem nondum satis novimus. Sic Cistellariae I 2 et 3, quamquam altero loco J corruptus exhibet DVC.

siano E inde a f. 17ᵛ usque ad 31ʳ. Bis eam contulit Gustavus Loewe.

J nota significatur musei Britannici codex, quode plura vide in praefatione Epidici p. XVII sqq. Cuius libri specimen phototypicum publicavit nuper Eduardus Sonnenschein in Captivorum editione (Lipsiae et Londini a. 1880), unde patet initio fere saeculi duodecimi tribuendum esse. Scripta est ibi fabula inde a f. 127ʳ usque ad 139ᵛ. Contulit codicem idem ille vir doctus qui Epidicum et Curculionem (cf. praef. p. XIX) descripsit, apographon confecit integrae fabulae Hermannus Mueller-Struebing, cuius benevolentiae etiam eorum versuum veram utpote denuo examinatam debemus scripturam, de quibus aliter rettulerat qui prior contulerat. Pessime habitum esse codicem, maxime igni, identidem narratum est, idemque ex nostra adnotatione colliges, ubi aut plenius diximus *haec vel illa verba legi non posse*, aut uncinulis additis quae interciderint ita significavimus, ut velut

] *libanus* significet versum inde ab initio usque ad *libanus*,
libanus [versum post *libanus* usque ad finem mutilatum esse vel legi nequire.

Marginibus laesis magna versuum pars personarum notis praefixis privata est. Addimus conservatarum indicem. Reliquorum versuum initio positae ex solis BDE codd. allatae sunt. Pepercit ignis his versuum principiis: 58—63 (ut tamen prima solum notarum littera S supersit). 51. 52. 85—91. 153—175. 227—248. 249. 299—340. 381—420. 462—501. 541—580. 620—661. 703—744. 775—823. 865—906 (excepto 870).

De F (Lipsiensi) et Z (editione principe) non habemus quod eis quae a nobis et aliis dicta sunt addamus, nisi quod disertis monemus verbis haud paucas illorum scripturas consulto omissas esse. Quodsi quis plures etiam omittendas fuisse censuerit, ei obiciemus non sine utilitate cognosci, qualis tum, cum resuscitatis in novam vitam litteris Plautus laeto cum studio et lectitabatur describebaturque et — exeunte saeculo decimo quinto — imprimebatur, species fabulae fuerit.

Praeter codices diligenter usi sumus testimoniis grammaticorum et scholiastarum similiumque id genus scriptorum: alii enim ex Asinaria afferre non videntur, unde non iniuria concludi posse putamus ne antiquis quidem temporibus fabulae argumentum vel sententias nimis placuisse. Linguae veteris sane usus illustrari poterat ieiuniore etiam opusculo. Horum testium praecipuus est Nonius, qui decimam fere fabulae partem exscribat, idque non sine aliquo emendationis fructu: cf. velut v. 145. 262. 319. 425. 506. 942 et maxime 174. Quamquam plus etiam facile quispiam exspectaverit, tam antiquo fonte. Sed quo minus inest, eo certius constat iam ea aetate, qua glossographi illi qui Nonio auctores sunt primas tres poetae fabulas scholiis ornabant, Asinariae condicionem non multum discrepuisse ab ea, quam in nostris codicibus traditam habemus. Immo tam similes sunt loci illic allati, ut ad eandem plane recensionem, non ad illam pertineant, cuius unus testis nunc exstat codex palimpsestus. Is quod ne parvulas quidem Asinariae lacinias continet magno opere est dolendum. Bambergensis Noniani Ribbeckius nobis misit scripturas. Ceteroquin non potuimus non uti copiis Quicheratianis neque plenis neque planis. Indici eius omnino fides habenda est nulla, qui solius Asinariae decem locos omittat. Varro bis eundem versum affert. Utriusque loci (atque alter quidem ex solis apographis Victoriique collatione peti potest) lectiones debemus Augusto Wilmanns, ut nihil novi didicerimus ex Adolfi Groth scriptione 'de M. Terenti Varronis de lingua latina librorum codice Florentino', et separatim a. 1880 edita et dissertationibus Argentoratensibus inserta. Festi Paullique codicum discrepantias Toeroekius Budapestensis, Gellii commodavit Hertzius. Glossas accurate adscivimus. Osberno cave ne nimium tribuas: cf. quae exposita sunt praef. Curc. p. XX. Ex Asinariae quoque apparatu (cf. velut v. 238. 343. 706) patet, quam ille simili usus sit eius libri, qui cum Osberno eidem et saeculo et terrae ascribendus est, Londinensis qui in Museo Britannico asservatur **J**.

De Scaligeri et Reizii scripturis, de exemplaribus Hermanniano, Lachmanniano, Ritscheliano conferan-

tur quae in praefatione Epidici p. XXI exposita sunt: his exemplaribus debentur coniecturae quaecunque loco non indicato adferuntur. Quam v. 295 commemoravimus Fleckeiseni lectionem, Ritschelius adnotaverat. Reisigii emendatio, quam v. 804 recepimus, ex Lingiani de hiatu libelli*) p. 43 margine desumpta est. Nostras coniecturas **L G** significamus.

Editiones et commentationes eadem qua voluit Ritschelius cura adhibuimus, ut quae recte inventa essent ad eos qui primi invenissent referremus, neque eos silentio praetermitteremus, qui aut verum vidissent ante quam ex codicibus esset protractum, aut locum corruptum esse recte perspexissent improbabilem coniecturam proponentes ipsi, desperatis autem locis et difficilioribus qui nondum persanati essent non excluderemus nisi scripturas aperte vitiosas aut falsa librorum manu scriptorum lectione fultas, saepe fieri rati ut etiam scripturae improbabiles alium ad verum propius adducerent. Interdum etiam sic tantummodo prohiberi posse perspeximus, quominus quae consulto oblivioni traditae essent ab editore denuo emergerent coniecturae viles et inutiles. Qua in re quamquam scimus nos vituperari, ne sic quidem ut aequitati ita *κρίσει* Plautinae optime consuli diffidimus.

Asinaria saepius separatim vel cum paucis aliis coniuncta fabulis est edita. Notae nobis fuerunt editiones hae:

1) M. Actii Plauti Asinii | COMICI CLARIS simi Comœdiæ quinqꝫ | 1 Amphitryo. | 2 Asinaria. | 3 Aulularia. | 4 Captiui duo. | 5 Curculio. | Cum lucubratiunculis ex commentarijs | Pylade Brixiani, ornati. | *In fine:* Argentorati. Ex Aedibus Matthiae Schürerij | Mense Augusto. Anno Christi Sal|uatoris. M. D. XIIII. — Inspeximus huius editionis exemplum Gottingense nec aliud exhiberi vidimus quam commentarios Pyladis in brevius contractos et hic illic depravatos.

2) M. Accii | Plauti | comoediae V | magna cum cura

*) Emimus nuper Hamburgi. Inscriptum est titulo: 'Wensch. Ex libris beati Car. Reisigii, praeceptoris mei longe dilectissimi', in fine praeter alia adnotatum: 'Inepte disserit contra me p. 23'. Margines pleni sunt obelis et diplis, quem usum praeceptoris continuavit Ritschelius.

emendatae a Ioach. Camerario Pab. modo editae cum annotationibus eiusdem. Lipsiae M . D . XLV. — Insunt Amphitruo, Asinaria, Curculio, Casina, Cistellaria. Integra repetita sunt omnia in editione maiore.

3) M. A. Plauti Asinaria. Textum recognovit, virorum eruditorum notas collegit, suasque adjecit Ernestus Iulius Richter. Norimbergae 1833. — Haec editio bonae frugis fere nihil attulit.

Non notae fuerunt editiones hae:

1) PLauti Comici poete clarissimi Asinaria emaculatissime impressa . . . . Impressum Liptzk per Jacobum Tanner Herbipolensem. anno 1506. Die 25 Junii. — Cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. V p. 49. — Deinde ex Schweigeri libro addimus has:
2) Asinaria 4. Paris 1546.
3) Asinaria accurate et studio singulari Ioach. Camerarii emendatius quam unquam ante edita. 4. Paris. 1555.

Asinariam ex Demophili Onago expressam esse prologus indicat utcumque male habitus. Is autem comicus cum aliunde notus non sit*), multi Diphili nomen restituere conati sunt: quos conatus ipsum metrum eludit, nisi quis cum Guyeto hanc inducat scripturam:

Diphílus hanc scripsit e. q. s.

Quod autem Fleckeisenus Bergkium ducem secutus in indice quodam comicorum poetarum Demophili nomen restituendum esse censuit (cf. Nov. annal. vol. 97 (a. 1868) p. 215), hanc eum sententiam fefellisse nunc prorsus constat. Nihilominus Demophili nomen retinendum videtur.

Secuntur nunc quae ad personarum indicem addenda visa sunt. Ac primum quidem consentaneum est Diabolus nos e libris recepisse, cum Diabulus 'aliud agenti sibi excidisse' Fleckeisenus ipse professus sit (cf. Ritschelii Opusc. philol. vol. III p. 309). Ceterum notandum est neque *Διάβολος* neque *Διάβουλος* apud Graecos inveniri, nisi quod

*) Argumentum Asinariae ieiunum magnaque ex parte et inurbanum et inlepidum est, unde facile explicabis quod praeter hanc fabulam servis libertinisque Romanis a poeta barbaro procul dubio probatam ne nomen quidem memoriae proditum habemus.

coniectura hoc posuit Erwinus Rohde (Mus. Rhen. vol. XXXI p. 148) apud Apuleium Metam. IV 14 p. 65, 9. Mira sunt quae contra Fleckeisenum disputat Ussingius. Philaenium esse meretricis nomen primus perspexit Pylades, qui ad v. 53 haec adnotat: 'Proinde *Philaenium* legendum est hoc loco, quod mulieris est nomen apud Graecos et secundam per *αι* diphthongum habet; scribitur enim *φιλαινιον* a verbo *φιλεω*, quod est 'amo' vel 'osculor' quasi amasiam dicas. Similiter et Philaenis, de qua Martialis: *paedicat pueros tribas Philaenis*'. Philenium quod multi receperunt non recte defendi vidit C. Keilius Mus. Rhen. vol. XX (a. 1865) p. 563. Cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. III p. 331. Cleaeretae nomen in libris ita exhibetur:

leẹna cleereta (e *alt. s. v.*) superscr. I 3 E.
LENA CLEERETA superscr. I 3 J.
CLEERETA LENA superscr. III 1 D².
cleaeratae (at *ex* æt) v. 751 in contextu D.
claeaerate v. 751 in contextu E.
claearatę v. 751 in contextu B.
cleretę v. 751 in contextu J.
LENA CLERETA superscr. I 3 B.
LENA CLEREA superscr. I 3 D.
CLERETA LENA superscr. III 1 BEJ.

Itaque apparet duas esse formas traditas *Cleaereta* et *Clereta*, quarum posterior ex priore corrupta est. Inde iudicanda sunt quae Ussingius de hoc nomine protulit. Ceterum cf. Fleckeiseni Annal. vol. 113 (a. 1876) p. 358.

Fabulam non integram ad hanc aetatem pervenisse dudum intellectum est. Velut quod post v. 809 quaedam intercidisse iam Scaliger suspicatus est, cum *λείπει* in margine adnotaret. Ac ne Guyeto quidem omnia sana visa sunt*), quippe qui scaenam IV 2 post V 1 ponendam esse censeret, novam difficultatem contrahens: eandem enim molestiam quam vitaturus fuit ultimae scaenae intulit. Scaligeri viam

---

*) Cf. vol. I p. 297: 'haec scena post sequentem locanda videtur tum quod eorum quae in ea fiunt mentionem faciat, tum quod easdem personas habeat cum praecedenti, quod in comoedia fieri non solet'.

Fleckeisenus ingressus lacunae signa addidit. Sed ne quis putet huic coniecturae parari adminiculum eo, quod Nonius p. 305, 30 versiculum adfert ex Asinaria ubi iam non exstat hunc:

Qui etiam me miserum famosum facit flagitiis suis

quem Gulielmius post Asinariae v. 875 posuit probantibus Osanno et Quicheratio, monendum est hunc versum a Gulielmo Studemundo Ind. schol. Gryphisw. a. 1871/72 p. 15 Ambrosiano duce rectissime ad Casinam esse relatum. Ceterum de ipsa lacuna dubitari posse iure contendit Ussingius p. 424.

Maiores lacunas sibi indagasse visus est Andreas Spengel in libello quem de actibus Plautinis conscripsit. Quo in libello et ipsam scaenam II 4 plenam esse negavit et aliam post eam intercidisse contendit, qua Demaenetus e foro revocatus fraudis factus sit particeps — id autem concludit ex v. 580—584: simul cum ea aliam desiderat, qua Argyrippus rediens e foro, quo v. 248 abiit, desperationem suam indicet: neque enim illum intrasse domum Philaeni ita ut a ceteris non conspiceretur. Quam opinionem fefellisse Spengelium facile apparet: nisi forte simul v. 329 exturbat, ex quo pateat iam antea Argyrippum domum Philaeni intrasse. Deinde quod ex v. 580 — 584 conclusit scaenam periisse: contrario statuimus, si talis scaena qualem ille vult exstitisset, numquam talia dicentes servos facturum fuisse poetam. Denique quod ipsam scaenam II 4 lacunosam esse dicit, praeter parvam lacunam quam post v. 495 statuimus in adnotatione nihil desiderari iudicamus. Namque versum 479 coniungendum esse cum v. 485, ut resecentur interpositi, statuimus cum Ussingio. Praeter has autem maiores lacunas nemo indagavit.

Interpolationis varia genera experta est Asinaria. Nolumus nunc immorari in eis locis plurimis, quos sine iustis saepe argumentis damnavit Guyetus: maioris interpolationis suspicionem movent v. 480 sqq.; accedunt minores, glossemata plerumque, velut v. 66, 77, 126, 250, 252, 552: aliunde insertus videtur v. 93: v. 105 iniuria temptatus est. De aliis quae huc pertinent cf. adnotatio.

Nihil commune habet cum his interpolationibus id ad-

ditamentorum genus, quod ex diasceue repetendum didicimus: cuius generis plura quam adhuc creditum est exempla nobis detexisse videmur. Atque versus quidem 309 sqq. turbatos esse post Guyetum perspexit Ussingius: a cuius suspicione profecti v. 312—317 ad alteram recensionem spectare statuimus atque destinatos fuisse ut pro v. 309—311 et 318—324 legerentur. His addendus est exitus primae scaenae, cuius altera recensio haec fuisse videtur:

Dem. Redimám. Lib. Tum tu igitur áliud cura quíd lubet.
Ego eo ád forum, nisi quíd uis. Dem. Ei, bene ámbula.
Atque aúdin etiam? Lib. Écce. Dem. Si quid té uolam,
Vbi erís? Lib. Vbiquomque lúbitum erit animó meo.
Profécto nemost quém iam dehinc metuám mihi,
Ne quíd nocere póssit, quom mihi tú tua
Orátione omnem ánimum ostendistí tuom.
Quin té quoque ipsum fácio haud magni si hóc patro.
Pergám quo occepi atque íbi consilia exórdiar.

haec autem altera:

Dem. Redimám. Lib. Tum tu igitur áliud cura quíd lubet.
Ego eo ád forum nisi quíd uis. Dem. Ei, bene ámbula.
Audín tu? apud Archibúlum ego ero argentárium.
Lib. Nempe ín foro? Dem. Ibi, si quíd opus fuerit. Lib. Méminero.
Dem. Non ésse seruos péior hoc quisquám potest
Nec mágis uorsutus néc quo ab caueas aégrius.
Eidem hómini, si quid récte curatúm uelis,
Mandés: moriri sése misere máuolet,
Quam nón perfectum réddat quod promíserit.
Nam illúd ego argentum tám paratum fílio
Scio ésse, quam me hunc scípionem cóntui.
Sed quíd ego cesso ire ád forum quo incéperam?

V. 126 spurius est.

Tertius accedit locus, quem huc referendum esse primus perspexit Fleckeisenus: v. 23 sq. idem dicunt quod v. 25—28: adde quod *cloquere* exstat v. 28, *eloqui* v. 24. Utra tamen recensio genuina sit merito dubitaveris.

Quartus est locus v. 210 sqq.: versus enim 210 eadem

exhibet quae v. 211—214, nisi quod hic omnia ad nauseam usque amplificantur.

Eodem spectare viderentur v. 32[b] et 47, nisi uterque pariter loci sententiam turbaret. Eodemque fortasse pertinent v. 140 sq. et 558—560. Praeterea de v. 856 sqq. dubitavimus, num forte v. 858—860 ex alia essent recensione, maxime propter v. 860. Quod versus 896 sqq. huc pertinere putat Langenus, non sine probabilitatis specie eum hoc proposuisse statuimus.*)

Praeter dittographiarum genus ad diasceuen pertinent alia additamenta. Ac primum quidem huc referendi videntur v. 828 sq., qua de re conf. Weisius in libello qui inscribitur 'Die Komoedien des Plautus' e. q. s. p. 34 sq. et Geppertus Stud. Plaut. vol. I p. 81. Paullo aliter explicandi sunt v. 77—83, si quidem cum Ribbeckio pro spuriis sunt habendi, quippe qui ad illorum societatem accedant, quos Bacch. III 1 expulit Weisius, Epid. I 2 Geppertus.

Magis dubitavimus de v. 489 sqq. Primum enim illud notandum, quod v. 488 finis indicatur, v. autem 503 desideratur: praeter cetera autem hoc mirum est, quod post v. 471—485 talis omnino sermo adiectus est: unde suspicio nata est integros hos versus ad eam quam habemus recensionem postea adiunctos esse sive ex priore recensione sunt repetendi sive ex posteriore.**)

Praeter eas quas commemoravimus turbas saepius sententiarum nexus eo turbatus est, quod versus suo loco moti alio migraverunt. De singulis conferenda est adnotatio. Una autem difficultas ne his quidem quibus adhuc usi sumus rationibus expediri potest. V. 74 sqq. narrat Demaenetus sese a filio aditum esse, ut viginti minas pararet quas meretrici daret. Versu autem 230 Argyrippus audit viginti

*) Ad v. 45 Ribbeckius monuit sibi videri lacunam post *optes* v. 44 statuendam: desiderari enim interrogationem quandam Libani, ad quam v. 45 sqq. spectent. Nobis contra v. 45—50 aut interpolati aut ex alia recensione esse repetendi videntur: in hunc certe locum eos quadrare negamus et transponi alio in loco vix possunt. Cf. v. 77—83, quos Ribbeckius damnavit.

**) Eodem fortasse spectat scaena III 3 nimis amplificata: de singulis suum cuique iudicium esto.

lenam poscere minas. Qui factum est ut a patre mane viginti minas peteret, cum multo post demum certior fieret tot minas postulari?*) Nec illud neglegi posse duximus, quod v. 245 sqq. filius prorsus oblitus est patrem sese adiisse. Accedit quod idem Argyrippus, qui v. 248 in forum abierat, v. 329 in Philaeni aedibus versatur una scaena interiecta nec ratione reddita, cur statim redierit. Denique qui potuit Argyrippus domum Cleaeretae intrare post ea quae v. 152 locutus erat? Non videmus qua certa ratione hae turbae removeantur: qui ferri posse negaverit, is haud scimus an ad contaminationem confugiat et scaenas 2 et 3 ex alia fabula in hanc insertas esse suspicetur. Sed suum quisque sequatur iudicium: nos satis duximus rem enotasse.

V. 203 servavimus quod in libris est *coctio.* Hanc formam veram esse, *cocio* non item Sophi Bugge sententia est 'Altitalische Studien' p. 35. Et *coctio*: *arillator* multis traditur in glossariorum codicibus (cf. Prodr. p. 285).

V. 223 perrara exstat vox *vinnulus*, cuius novum testimonium afferimus hoc:

vinnulus: *mollis*, *blandus*
uinnolus Vat. 1469[1]; Casin. 218; Vat. 1468
uinnubis, om. *blandus* Sangall. 912 p. 310.

Eadem restituenda videtur in Philoxeni glossario p. 225, 48 *vinnicus*: νωχελής collato Paulli Festo p. 377, 7 *vinnulus dicitur molliter se gerens et minime quid viriliter faciens.* Nusquam habes formam per *n* simplicem scriptam, qualem et

---

*) Primus in hac re offendit M. Antonius Muretus, qui Variarum lectionum X 5 (t. I p. 279 sq. editionis a F. A. Wolfio curatae) haec eleganter scripsit: 'Cum animi caussa Plauti Asinariam evolverem, quiddam reperi quod mihi scrupulum obiecit: neque audenti accusare ἀτεχνίαν Plauti, neque tamen ad eum defendendum ac vindicandum ab illo crimine quidquam satis probabile reperienti. Nam in prima fabula senex cum servulo colloquens scire se ostendit filio opus esse viginti minis, multo autem post Argyrippa lena [Cleaeretam dicit] super illis viginti minis cum adolescente paciscitur ... ante igitur resciverat senex, quantum argenti filio opus esset, quam id filius ipse ex lena cognoscere potuisset. Ac scio visum esse nonnullis etiam Terentium in Adelphis similiter ipsum quoque peccasse. Sed Terentii quidem caussam veteres critici facile expediunt eumque omnibus suffragiis liberant. Plautinum hoc vereor ut aeque facile defendi queat'.

saec. XII Osbernus et saec. XVII philologi nonnulli probaverunt. Duplex tradita est etiam apud Isidorum Orig. III 19, 13: *vinnolata vox est levis et mollis atque flexibilis: et vinnolata dicta a vinno, hoc est cincinno molliter flexo*, qui locus similitudine cum versu Plautino intercedente et singulari quadam doctrina insignis est. Num autem recte ibi Arevalus emendaverit *vinnola* satis dubium est.

V. 606. Scriptura *orchum* omnium est librorum, haud aliter atque Mostellariae v. 499: neque neglegendum quod *horcus* habes Epidici v. 176 in AJ. Noti sunt veterum grammaticorum de hac aspiratione loci: ex recentioribus nominamus Brambachium 'Die Neugestaltung der lateinischen Orthographie' p. 288—292.

V. 685 quod optimi libri exhibent *conticinno* satis miro consensu bis ex eodem versu affert Varro: nam etiam altero loco quo Laurentianus nunc caret sic olim scriptum fuisse testatur lectio optimi apographi. Accedit Frontonis p. 31, 17 ed. Nab. palimpsestus eiusdem formae testis. Nihilo minus tamen Ussingium qui eam probavit secuti non sumus, quoniam explicare non possumus et simile est *gallicinium* et frequentissime traditur *conticinium*, velut apud Varronem Servii in Aen. II 268 (p. 264, 15 ed. Thilo et Hag.) coll. eodem in III 587 (p. 441, 14), Nonium p. 62, 19, Priscianum partitt. XII vers. Aen. 57 (p. 472, 9 ed. Hertz.), Censorinum 24, 2 (p. 51, 11 ed. Hultsch.: nam *conticium* quod nihili est facilius ex *conticinium* quam *conticinnum* explicatur), Isidorum Origin. V 31, 4. 8, in glossis hisce:

conticinio: *tempore noctis post galli cantum quando cecinit et conticuit* (Placidus p. 28, 27: haec ad ipsum Plauti versum redire videtur)

conticinium dicimus quando omnes silent ... (idem p. 70, 6)

conticinium: ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος (Philox. p. 53, 33)

conticinium: *primum tempus noctis cum omnia quiescunt* (cod. Sangall. 912 p. 68; Ambr. B 31 sup.: *requiescunt*)

conticinium: *silentium post primum galli cantum* (glossarium Mettense: haec fluxit ex Servii altero loco)

Macrobii Saturn. I 3, 12 formam *conticuum* ex *conticinium* corruptam putamus.

V. 896 ex UXORISTUAE#NAUTEAM fecimus UXORIS #FUFAENAUTEAM, illam restituentes interiectionem, cuius meminit Iulius Romanus apud Charisium p. 239, 6: *fufae ut cum putoris aliquid perhorrescimus* et glossa exstat haec:

fufae: *interiectio est mali odoris*
est om. Sangall. 912 p. 113
fufę fere Vaticanus 1469[1]. Casinenses 90. 218.

Facit autem haec glossa ad defendendum Charisii locum, ubi Lipsius *fu fu* corrigendum putavit. *Fufae* scribimus etiam Mostell. v. 39: *At te Iúppiter Dique ómnes perdant: fúfae, oboluisti álium*, ubi libri *fue* in eum qui praecedit versum receptum exhibent.

Tradita iam bibliopolae hac recensione Iulii Brix adfertur epistula, qua de nonnullis versibus quid sentiret benigne nos edocuit. In tractandis versibus 123, 379, 529 ei cum Bothio, v. 613 cum Lachmanno, v. 85 et 289 nobiscum convenit. V. 141 'Quaé priusquam istanc ádii ego atque méum amans animum istí dedi', v. 233 'Nón omnino iám ego perii: est étiam quo pereám magis', 296 'saluere summa uoce', 306 'istuc' coll. Most. 174 et Append. ad Capt. 314, 330 'túm tu igitur diues es factus' proponit; idem v. 405 Libano dat: 'siquidem hercle' enim semper in initio orationis esse positum; deinde v. 592 esse parallelum v. sequenti statuit.

Restat ut coniecturarum mantissam inter corrigendum subnatarum Friderici Schoell (S) et Gualtarii Brachmann (B) subiciamus.*)

11. Plautus uortit (S). 20. si quid med erga hic hodie (S). 40 et 41 parallelos esse putat S. 58. bene hercle factum et (S). 67. egomet facere id studeo (B). 85. Sauream huc (S). 98. si quid (S). 151. elecebra (S). 271. Equidem quam sum nanctus (B). 278. nam illic si huic occasioni sese (B). 332. aeque mecum hau nescias (S). 347.

---

*) In Curculione corrigenda esse monemus praeter alia quaedam minora haec: 428. *scr.* auferam, *non* aufero. 633. dicam, *non* dico. 795. apúd Sicyonem, *non* apud Sícyonem.

Sauream mox quom imitabor (S). *An* Mox quom Saureae iram imitabor, caue tu? 377. contra hostire (S). 416. contempsti — Perii, mi hospes (S). 430. haud aliter habitat (S). 459. Suscenseat: quin (S). 465. sist, scire eumpse (S). 473. Fur, flagitium hominis (S). 506. Probe piem (S). 524. ad me: an tu tibi (S). 527. spurium putat B. 626. Lubet hercle hunc uerberari (B). 714. etiamne tu, ere, istam amoues (B).

De trapezitae nomine qui versibus 436 et 438 commemoratur Gulielmus Dittenberger haec ad nos scripsit: 'Auch mir ist ebensowenig als Casaubonus und Ritschl ein griechischer Name bekannt, der sich besser zu dem überlieferten 'Exaerambo', oder wie man unter diesen Umständen vielleicht besser nach cod. J schriebe, 'Exerambo' schickte, als *Σήραμβος*. Dies wird wohl die einzig richtige Schreibung sein, nicht *Σάραμβος*, da auf einer Inschrift von Hermione, die in ganz streng dorischer Weise *ᾱ* und *η* von einander scheidet (Bulletin de corr. Hell. III p. 75), der Name immer so geschrieben ist; zugleich zeigt diese Inschrift zusammen mit den Stellen der Literatur, welche Lobeck anführt und welche sich auf Aegineten beziehen, dass dieser Name den Städten der Nord- und Ostküste von Argolis eigenthümlich, hier aber ein nichts weniger als seltener war. Nun lässt es sich wohl denken (irgend einen Beweis, dass es thatsächlich der Fall gewesen, giebt es meines Wissens nicht), dass man in andern griechischen Landschaften den dort nicht vorkommenden und seiner ganzen Gestalt nach fremdartigen Namen verdreht hat, vielleicht um durch den Anklang an *ξηρός* den Schein einer Bedeutung hineinzubringen (wie das ja mit eigentlich fremdländischen Namen bei Griechen und Römern öfter geschehen ist); und dass dann dieser vorauszusetzenden Form *Ξήραμβος* ein *ε* vorgeschlagen wurde, wäre auch nicht unerhört, indem sich nicht nur von dem Fremdwort *σατράπης* (Altpersisch Kshatrapâvan) im vierten Jahrhundert vor Chr. die Verbalform *ἐξαιθραπεύοντος* findet (C. I. G. 2691 *c d e*), sondern auch die Bezeichnung des attischen Demos der *Ξυπεταιόνες* in römischer Zeit mehrmals in der Form *'Εξυπεταιών*, *'Εξυπετεών* auftritt (so ganz sicher

C. I. Att. III 1119. 1892; möglicher Weise ist so auch die Abbreviatur Ἐξ. C. I. Att. III 1101 und 1240 aufzufassen; denn ein attischer Demos, dessen Name mit diesen Buchstaben anfängt, gibt es nicht, und die Präposition kann es auch nicht sein, aus mehr als einem Grund. Doch könnte man daran denken *Ἐξωνεύς* für *Αἰξωνεύς* zu lesen, was ich aber wenigstens für die aus dem Anfang des zweiten Jahrhunderts stammende Inschrift 1101 für sehr unwahrscheinlich halte, da *ε* für *αι* vor Consonanten in Attika erst sehr spät vorkommt). So käme man also zu einem der lateinischen Form, wie sie bei Plautus überliefert ist, buchstäblich entsprechenden *Ἐξήραμβος*. Die Bedenken, die diese Erklärung hat, übersehe ich nicht: Plautus hat den Namen doch ohne Frage aus dem griechischen Original, und ob man in diesem eine solche im Volksmunde entstellte Namensform voraussetzen kann, ist mir zweifelhaft. Hat andrerseits im Text des Originals die richtige Form *Σήραμβος* gestanden, so würden die vorhin angeführten Analogien aus dem Griechischen jede Bedeutung verlieren und es würde darauf ankommen, vom lateinischen Standpunkte aus zu erklären, wie der Dichter zu der Form 'Exerambus' gekommen ist. Endlich läge ja immer die Möglichkeit vor, dass die unerhörte Form des Namens auf die Rechnung der Abschreiber käme und 'Serambo' das Ursprüngliche wäre; denn ein anderer Name wird schwerlich darin stecken.'

Dedimus Ienae et Gottingae m. Apr. a. MDCCCLXXXI.

T · MACCI · PLAVTI

A S I N A R I A

GRAECA · ONAGVS · DEMOPHILV

ARGVMENTVM

Amánti argento fílio auxiliárier
Sub inpério uiuens uólt senex uxório.
Itaque ób asinos relátum pretium Saúreae
Numerári iussit séruolo Leónidae.
Ad amícam id fertur. cédit noctem fílius.
Riuális amens ób praereptam múlierem
Is rem ómnem uxori pér parasitum núntiat.
Adcúrrit uxor ác uirum e lustrís rapit.

3. *Donatus in Ter. And. III 5, 4:* pretium ob stultitiam] sic Plautus locutus est 'pretium ob asinos' pro 'asinorum pretium' 6. *In Du Cangii glossario (t. V p. 780 c editionis Henschelianae) qui praeter hunc versum duas glossas allatas legerit hasce: graecolatinam ἀντίζηλος:* emulus, rivinus *et latinograecam* rivinus: ἀντίζηλος, *is dubiam formam facile defendi posse putabit. (Cf. Ribbeckius, Mummii Atell. com. poet. fr.*[2] *p. 273) At sciendum Labbaei demum beneficio duas factas esse ex Onomastici p. 131 hac una:* rivinus: ἀντίζηλος, *quod quidem Onomasticum ut glossis Plautinis refertum ita noviciae originis esse doctum est Prodromi p. 194 sqq.*

Argumentum post prologum exstat in libris omnibus PLAVTI ARGVMENTVM INASINARIA· *B.* PLAVTI (Plaut *J*) ARGVMENTVM INASINARIAM *EJ. unius versus spatium D* 1. manti *cum spat. init. DE.* Amati *J* argeno, o *ex* i *D* 2. imperio *libri* uult *D* senex *ex* senesx *E* 3. itaquę *J* obasinos *BD*(si *s. v.*). ab asinos *E.* ab asinis *J* p̃tium *B.* praetium *D.* precium *J* saureę *BDEJ. om. Z: add. Scutarius* 4. seruolo *Aldina:* seruo *libri, nisi quod* s *ex* r *E.* seruo suo *Pylades* leonidae, a *ex* o *D.* leonidę *EJ* 5. cędit *BD* 6. riualis *Pylades 'ex antiquis codicibus' (Pal. III?):* riumus *BDE.* riuinus *JZ.* primus *F.* ruit alius *Ussingius.* amens est *Barthius Adv. V 8, Pareus, scribentes* ob raptam ob praereptam *Camerarius:* obrereptam *BDE*(ob re). ob raptam *JFZ, unde* ob raptam sibi *Pylades* 7. It, rem omnem *Gulielmius* uxore *E* nunciat *J* 8. Accurrit *libri* e lustris rapit *Camerarius ex ipsius fabulae v. 934:* eius trisrae *BD*(tris rae)*E*(tris re). eius triste agit *J* (eius *s. v.*)*E*[3](agit *in ras.*)*FZ.* e lustris trahit *idem Camerarius*
Sequitur in libris sc. I 1

PERSONAE

LIBANVS SERVOS
DEMAENETVS SENEX
ARGYRIPPVS ADVLESCENS
CLEAERETA LENA
LEONIDA SERVOS
MERCATOR (CHLAMYDATVS)
PHILAENIVM MERETRIX
DIABOLVS ADVLESCENS
PARASITVS
ARTEMONA VXOR
GREX

PROLOGVS

Hoc ágite sultis, spéctatores, núnciam:
Quae quídem mihi atque uóbis res uortát bene
Gregíque huic et domino átque conductóribus.
Face núnciam tu, praéco, omnem auritúm poplum.

---

1. *Donatus in Ter. And. I 2, 15:* hocine agis] 'agis' id est audis ... Plautus: 'hoc agite ... nunc iam', pronuntians simul demonstrative, veluti aurem suam tangens. — *Idem in Eun. I 2, 50:* hoc agite] pro adverbio corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. Sic Plautus: 'hoc agite sultis spectatores'. Et convenit velut nutu audientiam significantis et gestu hoc ipsum adiuvari. hoc agite id est illud desinite et hoc attendite

---

Prologum, qui argumento praecedit in libris omnibus, non integrum esse putat Camerarius, non Plautinum Osannus Anal. p. 170, a grammaticis consutum (10—12 = Trin. prol. 18—21; 4. 5 = Poen. prol. 11—15; 6 = Rud. prol. 31; 14 = Mil. gl. 80; 15 = Cist. I 3, 49) Dziatzko de Plauti et Ter. prol. p. 19 sqq.: cf. Ritschelius Par. p. 233 et Liebigius de prol. p. 24. Quem si ad posterius tempus spectare putaveris, facile inde repetes quae insunt turbas et obscuritates. De singulis v. Geppertum in Iahnii annal. vol. suppl. 19 (a. 1853) p. 283 sq.
INCIPIT PROLOGVS IN ASINARIAM PLAVTI · *in spatio unius versus B.* ꝓLOG' INASINARIA PLAVTI *E.* Incipit ꝓlogus in asinariā plauti; *J. spatium duorum versuum vacuum: ante ultimam praecedentis fabulae scaenam m.*³ *scripsit* PLAVTI *(V s. v.)* ASINARIA, *quod huc pertinere alia quaedam manus indicavit lineola traducta D* 1. oc *cum spat. init. DE* agite, e *ex* o *B* sultis *Donatus, E(*u *ex corr., fort. ex* ti, *m.*³*)Z:* sultis, *sed* iu *s. v. D.* si uultis *BJ.* si uoltis *F* nunc iam *Donatus, libri (*iaui *J)* 2. Quę *DEJ* michi *E* mihi quidem *Geppertus l. s. s.* atquę *J* uertat *BDEJ* 3. Gregique huic et domino *Camerarius.* Gregique huic et dominis *libri (*dominus *E): de dominis unius gregis vix recte cogites; cf. Schoellius in Fleckeiseni Ann. vol. 119 (a. 1879) p. 43.* gregique et dominis *Bothius.* gregique huic dominisque *Guyetus* et conductoribus *F, Barthius Adv. V 8* 4. Face *DF, Pius:* Eace *B.* Eacę *E.* Ecce *JE*³*Z.* Exci *Gulielmius* nunciam *Lingius de hiatu p. 59 et Brixius de Pl. et Ter. pros. p. 45:* iam nunc *libri* *Inter* nunc *et* tu *ras. J* p̃co *B.* pręco *D.* preco *EJ* poplum *E*³*(ex* psiptum *ut vid.), Camerarius.* poptum *B (*‾ *lineola fort.*

Age núnc reside: cáue modo ne grátiis.
Nunc quíd processerim húc et quid mihi uóluerim
Dicam: út sciretis nómen huius fábulae.
Nam quód ad argumentum áttinet, sané breuest.
Nunc quód me dixi uélle uobis dícere,
Id dícam: huic nomen graéce Onagost fábulae.
Demóphilus scripsit, Máccius uortit bárbare.
Asináriam uolt ésse, si per uós licet.
Inést lepos ludúsque in hac comoédia.
Ridícula res est: dáte benigne operám mihi.
Vtí uos alias, páriter nunc Mars ádiuuet.

---

11. *Donatus in Ter. Eun. prol. 7:* qui bene uertendo] bene pro ualde. et uertendo in linguam latinam transferendo. Plautus 'uertit barbare'. *Quae huc spectare possunt, quamquam a Ritschelio ad Trinummi prol. v. 19 relata sunt*

---

m.[2] *ducta J.* populum *D* 5. ne gratiis *Turnebus Adv. 24,31, Scaliger:* negratis *libri* *De versu explicando cf. Poen. prol. 15* *V. 6—8 obelo notat Guyetus,* induxi *v. 9 scribens* 6. p̃cesserim *E* m̃ *E.* michi *J* noluerim *E* 7. sciatis *Geppertus l. s. s.* nomen, m *ex* ñ *ras. E* fabulę *D.* fabule *E* 8. ac tinet *J* breuest, ˜ *er. E.* breue est *DJ* *Post h. v. lacunam statuit Ritschelius* 9. *Hunc v. et* dicam *v. 10 eicit Geppertus l. s. s.* 10. Id dicam *LG:* Dicam *libri* huice *Ritschelius Proleg. p. 173* huic est nomen graece Onago *Fleckeisenus* *Possis etiam:* Dicam: huic est graece Onago n. f. *vel* Dicam: huic Onagost graece nomen fabulae Huic graece nomen est Onago fabulae *Geppertus l. s. s.* grece *BDEJ* onagost, *fort.* ˜ *er. E.* onago est *F.* onogo est *J.* onagrost *D.* onagro st *B* fabulę *D* (l *ex* b) *J.* fabule *E* 11. Demophylus *J* *Errarunt et veteres (Pius, Scaliger, Gulielmius) et recentiores (Ritschelius, Ladewigius) qui de Diphilo cogitaverunt versum ex parte evertentes: cf. praefatio* Maccius *Ritschelius Par. p. 23:* maccus *BDEJ.* macrus *E*[3]*FZ.* Marcus *Saracenus.* Maccis *fortasse recte Bergkius prooem. ind. l. Hal. a. 1864 p. VII (cf. idem in Fleckeiseni Ann. vol. 101 (a. 1870) p. 844) et Studemundus Stud. vol. I p. 74:* Macius *L. Muellerus et Buechelerus Fleckeiseni Ann. vol. 97 (a. 1868) p. 212 sqq., adsentiente Teuffelio hist. litt. Rom.*[2] *p. 141, quibus recte oblocuti sunt Muellerus Pros. Plaut. p. 255 adn. et Studemundus l. s. s.* uertit *DJ* 12. uult *DJ* 13. Id est *EJ.* Idem *FZ* lepus *D* ludusquę *J* inhac *E* comedia *E.* comędia *J* *Post h. v. lacunam statuit Geppertus breve argumentum desiderans: quem refutat Ussingius* 14. Ridicula. ie *ex* u *B* Ridiculares *E* michi *E* 15. Uti nos alias *Mahlerus de pron. pers. apud Pl. collocatione p. 22.* Ut nos item alias *libri.* Ut nosmet alias *Ritschelius Par. p. 233 adn.* Ut nos qui item alias *Barthius Adv. V 8.* Ut nos item ut alias *Guyetus* adiuuet *ex* adiuuit *corr., ut quid in rasura scriptum fuerit non liqueat D* *Sequitur in libris argumentum*

ACTVS I

LIBANVS. DEMAENETVS

LIBANVS

Sicút tuom uis únicum gnatúm tuae
Superésse uitae sóspitem et supérstitem,
Ita téd obtestor pér senectutém tuam
Perque íllam quam tu métuis uxorém tuam:
Si quíd tu med erga hódie falsum díxeris,

---

16. 17. *Gellius I 22, 18 (I p. 68 ed. Hertz.):* . . . superesse invenimus dictum pro superstitem esse . . . in Plauti . . . Asinaria manifestius id ipsum scriptum est in his versibus, qui sunt eius comoediae primi: 'sicut . . . superstitem'. — *Nonius p. 393, 22:* superstites dicimus qui supersint mortuis. Plautus Asinaria: 'sicuti . . . superstitem' 18. *Julius Rufinianus de figuris sententiarum et elocutionis 16 p. 43, 6 ed. Halm.:* Δέησις obsecratio vel obtestatio, qua deos oramus aut homines . . . Plautus: 'ita . . . tuam'

Act. I Sc. 1. LIBANVS SERVVS DEME·(ne)TIVS SENEX *B.* LIBAN⁹ SERVVS DEMENET⁹ SENEX *E.* LIBANVS SERVVS DEMENETVS SENEX *J.* *spat. unius v. vacuum D* 16. icut *c. spat. init. DE, legi nequit J:* sicuti *Nonius; cf. Lachmannus ad Lucr. p. 106* tuum *libri.* tum *Nonius* natum *Nonius* tuę *EJ* 17. Super esse *BDEJ* (Su *legi nequit)* uitę *BD.* uite *E* super stitem *B*
V. 18 sq. obelo notat Guyetus 18. *om. EJZ* Itate dobtestor *D.* ita ed obtestor *Langiani (cf. praef. Curc. p. XXII).* ita te deos obtestor *Rufinianus.* Ita te obtestor *B* (itate) *F.* Ita ego te obtestor *Pylades.* ted *iam Turnebus* 19. *Alt. m. add. F* Perquę *J* Perque et illam *F* quam tu, tu *s. v. B: item D (nisi quod ibi m.*^{2} tu *voci add.* S, *quod ad marginem respicit) et in marg.* S tu *D*^{2}, *ut lineolam* p *vocis ad infra scriptum* tu, *quo obiter intuenti spectare videtur* (tū), *non referendam esse plane indicaretur* menus *ut vid. J*
20. Si quid tu *Mahlerus l. s. s. p. 19:* Siquid *libri* (Si quid *J*). med erga (a *ex* o) *D.* me erga *FZ.* med erga tu *Camerarius, quem contra cf. Mahlerus. De* med ergad *cogitari vix posse monet Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 93.* me aduorsum tu *Muellerus Pros. Pl. p. 481, errans is de codd. memoria* hocedie *Ritschelius eodem loco*

Vt tíbi superstes úxor aetatém siet
Atque ílla uiua uíuos ut pestem óppetas.

DEMAENETVS

[Per Díum Fidium quaéris: iurató mihi
Videó necesse esse éloqui, quicquíd roges.]
Ita me óbstinate adgréssu's, ut non aúdeam
Profécto percontánti quin promam ómnia.
Proinde áctutum istuc quíd sit quod scire éxpetis
Elóquere: ut ipse scíbo, te faciam út scias.

LIBANVS

Dic óbsecro hercle sério, quod té rogem:
Caue míhi mendaci quícquam.

DEMAENETVS

Quin tu ergó rogas?

LIBANVS

Num me íllue ducis, úbi lapis lapidém terit?

DEMAENETVS

Quid istúc est aut ubi istúc est terrarúm loci? 32[a]

---

22. *Nonius p. 361, 9:* oppetere incidere. Plautus in Asinaria: 'atque ... oppetat' 29. *Osbernus p. 521:* serio id est ordinatim vel intente; unde Plautus: 'dic ... rogem'

---

21. super stes *BEJ* uxore *E* etatem *BE.* actate *JF* 22. uiuus *Nonius, libri* et *Nonius* pestem, m *cr. D* oppetat *Nonius* *V. 23. 24 delet Fleckeisenus, ut quibus paralleli sint v. 25—28: cf. praefatio* 23. dium *Hermolaus:* deum *libri* fiduum *J* Per deum fidem ut tu *Bothius* queris *J.* queris *E.* quae res? *Roelandius ap. Gulielmium.* quae res est (fidem) *perperam Ussingius* michi *EJ* 24. loqui *JF* quic quid *DJ.* quid quid *B* 25. ob stinate *EJ* adgressus *libri, nisi quod* aggressus es *F* 26. Pro fecto *J* percunctanti *DJ.* per cunctanti *B.* percunctati *E* omiã *J* 27. Pro inde *J.* proin tu *Fuhrmannus Fleckeis. Ann. vol. 97 (a. 1868) p. 854, fortasse recte* ac tutum *EJ* sit *ex* scit *ut vid. E*[3]. est *Z: corr. Pylades* expetetis *J* 29. SE . . . ic *(ita cum lacuna) D* obsecro, c *s. v. D* ercle *B* quod te rogem *falsissime ad sequentia refert Ussingius* 30. ṁ *E.* michi *J* mendacii *B*[1]*JF.* mendacu *et denuo corr.* mendacii *B*[2]. mendatii *E.* mendatiũ *D* quintu *D* erga *J.* igitur *F* 31. Num *legi nequit J* illic *D* 32[a]. 32[b]. *in codd. infra post v. 45 redeunt, ubi videas discrepantiam scripturae* 32[a]. Quid *legi nequit J* ubi terrarum istuc *Guyetus.* ubi est istuc terrarum *Camerarius*

LIBANVS

[Vbi flént nequam homines quí polentam pínsitant.] 32b
Apud fústitudinas férricrepinas ínsulas,
Vbi uíuos homines mórtui incursánt boues.

DEMAENETVS

Modo pól percepi, Líbane, quid istuc sít loci:
Vbi fít polenta, té fortasse dícere.

LIBANVS

Ah,
Neque hércle ego istuc díco nec dictúm uolo:
Teque óbsecro hercle, ut quaé locutu's déspuas.

DEMAENETVS

Fiát: geratur mós tibi.

LIBANVS

Age age, usque éxscrea.

DEMAENETVS

Etiámne?

LIBANVS

Age quaeso hercle úsque ex penitis faúcibus.

32b. 47. *Osbernus p. 458:* pransito .as id est saepe prandere; unde Plautus in Amphitrione: 'ubi flent ... pransitant' 34. *Servius in Verg. Aen. X 785:* intextum tauris opus] pro tergis. Plautus: 'ubi ... boves' 40. *Priscianus inst. gramm. III 24 (t. I p. 99, 19 ed. Hertz.):* ... penitus adverbium ... sciendum tamen quod etiam nomen invenitur hic penitus, huius peniti, ex quo magis superlativus gradus nascitur. Plautus in Asinaria: 'Etiamne? ... faucibus'

32b. *Uncis circumclusimus: cf. Fleckeiseni Ann. vol. 113 (a. 1876) p. 362; del. Acidalius servato versu parallelo: cf. ad v. 34* nequam homines *ex* homines nequam *supra scriptis* b a *litteris B* pransitant *libri, sed B^2D s. v.* at pinsitant*: cf. infra* *Secuntur v. 46 (35) et 47 (36) apud Camerarium* 33. fustidunas *EJ.* fustidinas *E^3FZ: corr. Angelius* ferri crepinas *BDE.* ferri crepidinas *JE^3FZ* 34. incursam *D* *Post h. v. Saracenus et Acidalius v. 46. 47 collocant* 35. SENEX *versui praecedenti praefixum huc rettulit ipse rubricator in B* Mo (Modo) *legi nequit J* pol *om. JF* percepi *ex* precepi *J.* peperci *E* 36. U (Ubi) *legi nequit J* fit *(an sit?) s. v. B^2.* sit *F* poleṇntate *E* ah *E^3FZ.* ahc *BD.* aht *J.* hac *E:* at *Bothius* 37. Ne (Neque) *legi nequit J* eṛgo *B.* ergo, r *fort. er. J. om. F* neque *F* 38. Tequę *J* herclae *B* quae, ꝉ qui *s. v. $m.^2$ B.* quę *DEJ* locutus *libri* 39. *Demaeneti notam om. D.* Fiat *legi nequit J* generatur *J* usquę *J* excrea *DFJ.* ex crea *B* 40. *h. l. habet Z: post v. 55 libri* *Pers. notas om. Priscianus* Etiam ne *J* quęso *DJ.* queso *E.* quaesso *Prisciani codicum pars* ercle *J.* herche, *alt.* h *exp.*

Etiam ámplius.

DEMAENETVS

Nam quo úsque?

LIBANVS

Vsque ad mortém uolo.

DEMAENETVS

Caue sís malam rem.

LIBANVS

Vxóris dico, nón tuam.

DEMAENETVS

Donó te ob istuc díctum, ut expers sís metu.

LIBANVS

Di tíbi dent, quaequomque óptes.

DEMAENETVS

Redde operám mihi:
Quor hóc ego ex te quaéram aut quor minitér tibi,
Proptérea quod me nón scientem féceris?
Aut quór postremo fílio suscénseam,
Patrés ut faciunt céteri?

LIBANVS

Quid istúc nouist?
Demíror quid sit ét quo euadat sum ín metu.

---

51. *Nonius p. 293, 1:* evadere exire, tendere . . . Plautus in Asinaria: 'demiror . . . metu'

---

et 1 *s. v. D.* hercule *vel* ercule *uno P excepto Prisciani codd. omnes* expenitis *E.* experatis *J* De. Ex penitis faucibus? *sequentia* (etiam amplius) *Libano tribuens Bothius* 41. Dem. Etiam? Lib. Amplius *Valla, Meursius* quousque *BJ* admortem *D* 43. on (Dono) *legi non potest J* obistuc *E.* ubistuc *J* expers sis *ex* expersis *ut videtur B.* expressis *E* meto. u *s.* o *J* 44. Dii *J* quęcũque *BEJ.* quecumque *D* m̍i *E.* michi *J* 45. *h. v. in margine scriptum habet E*
Cur *libri* exte *DEJ* quęram *BDJ.* queram *E* Cur *libri*
Post v. 45 in libris hi secuntur:

Quid ístuc sit aut úbi sit nequeo nóscere 46
Vbi flént nequam homines quí polentam pínsitant. 47

46. SERVVS *praem.* B^2. *om. reliqui* istuc sit *Camerarius:* istuc est *libri, nisi quod* istud *BE.* istuc *Fleckeisenus* aut ubi sit *Bothius:* aut ubi istuc sit *libri.* aut ubi sit istuc *Fleckeisenus*
47. SENEX *praem.* B^2. *om. reliqui* pransitant JE^3FZ
Hos inverso ordine exhibet F, post v. 32^b *ponit Camerarius, post 34 Saracenus et Acidalius. deleverunt Scaliger et Ussingius. Utrum 46 an* 32^a *genuinus sit dubitari potest* 48. Proptera *J* nescientem *EJ Z, Goellerus ad Trin. p. 131.* nesciente *F* 49. cur *et* succenseam *libri*
50. cęteri *BDEJ* noui est *BDJ.* nouies *E* *V. 51 huc retraxe-*

DEMAENETVS

Equidém scio iam fílius quod amét meus
Istánc meretricem e próxumo Philaénium.
Estne hóc ut dico, Líbane?

LIBANVS

Rectam instás uiam:
Ea rés est. sed eum mórbus inuasít grauis.

DEMAENETVS

Quid mórbist?

LIBANVS

Quia non súppetunt dictís data.

DEMAENETVS

Tune és adiutor núnc amanti fílio?

LIBANVS

Sum uéro et alter nóster est Leónida.

DEMAENETVS

Bene hércle facitis: á me initis grátiam.
Verúm meam uxorem, Líbane, scis qualís siet.

LIBANVS

Tu prímus sentis, nós tamen in pretió sumus.

DEMAENETVS

Fateór eam esse inpórtunam atque incómmodam.

runt Acidalius et Gruterus: in libris exstat post 83 *Servi nota in libris praefixa, om. Nonius* inmetu *E* *V. 52 repetitur ante v. 84: legitur ibi una cum 51, qui additus est ut appareret, quo ille pertineret. Ordinem versuum illic invertit F*[2] iam scio *posteriore loco libri* quod amet *esse idem atque* amicam *volunt Richterus, Brixius Epist. ad Spengelium p. 13. Sanctius Minervae III 14 mire* quom. quam amet *Gronovius* 53. istant *D* eproxumo *J.* eproximo *B E* Philaenium *Pylades.* philenium *libri* (phylenium *J*, i *m.*[2] *ut vid. s. c.*) 54. Est ne *B D E J* instaṇs *B.* instaṇs *D* uiam, a *ex* t *B* 55. Set *J* *Post v. 55 in libris sequitur 40* 56. morbi est *libri.* morbi *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 762* 57. Tu ne *E J* ad iutor *J* 59. facitis hercle *vel* bene hercle facis *Hermannus, hoc Elem. d. m. p. 132* a me *Fleckeisenus:* et ame *libri.* et meam *repudiat usus* graciam *J* 60. Veram *J* scis qualis siet *Bothius, Hermannus:* nescis qualis siet *libri.* nescis qualis sit? *Camerarius, Reizius* 61. Tuprimus *J* post tamen *Gertzius, qui poterat similius etiam* pos in pretio (p̃tio *B.* praecio *D*) sumus *B D E (om.* in) *F*[2] *(item)*: in primo sumus *Palmerius.* prenoscimus *J F*[1] *Z.* post noscimus *Pius.* inde noscimus *Camerarius* *In mentem venere scripturae* nos tam persentiscimus *vel* nos tamen inpetuosius: *speramus* in pretio sumus *aliquando explicatum iri* 62. Fateor, o *ex* a *D* *De* fateor ego *vel* eam mi *vel* importunam mi *cogitari posse dixerat*

LIBANVS

Postérius istuc dícis quam credó tibi.

DEMAENETVS

Omnés parentes, Líbane, liberís suis,
Qui mi aúscultabunt, fácient obsequéntiam:
[Quippe quí mage amico utántur gnato et béneuolo:]
Atque égo me id facere stúdeo: uolo amari á meis,
Volo mé patris mei símilem, qui causá mea
Nauclérico ipse ornátu per falláciam
Quam amábam abduxit áb lenone múlierem.
Neque púduit eum id aetátis sycophántias
Struere ét beneficiis me émere gnatum suóm sibi.
Eos mé decretumst pérsequi morés patris.

---

63. *Nonius p. 375, 11:* posterius minus. Plautus in Asinaria: 'posterius ... tibi' 65. *Nonius p. 215, 21:* obsequium neutro genere habetur ... obsequela feminino. Plautus in Asinaria: 'qui mihi ... obsequelam' 71 sq. *Osbernus p. 561a:* sycophantia falsa calumpnia. Plautus: 'neque puduit id ... struere' 73. *Nonius p. 285, 20:* decernere est constituere, definire ... Plau-

---

Ritschelius olim Proleg. p. 178 sq., fatebor *idem proposuit ad Mil. v. 554, contra quae cf. Fleckeisenus Ann. vol. 61 (a. 1851) p. 26 sq.* ea *J* importunam *J* atquę *J* 63. dictis *EJ* *V. 64. 65 paullo liberius Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 56 sic conformat:* Omnés parentes quíqui auscultabúnt mihi Suis fácient obsequéllam, Libane, líberis 64. Oms̄ *BDE* *Traditae scripturae quamquam excusatio parari potest, non tamen incommode de tali traiectione verborum cogites:* Omnes suis parentes, Libane, liberis, *insolentiore pronominis collocatione: ut cf. v. 455. 456* 65. mihi *BD, Nonius.* michi *EJ* facient obsequentiam *Gruterus, Scaliger, Bentleius:* facient obsequellam *libri.* faciunt obsequelam *Nonius.* obsequellam fecerint *Pylades* *V. 66 expunxerunt Fleckeisenus, Ussingius, Seyffertus Stud. Plaut. p. 1* qui mage *ex* quimage *D* bene uolo *BE.* beneuolo *in* beniuolo *corr. D.* beniuolo *J* 67. Atquę *J* eo me id *Seyffertus Stud. Pl. p. 1.* egomet *Langenus 'Beitraege zur Kritik und Erklaerung des Plautus' p. 48* studeo, e *ex* i *J* amari, *alt.* a *ex* o *B.* amare *DE* ameis *BDEJ* 68. mei patris mei *E.* mei patris me *JZ* similem, i *priore in lit. D* causa mea *ex* causamea *J* 69. Nauclerico *Camerarius:* Nauclerio *J.* Nauderio *BDE* *Inter* ipse *et* ornatu *ras. J* fallatiam *BE* 70. abduxit *ex* adduxit *E* ablenone *EJ.* ab lenone, *priore* n *in lit. m.*[1] *ut vid. scripta B* 71. pudiuit *J* etatis *E* sycophantias *Osbernus:* sicophantias *BD.* sychophantias *J.* sychofantias *E* 72. *Fortasse* ut .. emeret beneñitiis *B* me emere gnatum *ex* mee mea re gnatum *ut vid. B*[2]. me ęmere gnatum *ex* meę ma regnūtum *ut vid. D* suum *libri* 73. decretū st *B.* dere tust *ex* de re tust *(fuerat* tūst*) E*[3]. decretum est *J, Nonius* moris *J*

Nam me hódie orauit Argyrippus fílius,
Vtí sibi amanti fácerem argenti cópiam:
Et íd ego percupio óbsequi gnató meo.
[Volo amori obsecutum illius, uolo amet me patrem.]
Quamquam íllum mater árte contentéque habet,
Patrés ut consueuérunt: ego mitto ómnia haec.
Praesértim quom is me dígnum quoi concréderet
Habuít, me habere honórem eius ingenió decet:
Quom me ádiit, ut pudéntem gnatum aequómst patrem,
Cupio ésse amicae quód det argentúm suae.

LIBANVS

Cupis íd, quod cupere té nequiquam intéllego.
Dotálem seruom Saúream uxor túa tibi

---

tus in Asinaria: 'eos me . . . patris' 76. *Nonius p. 454, 4:* obsequia non solum minorem maioribus exhibere, sed et maiorem minoribus per vicem, veterum excellens auctoritas voluit. Plautus Asinaria: 'ego sane cupio . . . meo' 77. *Nonius p. 501, 2:* genitivus pro dativo . . . Plautus in Asinaria: 'volo . . . patrem' 78. *Nonius p. 83, 5:* contente parce et continenter. Plautus Asinaria: 'quamquam . . . habet'

---

74. argirippus *BD.* argryppus *E* 75. Vti *Pylades:* Vt *libri* 76. ego sane cupio obsequi *Nonius, quod ferri posse* percupio *recepto ait Lambinus* *Ras. inter* obsequi *et* gnato *J* *V. 77 exp. Fleckeisenus, Ritschelius Op. II p. 689, Muellerus Pros. Pl. p. 435* amari obsecutam *Nonius* obsequium *Hermannus coll. Bacch. v. 1082* amori illi obsecutum *Quicheratius ad Nonium* mę *D* 78. arcte *Nonius* contempteque *J* 79. matres *Hermannus* consuerunt *BDEJ* hęc *EJ.* hec *B* 80. Pręsertim *J.* Presertim *E* cum *J* quomis *B.* quo mis *E* quoi, *s. v.* t cui *m.*², *B.* quoi, *post* o *erasa* b *ut vid. D.* cui *J* *Post* cui *ras. J* con crederet *B.* concrederet, t *in lit. D.* crederet *Z: corr. Pylades* 82. Qm̃ *J.* Quoniam *F* aequõst, õ *ex* o *m.*²*B.* ęquomst *E.* atquost *D.* aequum est *J* 83. amicę *BDJ.* amice *E* suę *BEJ* *Post h. v. in libris exstat v. 51 et iteratur 52 (*DEME. Equidem iam scio . . .*)* 84. SER *ex* SENX *(nisi forte potius* SENEC*) D: om. B.* Ser *ex* Sen *E*³ *Ras. post* Cupis *J* nequiquam *BD.* ne quiquam *E.* ne quicq *J* intelligo *J* 85. *Ante* Dotalem *est* SERVVS *in B, idem er. in D, del.* SER *E*³. serͬ *exh. J* seruum *J* seruomsauream *ex* seruoms auream *B.* seruum sauerã *(alt.* er *exp. et* re *s. v.) E.* seruom Saurean *Camerarius, Lachmannus in Lucr. p. 313: at cf. Ritschelius Trin.*² *praef. p. 68* ne uxor *(sc.* adduxit = adduxerit*) Hermannus ap. Lingium de hiatu p. 61.* uoxor *Kochius Annal. vol. 101 (a. 1870) p. 285* tua tibi *LG:* tua *libri, nisi quod in B in fine versus manus antiqua (vel etiam prima)* ͬ *add., fort. ut corruptelam indicaret*

Addúxit, quoi plus ín manu sit quám tibi.

DEMAENETVS

Argéntum accepi, dóte inperium uéndidi.
Nunc uérba in pauca cónferam quid té uelim.
Vigínti iam usust fílio argentí minis:
Face id út paratum iám sit.

LIBANVS

Vnde géntium?

DEMAENETVS

Me défraudato.

LIBANVS

Máxumas nugás agis:
Nudó detrahere uéstimenta mé iubes.
|Defrúdem te ego? age sís, tu sine penní́s uola.|
Ten égo defraudem, quoi ípsi nihil est ín manu,
Nisi quíd tu porro uxórem defraudáueris?

DEMAENETVS

Qua mé, qua uxorem, quá tu seruom Saúream

---

86. *Servius in Verg. Aen. IX 648:* fidusque ad limina custos| aedituus fuit, quod . . . in ingenti honore apud maiores fuit. Illic enim et epulabantur et deos colebant. Census etiam omnis illic servabatur, quod et Plautus docet in Asinaria, in qua inducit Sauriam servum atriensem in tota familia plurimum posse
94. 95. *Nonius p. 31, 9:* defrudare significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere . . . Plautus in Asinaria: 'ten ego . . . defrudaveris' 96—98. 101. *Festus p. 198b 11:* optio qui nunc dicitur antea appellabatur accensus. is adiutor dabatur centurioni a trib. militum. qui ex eo tempore, quo quem velint centurionibus permissum est optare, etiam nomen ex facto sortitus est. Plautus in Asinaria: 'qua me . . . effeceris tibi optionem . . . Leonidam'

86. cui *BDEJ* inmanu *BDE* sit, *s. v.* † est *D.* sit † ē *E* 87. do te *E* imperium *libri* 88. inpauca *BDEJ* 89. uinginti *J* usu est *J* 90. ut id *F* 91. de fraudato *B.* defrudato, *a er. D.* de frudato *J* maximas *DE* 92. Nodo *EJ* de trahere *J* 93. *Exclusit Fleckeisenus* De frudem *BJ* 94. ten *Nonius:* Tene *(*Te ne *E) libri* defraudem *Fleckeisenus:* defrudem *BDEJ, Nonii librorum pars, Ritschelius Par. p. 542* cui ipsi nihil *B, Nonius.* cui ipsi nichil *EJ.* cui nihil ipsi *D* inmanu *BE* 95. Nisi quid *legi nequit J* tum *Nonii cod. P* defrudaueris *D, Nonii librorum pars* 96. Qua *legi nequit J* Quam *ter Festi apographum Vrsinianum* me, *s. v.* s. arte *D.* me arte *B.* uxorem *(non liquet utrum* iu- *an* ui-*) B* quatu *B.* quia tu *E* seruum *Festus* seruom-

Potés, circumduce, aúfer: promittó tibi
Non óbfuturum, sí tu id hodie efféceris.

LIBANVS

Iubeás una opera mé piscari in áere,
Reti aútem iaculo uénari in medió mari.

DEMAENETVS

Tibi óptionem súmito Leónidam:
Fabricáre quiduis, quíduis conminíscere:
Perfícito, argentum ut hábeat hodie fílius,
Amícae quod det.

---

97. 98. *Osbernus p. 515:* obsum id est nocere, unde obfuturus .a .um in futuro nociturus; unde Plautus: 'promitto . . . effeceris' 102. *Nonius p. 471, 29:* fabricantur . . . Plautus Asinaria: 'fabricare . . . comminiscere'

---

saurearn *ex* seruoms auream *B* sauream *ex* fauream *ras. E* 97. P (Potes) *legi nequit J* Potes *ex* Potest *ras. B.* potis *Fleckeisenus* circum duce *BD.* circumduc *apogr. Urs.* 98. *Versum om. apogr. Urs.* obfuturum *Festus, Osbernus, JF:* offuturum *DE.* offuturum *ex* offoturum *B.* offuturum me *Pylades: cf. Bergkius 'Beitraege' p. 88* si tu id hodie *Ussingius:* si id hodie *Osbernus, JE^3FZ.* sit hodie, si *s.* hodie *D.* sit hodie *E.* si hodie *B.* si id, *om.* hodie *Festus, cuius testimonio neglegenter usus est Bergkius l. s. s.* si istud hodie *Guyetus.* si argentum hodie *Brixius Quaest. de Pl. et Ter. pros. p. 13.* si id hocedie *Spengelius T. M. Plautus p. 226, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 93.* si illud hodie *Gertzius. Et metro et sententiae consulet qui* quicquid hodie effeceris *vel* feceris *scripserit* 99. inaere *BDJ.* in aerę *ex* inerę E^3, *ut tamen iam m.*[1] *vel m.*[2] a *superscripsisse videatur* 100. reti autem iaculo uenari *scripsimus cum Hermanno collato Trucul. v. I 1, 14:* Venari autem rete iaculo *BD.* Venari autem iaculo *EJFZ.* et uenari autem reticulo *Fleckeisenus* (reticulo *iam Bothius) in editione,* et uenari autem iaculod *idem apud Schmitzium 'Beitraege' p. 145. Possis etiam* uenari reti iaculo autem. *Langenus p. 81* in aere ‖ reti, iaculo autem uenari *ingeniose, at cf. Truculenti v. l. s. s.* *De* retiaculum *forma, quam primus h. l. posuit Scutarius, cf. Schmitzius p. 145 sqq.* inmedio *E.* immedio *BDJ*

102. quid uis *bis BE, priore loco etiam J* *Alterum* quiduis *om. Nonius, F* comminiscere *BD, Nonius.* cminiscere *E.* commiscere *J* 103. perfitito B^1 (perficito B^2) *D.* perficito te *Camerarius.* perficito id *Fleckeisenus.* perfice modo *Muellerus Pros. Pl. p. 494: de* perficitod *cogitari posse Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 102 dubitanter monuit*

ut habeat hodie *Guyetus:* hodie ut habeat *libri.* hoc hodie ut habeat *Pylades.* hocedie ut habeat *Ritschelius l. s. s.* 104. Amicę *DJ.* Amice *E* ais *om. F* tu demaenete B^1 *ut vid. ex* tudem aenete dē aene te *E.* demęnete *D.* demenete *J*

LIBANVS

Quíd ais tu, Demaénete?

DEMAENETVS

Quid uís?

LIBANVS

Si forte in ínsidias deuénero,
Tun rédimes me, si me hóstes intercéperint?

DEMAENETVS

Redimám.

LIBANVS

Tum tu igitur áliud cura quíd lubet.
Ego eo ád forum, nisi quíd uis.

DEMAENETVS

Ei, bene ámbula.
Atque aúdin etiam?

LIBANVS

Écce.

DEMAENETVS

Si quid té uolam,
Vbi erís?

LIBANVS

Vbiquomque lúbitum erit animó meo.

---

109. *Nonius p. 478, 26:* volam pro velim ... Plautus in Asinaria: 'atque audin etiam uolam quoniam intus non licitum est mihi', *ubi cum versu 109 conglutinatus est 152, errore librariorum ut videtur. Quem ita corrigunt, ut post* etiam *inserant:* Ecce. Si quid te volam'. Et in eadem: 'Meo modo loquar quae

---

105. *Versum om. J: eundem Bothius et Osannus Anal. crit. p. 204 damnaverunt, recte defenderunt Niemeyerus Vahlenusque Hermae vol. 14 (a. 1879) p. 447* Dem. Quid uis? *Vahlenus l. s. s.:* Quid *libri.* Dem. Quid? Lib. Quid *idem Vahlenus, Reizius.* Quid tum *Niemeyerus l. s. s.* ininsidias *BE* in insidias forte si deuenero *in ceteris cum Reizio Hermannus* 106. inter ceperint *B.* intercepeřt *J* 107. cura aliud quod *JF* iubet *E* 108. Dem. *pers. initio versus add. Camerarius: at* nisi quid uis *aptius servum,* ei bene ambula *erum loquentes feceris* Eo ego *praeter B libri omnes* adforum *BDE* Lib. *pro* Dem. *Camerarius* ei bene ambula *Fleckeisenus* (i *in edit.,* ei *idem Ann. t. 61 (a. 1851) p. 18):* fiet ne *libri.* i, etiamne ambulas *Camerarius* 109. Dem. *pers. praef. Camerarius* At quȩ *J* *De* ecce (Eecce *J*), *quod ad posterioris quam Plautinae aetatis usum spectare vid., iure dubitat Muellerus Pros. Pl. p. 642, idem def. Langenus p. 7 sq.* recte *Ussingius falso: exspectes* eloquere *vel* quid uis? si, i *m.² in lit. B* quid, d *s. v. J* 110. aeris *J* Ser *ras. ex* Sen *E* Vbicumque *EJ.* Vbi cumque *BD* libitum *BDE* tuo *JE³F*

Profécto nemost quém iam dehinc metuám mihi,
Ne quíd nocere póssit, quom tu míhi tua
Orátione omnem ánimum ostendistí tuom.
Quin té quoque ipsum fácio haud magni, si hóc patro.
Pergám quo occepi atque íbi consilia exórdiar.

DEMAENETVS

Audín tu? apud Archibúlum ego ero argentárium.

LIBANVS

Nempe ín foro?

DEMAENETVS

Ibi, si quíd opus fuerit.

LIBANVS

Méminero.

DEMAENETVS

Non ésse seruos péior hoc quisquám potest
Nec mágis uorsutus néc quo ab caueas aégrius.
Eidem hómini, si quid récte curatúm uelis,
Mandés: moriri sése misere máuolet,
Quam nón perfectum réddat quod promíserit.
Nam illúd ego argentum tám paratum fílio

119—121. *Nonius p. 454, 8:* uersutos non solum ad malitiam callidos, uerum et recte peritos intellegi posse Plautus confirmat in Asinaria: 'nec magis . . . mandes' 123. 124. *Osbernus p. 125:* a praeterito cepi . . . hic cipio . . . id est baculus ad capiendum aptus . . . Plautus in Aularia: 'ego hoc argentum tam paratum filio scio esse quam me contundi hoc scipione', *ubi* scipione *pro* cipione *editori videtur deberi, non codici*

111. nemo est *libri* Quę *E* de hinc *EJ* michi *EJ* 112. Nequid *BDJ* nocere michi *(vel* mihi*) EJFZ* cum *libri* tu *s. r.* B^2*: om. BDEJFZ* mibi *BD: om. ceteri* quando tu tua *Weisius* 113. ostendisti *ex* ostendi E^3 tuum *libri* 114. Quinte *B* fatio *E.* faciam *FZ* aut *E* 115. accepi *D* 116—118. *Pers. correxit Angelius* 116. *Pers. om. libri* An din *E* 117. Sen *praem. libri* inforo *BDEJ* Lib. Ibi *libri* siquid *BE.* siquidē *D* Sen. Meminero *libri* 118. *Pers. om. libri* secum *super* Non *D* ẽẽ *ex* ẽ E^3 seruus *libri* 119. uersutus *libri.* uersutum *Nonius* ab *om. Nonius* ab caueas ęgrius *(*caueas ęg *in lit.) B.* abcaueas aegrius *JE(*egrius*).* obcaueas aegrius *D* 120. Fidem boni hominis *D.* idem homini versuto *Nonius* siquid *BD* 121. moriri, *super alt.* ri *puncta ut vid. B* sese, *alt.* se *s. r.* $m.^2$ *ut vid. addito B.* se se *DE* miserere *E* mauolet, *s. r.* at *(*t *E)* magis uolet *DE* 123. illud ego *Guyetus:* ego illud *libri.* ego

Scio ésse, quam me hunc scípionem cóntui.
Sed quíd ego cesso ire ád forum quo incéperam?
[Nunc íbo atque ibi manébo apud argentárium.]

ARGYRIPPVS

Sícine hoc fít? foras aédibus me éici?
Prómerenti óptume hocín preti rédditur?
Béne merentí mala's, mále merentí bona's.
Át malo cúm tuo: núnciam ex hóc loco
Íbo ego ad trésuiros uóstraque ibi nómina
Fáxo erunt: cápitis te pérdam ego et fíliam,
Pérlecebrae, pérnicies, ádulescentum éxitium.

133. *Nonius p. 153, 12:* permitiis (permities *alii libri)* periculum, exitium . . . Plautus Asinaria: 'perlecebrae permitiis'

---

illuc *Bothius* paratum *ex* paruum *E* 124. contui *ex* conitu B^2 125. *Servi notam praem. libri, del. Angelius* *Ante* ire *er.* a *D* adforum *BD.* ad forum *s. v. E* quo E^3, *Aldina:* quod *libri* incoeperam *BDEJ* *V. 126 damnant Bothius et Osannus Anal. p. 204* Nunc ibo *Fleckeisenus: om. libri.* ibo *iam Camerarius. Alia tentat eaque parum probabilia Muellerus Pros. Pl. p. 540* Atquę *J* *De exitu huius scaenae duplici cf. praefatio*

Act. I Sc. 2 ARGYRIPPVS ADOLESCENS· *J.* ARGIRIPPVS ADOLESCENS *B.* ARG IRIPP9 ADOŁ *D.* ARCIRIPPVS ADOLESCENS *E* 127. icine *c. spat. init. DE.* Hiccine *J* edibus *BE*

eicier *Fleckeisenus, cui adversatur Spengelius T. M. Pl. p. 224* 128. Promerenti, P *ex* ₽ *ras. E* hocin *Bothius:* hoccine *libri, nisi quod* h *om. E* p̄tii *BE.* precii *DJ* 129. mala es *et* bona es *libri*

130. nunciam *Pylades, Bockschius 'de casuum ap. Pl. et Terentium attractione' (diss. Vratisl. a. 1865) thes. 3, Muellerus Pros. Pl. p. 626:* nam iam *libri.* namque iam *Guyetus, Gertzius.* nam actutum *Fleckeisenus.* iam modo *Schoellius coll. Truc. II 4, 89* 131. ad tres uiros *DE* (t *s. v.).* adtres uiros *BJ* urāq *BDE.* uestraque *ex* utramque *J*

132. faxo, o *in* a *mutata ut vid. D* teperdam *ex* tepredam *J* *V. 133—137 spurios esse dicit Muellerus Pros. Pl. p. 626* 133. *Bacchiacum versum esse volunt Fleckeisenus et Lachmannus cum B. G. Wolfio de cant. in Rom. fab. p. 32: quod reiecerunt Spengelius de cret. p. 21, Seyffertus de bacch. p. 16, Christius Act. acad. mon. cl. philol.-hist. a. 1871 p. 67. Suspectus est et fortasse aliunde translatus* Per lecebrę *BDJ.* Perlecebre *E: et* perlecebrae *et* pellecrebre *Nonii codd. ut vid.*

pernities *ex* permities D^3. permities BD^1E. ꝑ micies *J.* permitiis *Nonius et in lemmate et in versu: formam quae est* permities *etsi multi defendunt, Plautinae tamen aetatis esse non putamus* adolescentium *J*

Nám mare haud ést mare, uós mare acérrumum.
Nam ín mari répperi, híc elauí bonis.
Íngrata atque ínrita esse ómnia intéllego
Quaé dedi et quód bene féci: at posthác tibi
Mále quod potero fácere, faciam méritoque id faciám tuo.
Égo pol te redigam eódem unde orta's, ád egestatis términos.
Égo edepol te fáciam, ut quae sis núnc et quae fuerís scias.
Quaé prius quam istam adii átque amans ego ánimum meum isti dédidi,
Sórdido uitam óblectabas páne in pannis ínopia:
Átque ea si erant, mágnam habebas ómnibus dis grátiam.
Éadem nunc, quomst mélius, me quoius óperast ignorás, mala.
Réddam ego te ex ferá fame mansuétem: me spectá modo.

135. Elauere, *quod alibi quoque apud poetam exstat, Frontoni p. 64 ed. Nab.* 'uerbum Plautinum' *est* 145. *Nonius p. 483, 8:* mansuetem (mansuete et mansues *libri)* pro mansuetum, ut sit nominatiuus 'mansues'. Plautus Asinaria: 'reddam ... mansuetem'

---

134. Tam *Sauppius Epist. crit. ad G. Hermannum p. 71* haut *E* mare est *JF* acerrimum *E* 135. inmari *BDE* repperi rem *Lingius ap. Hermannum* elaui, a *ex* e *D.* celaui *JF* 136. Ingrata *ex* Ingrã *D* atquę irrita *J* inrata *Bothius* ellego *intercidit in J* 137. Quę *BDEJ* benefici *Z: corr. Pius* boni feci *Lachmannus coll. Bacch. v. 554 sq.: ita qui scribit, ei etiam v. 138* male *in* mali *corrigendum est* ac *B* post hac *BDE.* post hanc *J* at ego posthac *Lingius ap. Hermannum, Lomanus spec. crit. p. 14* tibi *interc. in J* 138. Malạe *D* facere fatiam *E* 139. 140. *Alter horum v. parallelus vid. esse* 139. eosdem *deleto post* orta's *commate Acidalius ex vet. ed.* orta es *(pro* e *m.*[1] *al. litt. scriptura fuerat) E.* orta *D.* orta es *reliqui* adegestatis *E* 140. te *om. F* fatiam *E* quę *BDEJ utroque loco* et *om. F* 141. Quę *BDEJ* priusquam *J* amans, *priore* a *ex* e *D* dedidi *Lachmannus:* dedi *libri* sti dedi *interc. in J* istam adii atque amens *Bothius ex Barthii Adv. V 9 et Guelferb. codd. idemque Reinius Quaest. Pl. p. 8.* istanc adii atque amens *Fleckeisenus Exerc. cr. p. 11* ego adii istam atque amans m. a. i. d. *Fleckeisenus in edit.* ad istanc adii amans ego atque m. i. a. d. *Muellerus Pros. Pl. p. 701.* ad istam adii atque amans m. a. i. d. *Langenus p. 102,* prius quam *faciens trisyllabum* 142. ablectabas *E* inpannis (in pannis *B,* inpanis *E,* in panis *FZ)* inopia *libri.* inpannis inopia *Lipsius Ant. lectt. V 13, adiectivum* inpannis *fingens.* in pannis inopibus *Reinius Quaest. Pl. p. 8. Fortasse* in *delendum est Lacunam post h. v. statuit Acidalius* 143. Atquẹ *J* Atque *del. Weisius* magnam ... gratiam *Reinius Quaest. Pl. p. 8, Lindemannus ad Amphitruonem p. 17, Bentleius, Reizius:* magnas ... gratias (gracias *J) libri* diis *J* 144. cum est *BDEJ* cuius *libri* opera est *B(s. a ras.) EJ.* opera es, es *ex* ē *D* 145. ex feram *bonorum Nonii codicum pars* mansuetem *Nonius,*

Nám isti quod suscénseam ipsi níhil est: nil quicquám meret.
Tuó facit iussú, tuo inperio páret: mater tu éadem era's.
Té ego ulciscar, té ego ut digna's pérdam atque ut de mé meres.
Át scelesta uíden ut ne id quidem mé dignum esse exístumat
Quém adeat, quem cónloquatur quoíque irato súpplicet?
Atque eccam inlecebra éxit tandem: opínor hic ante óstium
Meó loquar modo quaé uolam, quoniam íntus non licitúmst mihi.

CLEAERETA. ARGYRIPPVS

Cleaereta

Vnum quodque istórum uerbum númmis Philippis aúreis
Nón potest auférre hinc a me, sí quis emptor uénerit:

---

152. *Nonius p. 478, 26:* uolam pro uelim ... Plautus in Asinaria: '... uolam quoniam *(quo Bambergensis)* intus non licitum est mihi'. *Cf. supra testimonia ad v. 109*

---

unde pendent E^3F *cum aliis deterioribus libris:* mansuetam *BDEJZ*

146. quod *Acidalius:* quid *libri, nisi quod ex* quidẽ *ras. E* succenseam *libri* nichil est *EJ* nihil *BD.* nichil *EJ* 147. *Alt.* tuo *ex* tu *J* imperio *libri* era es *BDE.* hera es *JFZ* 148. Te ego pol *F* digna es *libri* dememeres *ex* demeres *(me s. v.) B.* de me meres, me *m.*[3] *in 3—4 litt. spat. E* 149. existimat *BEJ.* existimat *ras. ex* existimant *D* 150. conloquatur *ex* conlocatur *D.* colloquatur *J.* conlocatur *ex* conloquatur *E.* conlocatur *B* cuique *libri* 151. illecebra *J* *Exspectaveris* excetra *potius quam* inlecebra exit *ex* exiit *ut vid. ras. J.* exiit *EZ: corr. Pylades* oppinor *DE.* opinior *J.* opperior *Sambucus* huc *Bothius cum* exit *iungens* hostium *DJ* 152. loquar modo *Weisius, Fleckeisenus:* modo loquar *libri* quę *BDEJ* uolam ego quom *Ritschelius Prol. p. 150,* uolupest quom *Lachmannus, non transponentes* ulam *Kochianum (Nov. ann. vol. 101 a. 1870 p. 685) nihil est* meo modo quae uolam loquar quoniam *Hermannus* non licitum est *BDE, Nonius.* non licitũs est *J* michi *EJ*

Act. I Sc. 3 LENA CLER*(R ex corr. m.*[2]*)*ET*(post* T *una litt., fort.* R, *er. m.*[2]*)*A ADOLESCENS ARGIRIPPVS· *B.* leęna cleereta *(secunda e s. v.)* ad olescens ARgiPPVS· *(priore* P *et male et melius picta) E.* LENA CLEERETA ADOLESCENS ARCYRIPPVS *J.* LENA CLEREA ARGI *D* 153. Vnum *(n s. v. m.*[2]*)* quodque *(d s. v.) B.* num quodque *c. spat. init. D (*d *s. v.) E.* Vnum qquę *J* Philippis *Reizius, Fleckeisenus:* philippeis *BDEF.* phylippeis *J.* philipeis *Z* 154. ame *BDEJ* siquis *DEJ*

Néc recte quae tu ín nos dicis, aúrum atque argentúm merumst.
Fíxus hic apud nós est animus túos clauo Cupídinis.
Rémigio uelóque quantum pótis es festina ét fuge:
Quám magis te in altúm capessis, tam aéstus te in portúm refert.

ARGYRIPPVS

Égo pol istum pórtitorem príuabo portório.
Égo te dehinc, ut mérita's de me et meá re, tractare éxsequar,
Quóm tu med ut méritus sum non tráctas atque eicís domo.

155. 156. *Nonius p. 344, 1:* merum est solum . . . Plautus in Asinaria: 'aurum . . . Cupidinis' 157. *Nonius p. 307, 32:* fuga item dicitur nauigatio . . . Plautus in Asinaria: 'remigio . . . fuge'
158. *Nonius p. 247, 11:* aestus marini impetus uel commotiones . . . Plautus in Asinaria: 'quo magis . . . refert'. — *Servius in Verg. Aen. XI 627:* aestu reuoluta resorbens saxa fugit] aestus proprie est maris incerta commotio crescentis et decrescentis, unde aestuaria dicta. Plautus in Aulularia: 'quo magis . . . referet'. — *Nonius p. 266, 14:* capessere immittere. Plautus in Asinaria: 'quo magis . . . refert'. — *Idem p. 381, 33:* referre reuocare . . . Plautus in Asinaria: 'quo magis . . . refert' 159. *Nonius p. 24, 13:* portitores dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitentur, ut ex eo uectigal accipiant . . . Plautus Asinaria: 'ego pol . . . portorio'

155. quę *BDEJ* Quae tu nec recte *Hermannus* innos *EJ* atquę *J* merum est *J, Nonius* 156. est *postea ins. D, om. Nonius, unde* Fixust *Sauppius Epist. crit. p. 65* tuus *libri cum Nonio* dauo *D.* clauost *Bothius, Hermannus* copidinis *EZ* 157. potis es *Guyetus in manu scripto ad Nonium commentario, Fleckeisenus:* potes *Nonius,* poteris *libri.* potis est *Taubmannus, Sauppius* 158. quo *Nonius ter, Servius* inaltum *BDEJ, om. Nonius p. 381* quo magis in altum te *Nonius p. 266.* Quam mage in altum te *Bothius.* Quo te in altum mage *Sauppius.* Quam te in altum magis *Muellerus Pros. Pl. p. 736 adn. 1* capes sis *B.* capessas *Nonius p. 247* tam *Nonius ter et Servius om.* ęstus *DJ.* estus *E* te *abesse velit Quicheratius ad Nonium p. 247* inportum *EJ* referet *Servius* 160. Pgo *E* de hinc *BE* merita es *libri* deme *DJ* retractare *E* exequar *EJ*
V. 161 D exhibet post 177, sed huc eum pertinere signis adpositis (quae quo spectarent binis lineolis planius reddidit D³) indicavit ipsa D¹
Quoniam *JF, Fleckeisenus* med *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me *libri* me uti *Lachmannus, Spengelius p. 229* atque *Lachmannus:* quae *vel* quę *libri.* quae me *Fleckeisenus* *Ras. unius litt. ante* eicis *D* eicias *Bothius, Ritschelius l. s. s.* domo *m.² ex* dono *J*

CLEAERETA

Mágis istuc percípimus lingua díci quam factís fore.

ARGYRIPPVS

Sólus solitúdine ego ted átque ab egestate ábstuli:
Sólus si ductém, referre grátiam numquám potes.

CLEAERETA

Sólus ductató, si semper sólus quae poscám dabis.
Sémper tibi promíssum habeto hac lége, dum superés datis.

ARGYRIPPVS

Quíd modist dandó? nam numquam tú quidem explerí potes.
Módo quom accepisti, haúd multo post áliquid quod poscás paras.

CLEAERETA

Quíd modist ductándo, amando? númquamne explerí potes?
Módo remisistí, continuo iam út remittam ad té rogas.

ARGYRIPPVS

Dédi equidem quod mécum egisti.

CLEAERETA

Et tíbi ego misi múlierem.
Pár pari datum hóstimentumst, ópera pro pecúnia.

---

172. *Nonius p. 3, 27:* hostimentum est aequamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt. Plautus in Asinaria: 'par pari . . . pecunia'. — *Idem p. 528, 27:* quotiens genere neutro plurali numero opera legimus, significantur fabricae . . . cum genere feminino numero singulari, intellegendum aut opus uel labor pro mercede sumpta. Plautus in Asinaria: 'par pari . . . pecunia'.

---

162. percipimus c *E*, c *del.* 163. ego datque *corr. in* ego ted atque *B*. ego te datque *D*. ego te datque, d *er. E*. ego te atquę *JFZ* abegestate*EJ* ab *delendum censet Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 25* 164. Solus nisi *Balbachius obs. crit. p. 6* ductem, c *pro* o *ex ras. D* retfferre, *priore* f *male scripta et deleta E* grã *E* potes *ex* potest *ras. B.* potess, *priore* s *male scripta et deleta E* 165. quę *DEJ*. que *B* poscam dabis, scam dabis *in lit. D.* postquam dabis *J* 166. habeto, t *s. r. B* datis, a *ex* e *D* 167. Quid modist dando *Fleckeisenus,* dando *iam Acidalius:* Qui modus dandi *libri; cf. Goellerus ad Truc p. 82* 168. *Post* Modo *scripsit et expunxit* remisisti continuo *E* quom *Pylades:* quod *libri, Goellerus l. s. s.* accepsti *scribens* haut *E* postas *J* 169. Quid modi est *J* ductandi, amandi *Gulielmius* numquam ne *BDEJ* *Coniecit quidam* numquam tu . . . potes *congruenter versui 167* 170. redemisisti *J* adte *BJ. idem ex* atte *D* 171. De die quidem *D* (Dedie) *E* aegisti *J*
172. datum est hostimentum *Servius.* hostimentum datum est (est

Argyrippvs

Mále agis mecum.

Cleaereta

Quíd me accusas, sí facio officiúm meum?
Nám neque fictum usquámst neque pictum néque scriptum in poématis,
Vbi lena bene agát cum quiquam amánte, quae frugi ésse uolt.

Argyrippvs

Míhi quidem te párcere aequomst tándem, ut tibi durém diu.

Cleaereta

Nón tu scis? quae amánti parcet, éadem sibi parcét parum.
Quási piscis itidémst amator lénae: nequamst nísi recens.
Ís habet sucum, is suáuitatem: eum quóuis pacto cóndias

— *Servius in Verg. Aen. IV 424:* hostem superbum] . . nonnulli . . iuxta ueteres hostem pro hospite dictum accipiunt. Plautus in Curculione . . idem in Cistellaria: 'datum est . . . pecunia'. — *Osbernus p. 271:* hostio . . . unde . . . hoc hostimentum .ti id est aequalitas uel, ut alii uolunt, lapis quo pondus exaequatur in libra; unde Plautus: 'par pari datum hostimentum est opera perpetua'. — *Ad hunc versum Loewius Prodromi p. 258 rettulit glossas:* hostimentum: aequamentum *et* hostimentum: lapis quo pondus aequatur *(scr.* exaequatur*), quarum altera ex Nonio fluxisse, altera pars eius esse videtur, quam infra afferemus ad v. 377* 174. *Nonius p. 308, 34:* fingere effigiare uel formare et facere . . . Plautus in Asinaria: 'nam nec . . poematis'. — *Idem p. 493, 6:* poematorum pro poematum . . . Plautus Asinaria: 'nam nec . . . poematis' 179. 180. *Osbernus*

p. 528 om.) Nonius bis hostimentū st *B.* hos timentust *E.* hos timentum est *J* ꝑpecunia, pe *s. v. add. m.*² *ut vid. B* 173. agis *ex* magis *ut vid. J* fatio, f *e corr. B* offitium *B* 174. Nāque *E.* Namque, *s. v. m.*² t neque *J.* Nanque neque *F* nec *Nonius bis* fictum usquam est nec *Nonius p. 308 (*f. unquam est neque *idem p. 493), unde E*³ *Z (*hic est usquam fictum*) correcti sunt:* usquam *B D E J F* nec *ante* scriptum *Nonius p. 308* inpoematis *E J* 175. Lena ubi *Bothius* qui quam *ex* quidquam *ut vid. J* quȩ *B D E J* 176. *Pers. om. libri: add. Scutarius* *Inde a* quum *(*aequum*) versus in J legi potest* Michi *E* aequomst, m *s. v. D.* equomst *E.*]quum est *J* tandem ut, dem ut *e corr. D* tamen *Lachmannus: cf. Langenus p. 88 sqq.* 177. *Pers. om. libri, add. Scutarius* *Inde ab* et *(*parcet*) J legi potest* quȩ *E.* que *D* parum, a *ex* u *D* ***Post h. v. exstat 161 in D: cf. supra*** 178. Quasi pisc *interc. in J* itidē st *B.* itidem est *J.* ut idemst *E* lenȩ *J.* lȩne *D.* laene *B.* lene *E* nequam est *libri* *Post* recens *ras. in J* 179. Is ha *interc. in J* succum *J* quo uis *B E J* *Post* pacto *del.* iubet *E* *Hic et in versu qui sequitur primus recte interpunxit Acidalius*

Vél patinariúm, uel assum uórses quo pactó lubet.
Ís dare uolt, is se áliquid posci: nam íbi de pleno prómitur,
Néque ille scit quid dét, quid damni fáciat: illi reí studet:
Vólt placere sése amicae, uólt mihi, uolt pédisequae,
Vólt famulis, uolt étiam ancillis: ét quoque catuló meo
Súbblanditur nóuos amator, se út quom uideat gaúdeat.
Véra dico: ad suóm quemque hominem quaéstum esse aequomst cállidum.

ARGYRIPPVS

Pérdidici istaec ésse uera dámno cum magnó meo.

CLEAERETA

Si écastor nunc hábeas quod des, ália uerba praéhibeas:
Núnc quia nihil habés, maledictis te eám ductare póstulas.

ARGYRIPPVS

Nón meumst.

CLEAERETA

Nec meúm quidem edepol, ád te ut mittam grátiis.

---

p. 438: patinarius .a .um in patina coctus; unde Plautus: 'quo **pacto eum condias uel patinarium uel assum**'

---

180. Vel pat *interc. in J* *Prius* uel *mire collocatum est* uelas sum *B* uerses *libri* pacto lubet, cto lu *ex corr. D* iubet *E* 181. Is dare *interc. in J* isse *BJ.* ipse *F* ibi *Bothius ex mscr. Barthii Adv. VIII 9:* ubi *libri* depleno *BD* 182. qui id *priore loco JF* dāni *ex* dā ni *B.* dam ni *E.* dampni *J* fatiat *B* soli ei rei *Lachmannus.* uni rei *Schoellius* 183. ..lt *J* se se *E* amicę *DJ.* amice *BE* uolt michi *E.* mihimet uolt *Fleckeisenus* pediseque *D, Pylades:* pedisaequę *ex* pedis aequę *B.* pedisseque *E.* pedisse quę *J.* pedissequae *FZ (-ę)* 184. Volt *interc. in J* uolt ancillis et quoque etiam catulo meo *Gulielmius.* ancillis uolt et quoque etiam c. m. *Fleckeisenus* et coquo et catulo meo *Gruterus.* *Aut* etiam catulo quoque meo *aut* catulo quoque etiam meo *anonymus in Leutschii Ind. phil. vol. 2 (a. 1870) p. 393. Simplicius poterant* et meo catulo quoque. *Ribbeckius coll. Vahleno in Ind. Berol. a. 1880 p. 6 sqq.* id quoque iam: 185. S *interc. in J* nouus *ex* nouos *D²* cum *J.* quē *E* 186. *Ex hoc v. interpolatum esse Truc. II 4, 62 dicit Spengelius* suum *libri* quęstum, ˜ *del. E.* questum *BDJ* equomst *E.* aequum est *J* 187. Perdidici, ci *ex* sti *D* istec *DJ.* istec *E* dampno *J* 188. Sic castor *EJZ: corr. Hermolaus* praehibeas *Passeratius apud Dousam:* perhibeas *BDF.* prohibeas *EJZ* 189. nichil *EJ* tu eam *Z.* meam *Gulielmius* postulas? *Fleckeisenus* 190. meum (mecum *J. idem e corr. B*) est *libri* alte *BDEJ* gratiis *Camerarius, Bentleius:* gratis *libri*

Vérum aetatis átque honoris grátia hoc fiét tui:
Quía nobis lucró fuisti pótius quam decorí tibi,
Sí mihi dantur dúo talenta argénti numerata ín manum,
Hánc tibi noctem honóris causa grátiis donó dabo.

ARGYRIPPVS

Quíd, si non est?

CLEAERETA

Tíbi non esse crédam: illa alio ibít tamen.

ARGYRIPPVS

Vbi illaec quae dedi ánte?

CLEAERETA

Abusa: nám si ea durarént mihi,
Múlier mitterétur ad te néc te quicquam póscerem.
Sólem lunam nóctem diem ignem aquam, haéc argento nón emo:
Cétera quae solémus uti Graéca mercamúr fide.
Quom á pistore pánem petimus, uínum ex oenopólio,

---

196. 197. *Nonius p. 76, 26:* abusa utendo uel in usum consumpta. Plautus Asinaria: 'ubi illa . . . pascerem' 199. *Servius in Verg. Aen. II 106:* artisue Pelasgae] ars τῶν μέσων est: ideo adiecit 'Pelasgae' hoc est malae; fraudulenti enim sunt habiti, ut Plautus: 'graeca mercamur fide' 200. *Osbernus p. 115:* coenopolium .lii id est cellarium, ubi poliuntur id est ornantur cibi; unde

---

191. etatis *E* atquȩ *J* *V. 192 et 194 obelo notat Guyetus, 193 sqq. mire interpretatur Lingius in Guentheri et Wachsmuthii Athenaeo t. 3 (a. 1818) p. 13 sqq.* 193. Sic *J* $\overset{1}{\text{m̄}}$ *E* dantur *om. JF* munerata *J* inmanum *DJ* 194. gratiis *Camerarius, Bentleius:* gratis *libri* 195. credam illa? *BDEJ* 196. illȩc *DJ.* illa ȩc *E.* illa *Nonius* quȩ *DEJ* *Pers. om. E, Nonius* *Post* abusa *personae spatium (novem fere litterarum) vacuum B* nam si] nimis *Nonius* ea *om. Z: add. Hermolaus* michi *E* 197. adte *BDJ* nec te *Nonius:* numquam *libri* pascerem *Nonius* *Post hunc v. nonnulla intercidisse suspicatur Acidalius* 198. *Sic scripsimus et hiatu et collocatione (cf. Merc. v. 13 sq.) offensi:* Diem aquam solem lunam noctem *libri* hęc *E.* haec sola *Muellerus Pros. Pl. p. 544* argentū, ū *in ras. m.*[3] *E.* argentum, t o *m.*[2] *s. v. J* ęmo *D* 199. Caetera *B: cf. Wagnerus Mus. Rhen. vol. 22 (a. 1867) p. 425* quȩ *E(ex* quę*)* *JZ.* que *DF.* quaequae *Scaliger, Lingius l. s. s. p. 16.* quaeque *Camerarius.* quae nos *Fleckeisenus.* si quae *Muellerus Pros. Pl. p. 13* solemus *LG:* uolumus *libri* greca *BDEJ* 200. um, *ut litt. init. interciderit J* apistore *BDEJ* in noū *E* exoeno polio *D.* exoenopolio, no *s. v. B.* excenopolio *EJ.* a coenopolio *Osbernus*

Si aés habent, dant mércem: eadem nós discipulina útimur.
Sémper oculataé manus sunt nóstrae, credunt quód uident.
Vétus est: 'nihili cóctiost', scis cúius: non dico ámplius.

ARGYRIPPVS

Áliam nunc mi orátionem déspoliato praédicas,
[Longe aliam, inquam, praebes nunc atque olim quom dabam]
Áliam atque olim, quom ínliciebas me ád te blande ac bénedice.
Túm mi aedes quoque ádridebant, quom ád te ueniebám, tuae.
Me únice unum ex ómnibus te atque íllam amare aibás mihi.
Ýbi quid dederam, quási columbae púlli in ore ambaé meo
Ýsque eratis: meó de studio stúdia erant uostra ómnia.
Ýsque adhaerebátis: quod ego iússeram, quod uólueram,
Fáciebatis: quód nolebam ac uótueram, de indústria

---

et Plautus: 'cum panem et uinum petimus a coenopolio'. *Osberno vel eius fonte usus est Hugutio, ut nihili sit quod graecum vocabulum Du Cangius Henschelii t. 2 p. 416ª ex eius verbis elicuit* κοινοπώλιον 203. coctio] *glossas quae huc spectare possunt collegit Loewius Prodromi p. 285: ceterum cf. praefatio*

---

201. Si ęs *D.* Si es *B.* Si es, i *m.*³ *add. E* mercedem *F* discipulina *Fleckeisenus (cf. Misc. crit. p. 34):* disciplina *libri* 202. occulatę *B.* occulatę *(a s. v.) ex* obcultę *D*². occultatę, ta *m.*² *s. v. J.* occultate *E* sunt manus *JF* nostrę *BE* 203. nichili *EJ.* mihi nihili *F.* nihil *D* coctiost *(qua de forma cf. praefatio) Fleckeisenus:* coactio est *EJFZ.* coætiost *D.* coaetio ē *B.* cocio est *Lambinus itemque nisi quod* cotio (= arillator) *scribit Erasmus Adagiorum epit. (p. 186 ed. Lips. a. 1696).* cotio (= cautio) est *Muretus Var. lect. IX 11.* cunctio est *Scaliger* vetus est, nihili est, cocio est *Doederleinus Synom. VI p. 69* scis cuius (cuius? *BDJF) corruptum est:* sist caecus *Lambinus; an* luscinus *coll. Plinio N. hist. XI 150 (t. II p. 189, 3 ed. Dctl.)?* dicom *E* 204. Alia *E* mihi (michi *EJ) libri* dispoliatio *J* *Ante* predicas *ras. J* p̃dicas *B.* predicas *E* 205. *Versum del. Fleckeisenus* longe aliam te praebes *Lambinus* alia *J* aliam mihi *Parcus, Reizius* p̃bes *B.* prebes *EJ* atquę *J* cum dabās *J* 206. atquę *J* cum *J* illiciebas *J.* illitiebas *E* adte *DE. idem ex* adme *m.*² *J* 207. mihi (m̄ *E,* michi *J) libri* ędes *E* arridebant *BDEJ* cum *libri* adte *BDEJ* tuę *EJ* 208. atquę *J* aibas *Bothius:* aiebas *libri* (agebas *F)* michi *EJ* 209. quid *ex* quidem *E* columbę *DJ.* columbe *BE* polli, u *s.* o *m.*² *J* inore *BDEJ (an* more?) ambę *E.* ambo *J* 210. Vsquę *J* destudio *DJ* ura͡ *J* 211. Vsquę *J* adherebatis *BDEJ* 212. Fatiebatis *E* quod *s. v. m.*² *J* aut *JF* uotu eram *E.* uetuerā *m.*² *ex* uotu erā *ut vid. B.* uetueram *J*

Fúgiebatis néque conari id fácere audebatís prius.
Núnc neque quid uelím neque nolim fácitis magni, péssumae.

Cleaereta

Nón tu scis? hic nóster quaestus aúcupi simíllumust.
Aúceps quando cóncinnauit áream, obfundít cibum.
* aues
Ádsuescunt. necéssest facere súmptum qui quaerít lucrum.
Saépe edunt: semél si captae súnt, rem soluont aúcupi.
Ítidem hic apud nos: aédis nobis áreast, aucéps sum ego,
Escast meretrix, léctus inlex ést, amatorés aues.
Béne salutandó consuescunt, cónpellando blánditer,

216—218. *Nonius p. 43, 18:* concinnare est facere . . . Plautus Asinaria: 'auceps . . . cibum'. — *Osbernus p. 541:* assesco . . . id est saepius sedere; unde Plautus: 'auceps quando concinit area effundit cibum, aues assescunt'. — *Idem p. 58ᵇ:* assescere assidere. Plautus: 'aues assescunt' 221. *Festus Pauli p. 113, 6:* inlex producta sequenti syllaba significat qui legi non paret, inlex correpta sequenti syllaba significat inductor, ab inliciendo. Plautus: 'esca . . . inlex'. — *Osbernus ex Paulo hauriens p. 305:* illex .cis id est ille qui aliquem inducit in fraudem, quod etiam absolute pro fraudulentus dicitur; unde Plautus: 'esca . . . pectus illex' 221. 222. *Osbernus p. 541:* consesco id est saepe sedere; unde Plautus: 'aues bene salutando consescunt' 222. Blanditer *hinc excerptum in glossario Plautino: cf. Ritschelii Opp. phil. t. II p. 234. 241* 222. 223. *Nonius p. 186, 10:* uinnulum sensi locum *(sic libri: substitui solet* sensiloquum, *quod non magis intellegimus. Nullius usus est quod codicum Leidensis 67 F et Monacensis cuiusdam glossarium Nonianum exhibet* uinnulum: delectabile*)*, id est illecebrosum. Plautus

---

213. coronari, ro *cr. D.* coronari *EJ* *Non obloquemur, si cui v. 209 sq. fusius explicari vel circumscribi videantur versibus 211—213*

214. Nunc *om. J* neque *J bis* neque quid nolim *Muellerus Pros. Pl. p. 149* *Pro* magni *magis placeret* nauci pessumę *J.* pessimę *BD.* pessime *E* 215. hinc *E* quęstus *D.* questus *BEJ* aucupii *BDE.* autupii *J* simillimus est *libri* 216. concinauit *BEJZ* archam *E* offundit *BD(priore* f *m.³ ex* s*)EJ, Nonius:* effundit *Osbernus, E³FZ* 217. 218. *Ita Fleckeisenus: uno versu comprehendunt libri* aues *del. Reizius* aoes *E* aues suescunt *Hermannus, Lingius l. s. s. p. 17* assescunt *Osbernus* necesse est *libri* fatere *E* quęrit *BJ.* q̃urit *E.* querit *D* luchrum *J* 219. Sepe *BDEJ* captae sunt *Gruterus:* sunt captae *libri (captę BD.* capte *E)* soluunt *libri* 220. Ititidem *BD* ędis *BJ.* edis *E: cf. Lachmannus in Lucr. p. 265* area est *libri* ego sum *F* 221. Esca est *libri (*Aesca *J), Paulus* pectus *Paulus* inlex, in *s. v. D.* illex *J.* illix *E³, ex Nonio p. 446, 32 ut vid.* 222. com-

Ósculando, orátione uínnula, uenústula.
Sí papillam pértractauit, haúd id est ab re aúcupis.
Sáuium si súmpsit, sumere eúm licet sine rétibus.
Haécine te esse oblítum, in ludo quí fuisti tám diu?

ARGYRIPPVS

Túa ista culpast, quaé discipulum sémidoctum abs te ámoues.

CLEAERETA

Rémeato audactér, mercedem sí eris nactus: núnc abi.

ARGYRIPPVS

Máne, mane, audi: díc, quid me aequom cénses pro illa tíbi dare,
Annum hunc ne sit cúm quiquam alio?

CLEAERETA

Túne? uigintí minas:
Átque ea lege, si álius ad me príus attulerit, tú uale.

ARGYRIPPVS

Át ego est etiam priús quam abis quod uólo loqui.

Asinaria: 'compellando ... uenusta'. — *De Isidori loco, qui huc spectare cuipiam videatur, cf. praefatio.* — *Osbernus p. 610:* uineus ... id est uino inbutus, quod etiam uinulus dicitur; unde Plautus: 'oratione ... uenustula'. — *Idem p. 604:* uenustulus ... id est aliquantulum uenustus; Plautus: 'oratione uenustula'

---

pellando *BDJ, Nonius.* c̄pleblando, *altera* 1 *s. v. scripta E* 223. Auscultando *datiuum in sequentibus restituens Acidalius* oratione, e *ex* ē *ut videtur correcta D* uinula *Osbernus: cf. praefatio.* uinnula atque *F* uenusta *Nonius* 224. pertractauit *Camerarius:* pertractabit *BDFZ.* per tractabit *E.* pertractabit *ex* pertractabat *J* haud id *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 71:* haud *BDJFZ.* haut *E* abre *BDEJ* 225. sump sit *E* 226. Hęccine *BJ.* Hęc cine *DE* inludo *EJ* tamdiu *E* 227. culpa est *libri* quę *DEJ.* quaę *B* abste *BDJ* semoues *Z: corr. Pylades* 228. nanctus *Fleckeisenus* albi *J* 229. aequum *BJ.* equum *DE* 230. Animum nunc *Z: corr. Scutarius* ne sit cum quiquam alio *Fleckeisenus:* ne cū quiquam (ne cūquiquam B^2) alio sit *B.* ne cūquiquam (*ex* ne cū quiquam *D*) alio sit *DJ* (cum quiquam). necum quicquam (c *er.*) alio sit *E.* ne cum quiquam alio sit *JFZ.* cum quiquam alio ne sit *Hermannus* tune? B^2. tu ne *E.* tene *Camerarius* uinginti *ex* uiginti *J* ? *post* minas B^1DE 231. ADOL *er.* D^2. *Pers. nomen quod scripserat rubricator er. B* Atquę *J* adme *B* adtulerit *BD* valde, d *er. D* 232. *Pers. praef.* B^2D^2 Ad *E* priusquam *J*

CLEAERETA

Dic quód lubet.

ARGYRIPPVS

Nón omnino iám perii: est relícuom quo pereám magis.
Hábeo unde istuc tíbi quod poscis dém: sed in legés meas
Dábo, uti scire póssis, perpetuom ánnum hunc mihi uti séruiat
Néc quemquam interea álium admittat prórsus quam me ad sé uirum.

CLEAERETA

Quín si tu uolés, domi serui quí sunt castrabó uiros.
Póstremo ut uolés nos esse, sýngraphum facito ádferas.
Vt uoles, ut tíbi lubebit, nóbis legem inpónito:
Módo tecum una argéntum adferto: fácile patiar cétera.
Pórtitorum símillumae sunt iánuae lenóniae:
Si ádfers, tum patént: si non est quód des, aedes nón patent.

ARGYRIPPVS

Ínterii, si nón inuenio ego íllas uigintí minas:
Ét profecto, nísi illud perdo argéntum, pereundúmst mihi.
Núnc pergam ad forum átque experiar ómnes omni cópia:

---

238. *Osbernus p. 258:* hoc syngrapha indeclinabile, id est nota in aliqua re confirmanda facta; unde Plautus in Asinaria: 'postremo ut uoles syngrapha facito'

---

quid *J* lubet *legi nequit in J.* iubet *E* 233. reliquum *libri: quadrisyllabum esse perspexerunt Bothius et Fleckeisenus Exerc. cr. p. 13* quo *BD:* quod *EJFZ* 234. tibi *om. JF* set *E* inleges *DEJ* eas *Langiani, Gulielmius, Scaliger* 235. ὀβελίζει *Guyetus* uti *Camerarius:* ut *libri* poscis *Z: corr. Hermolaus* perpetuum *libri* m̄ *E.* michi *J* mi hunc ut *Hermannus* 236. quenquam *J*
238. syngraphum *Saracenus:* syngrapham *BDFZ.* singrapham *E.* singrapha *J, Osbernus* fatito *BD* ad feras *DE.* afferas *J* 239. noles *E* ludebit *E* imponito *EJ* 240. adferito, i *er. B.* afferto *J* cętera *BDEJ* 241. *Pers. Argyrippi, quam libri omnes tuentur, del. Lambinus: cf. v. 243* simillumę *J.* simillume *E* ianuę *E* lenonię *J.* lenonie *E.* lenoniae, n *priore s. v. B* 242. affers *J* cum *E* patent, n *s. v. D* quod /// des, est *er. J* edes *E.* *om. JF* 243. *Pers. add. Lambinus: om. hoc loco libri* 244. nisi *ex* nihil *D* argento *J* pereundum est *libri* m̄ *E.* michi *J* 245. adforum *D. idem ex* adferam *J* experiar *ex* experiat *J* omnes *LG:* opibus *libri* opibus omnibus copiam *Palmerius*

Súpplicabo, exóbsecrabo, ut quémque amicum uídero.
Dígnos indignós adire précibus decretúmst mihi:
Nám si mutuás non potero, cértumst sumam fénore.

---

247. *Nonius p. 296, 1:* experiri tentare . . . Plautus in Asinaria: 'dignos . . . mihi' 248. *Nonius p. 439, 14:* mutuum a fenore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fenus cum usuris sumitur: et est quasi accepti fetus, unde et fenus dictum est, ut graece τόκος, quasi partus mutui sumpti. Plautus Asinaria: 'nam si . . . fenore'

---

247. indignos *om. Nonius* precibus decretumst mihi *LG, atque* precibus *exempli causa:* atque experiri *(ex v. 245 illatum est:* a. experire *EJZ)* certumst *(in* certūst *vid.* ˜ *al. atram. add. esse B;* certum est *JFZ, Nonius)* mihi *(*m̄[1] *E.* michi *J) libri cum Nonio* stat mihi *Fleckeisenus.* certa rest *Langenus p. 92 defensis ceteris* 248. mutuo *Gulielmius* certum est *J, Nonius* ut sumam *F.* summam *Nonii nonnulli codd.* foenore *BDJ*

ACTVS II

LIBANVS

Hércle uero, Líbane, nunc·te méliust expergíscier:
[Átque argento cónparando fíngere falláciam.]
Iám diust factúm quom discesti áb ero atque abiisti ád forum.
[Ígitur inueniúndo argento ut fíngeres falláciam.]
Íbi tu ad hoc diéi tempus dórmitasti in ótio.
Quín tu abs te socórdiam omnem reícis, segnitiem ámoues
Átque ad ingeniúm uetus uorsútum te recipís tuom?
Sérua erum: caue tú idem faxis álii quod serui solent,
Quí ad eri fraudátionem cállidum ingeniúm gerunt.

Act. II Sc. 1 LIBANVS SERVVS *B(*B *ex* D*)EJ: om. D spatio uacuo relicto* 249. Liban. *praef. E* ercle *cum spat. init. E,* erche *item D* uero, e *ex* o *DE* ñ *vel* non te *EJFZ: corr. Pylades* melius t *J.* melius uel *EFZ: cf. Anal. Plaut. p. 96* 250. 252. *V. 250 eiciunt Bothius, Fleckeisenus, Muellerus, posteriorem damnat Guyetus; cf. Anal. Plaut. p. 99. Videtur uterque interpolatus esse: versuum 249. 251. 253 nexus optimus* 250. comparando *J.* cōparando *E* fingere *cretice dimetitur Wagnerus Mus. Rhen. vol. 22 (a. 1867) p. 118: cf. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 447* fingere te *Lambinus* fallatiam *BDE* *V. 251. 252 in marg. E exhibet* 251. diu est factum *BEJ.* diu es factum *D* quod *F.* cum *J* disesti *E* hero *J* abiisti *Camerarius:* abisti *libri* ad *om. JF* 252. *Cf. quae supra diximus* fallatiam *BD* 253. Ibitu *B* inotio *DE.* inocio *J* 254. Quintu *D* abste *BD* reicis, seguitiem amoues *Lambinus:* reice et segnitiem *(*segniciem *J)* amoue *libri, quod def. Muellerus Add. ad pros. Plaut. p. 5* 255. ad *s. v. D* ingenium, *alt.* i *pro* u *ut vid. ex ras. B* uersutum *libri* recipe te *Scaliger, Ussingius, qui v. 254 nihil mutant* tuum *libri* ad ingenium uetus uorsutum rusum *vel* ad uetus uorsutum ingenium rusum *Muellerus Pros. Plaut. p. 573* 256. ęrum *D.* aerum *E.* herum *J* iđe, id *ex* u *D* seruis olent *D* 257. Qui aderi *ex* Quiaderi *B.* Quia deri *D* heri *J*

Vnde sumam? quem ínteruortam? quo hánc celocem cónferam?
Ínpetritum, inaúguratumst: quóuis admittúnt aues.
Pícus et corníx ab laeua, córuos parra ab déxtera
Cónsuadent: certum hérclest uostram cónsequi senténtiam.
Séd quid hoc, quod pícus ulmum túndit? haud temeráriumst.
Cérte hercle ego quantum éx augurio hoc aúspicioque intéllego,
Aút mihi in mundó sunt uirgae, aut átriensi Saúreae.
Séd quid illuc, quod éxanimatus cúrrit huc Leónida?
Métuo quod illic óbscaeuauit meaé falsae falláciae.

---

258. *Nonius p. 532, 20:* celox est nauigium breue: dictum a celeritudine. Plautus in Asinaria: 'unde . . . conferam?'. — *Osbernus p. 85:* haec celox id est nauis. Plautus in Asinaria: 'quo . . . conferam?'. — *Idem p. 325ᵇ:* celox. Plautus: 'quo . . . conferam'
262. 264. *Nonius p. 414, 19:* temerarium sicut plerumque, a temeritate. temerarium metuendum et sollicitum. Plautus in Asinaria: 'sed . . . temerarium est'. Et in sequentibus: 'aut . . . Saureae'. — *Sauream* atriensem, *qualem infra et ipse se gerit et alii commemorant pluribus locis, appellat Servius loco supra ad v. 86 excitato*
266. *Nonius p. 145, 28:* obscaeuauit quasi scaeuum, malum omen obtulit (obtulit *scripsimus pro eo quod in libris est* abstulit*: vulgo* attulit*)*. Plautus in Asinaria: 'etuo cum . . . fallaciae'

---

258. sūma *E* quē *E.* quo *Hermannus apud Quicheratium* inter uortam *BD.* interuortiam *E* celo ēē *B* 259. Impetritum *D.* |tritum *J* inauguratū st *B.* inauguratust *EZ.* inauguratū est *J* quo uis *BDEJ* admittunt *FZ:* amittunt *BDEJ* 260. Picu *legi nequit J* et cornix *D* (i *in* e *mutata*) *J.* et cornex *BE.* cornix *Camerarius* ab laeua *Guyetus:* est ablaeua *BE.* est ablęua *D.* est ableua *J itemque fere FZ.* ab laeuast *Reizius* parra *B²:* porro *B¹DEJFZ* abdextera *B* dextera, *alt.* e *s. v. J* 261. Consua *legi nequit J* Consu adent *E.* consident *Bentleius* hercle st *BDE.* ercle est *J* urām *BDE.* uestram *J* 262. Set *E* tondit *E* haud *Nonius, unde F et Pylades:* non *BDEJZ. Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 4* non temerariū st *B.* nonte merariūst *D.* non temerarium est *J* temerarium est *Nonius* 263. ego *om. F* exaugurio *E* auguriod *Merula ad Ennium p. 204, Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 74* hoc *add. Hermannus: om. libri* auspicioque *Merula l. s. s. (cf. Annal. v. 81):* auspicii *BJFZ.* auspitii *DE.* eius pici *Gertzius: at veremur ut sic recte latine dicatur* augurium pici, cornicis, *sim.* auspico atque *Lingius de hiatu p. 62* intelligo *J* 264. michi *EJ* inmundo *BD* uirgę *DJ.* uirge *E* aut *s. v. m.² J* atriensi saureę *B².* atriensis aureae *D.* atriensis aureę *B¹E* 265. Set *J* examinatus *EZ* 266. etuo cum *fere libri*

LEONIDA. LIBANVS

LEONIDA

V́bi ego nunc Libanúm requiram aut fámiliarem fílium,
V́t ego illos lubéntiores fáciam quam Lubéntiast?
Máxumam praedam ét triumphum eis ádfero aduentú meo.
Quándo mecum páriter potant, páriter scortarí solent,
Hánc quidem quam nánctus praedam páriter cum illis pártiam.

LIBANVS

Íllic homo aedis cónpilauit, móre si fecít suo:
Vaé illi qui tam indíligenter óbseruauit iánuam.

LEONIDA

Aétatem uelím seruire, Líbanum ut conueniám modo.

---

268. *Donatus in Ter. Adelph. IV 7, 43:* ipsa si cupiat Salus seruare prorsus non potest hanc familiam] σωματοποιία. Plautus: 'lubentiorem te faciam quam ipsa lubentia est'. — *Ad hunc versum Placidi p. 62, 20 glossam* libentia: nomen fictum ab eo quod dicitur libet *referri posse vidit Hermannus Kettner Hermae vol. 6 (a. 1872) p. 170* 271. *Nonius p. 472, 9:* partiret pro partiretur ... Plautus Asinaria: 'hanc ... partiam' 274. *Nonius p. 72, 15:* aetate positum pro saepe ac diu. Plautus Asinaria ... idem eadem: 'aetatem ... modo'. — *Idem p. 270, 39:* conuenire uidere ... Plautus in Asinaria: 'aetatem ... modo'

Noniani: quom *probat Ussingius* obscaeuauit *Nonius, Gruterus, Scaliger:* obsceuauit *D.* obsceruauit, a *s.* e *et* at obseruauit *s. v. m.*[2] *B.* obscaeruauit *E.* obseruauit *J.* obscęnauit *Z.* oscenauit *F* meę *DE.* mee *B* falsę *J.* false *DE* fallacię *J.* fallatiae *D.* fallatię *E* falsae meae fallaciae *Bothius*

Act. II Sc. 2 LEONIDA LIB(B *ex* D)ANVS SERVI DVO· *B.* LEONIDA (LEONIA *J*) LIBANVS (b *ex* o *E*) SERVI DVO *EJ. Om. D spatio relicto* 267. le°nida *praef. in E* bi *DE spatio relicto* libanum nunc *B, Fleckeisenus* filium *ex* fiium *D* 268. iubentiores *E* fatiam *E* lubentia St *B.* lubentia est *J.* iubentiast *E* 269. Maximam *BDEJ* p̄dā *B.* pędam *DJ.* predam *E* eis *ex* eius *J* affero *J* aduento *J* 270. portant *EJ* 271. Hanc *legi nequit J* nanctus *Nonii L codex, Fleckeisenus:* nactus *libri (ex* nactis *J), Nonius praeter L* p̄dam *B.* predam *EJ* pariter *om. Nonius* parciam *J* 272. LIB(B *ex* D)ANꝰ *B: item initio versuum 275. 277. 288. 292, in medio v. 285* Il *legi nequit J* edis *E.* aedes *J* compilauit *BDEJ* fecit, t *s. v. D* suo *ex* suo? *ut vid. ras. D* 273. *Praeter* e *primi vocabuli nihil apparet in J* Ve *BE* quitam *B* 274. Aetate *BDEJ, Nonius priore loco in lemmate* seruire *ex* seru ire *D.* seruare (seruere *solus W*) *Nonius altero loco* libanum qui *Nonius priore loco, unde F*

LIBANVS

Meá quidem hercle operá libertus númquam fies ócius.

LEONIDA

Étiam de tergó ducentas plágas praegnatís dabo.

LIBANVS

Lárgitur pecúlium: omnem in térgo thensaurúm gerit.

LEONIDA

Nam huíc occasióni tempus sí se supterdúxerit,
Númquam edepol quadrígis albis índipiscet póstea.
Éros in obsidióne linquet, ínimicum animos aúxerit.
Séd si mecum occásionem opprímere hanc quae obuenít studet,
Máxumas opímitates gaúdio effertíssumas
Suís eris ille úna mecum páriet, gnatoque ét patri,
Ádeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint obnóxii,

282—285. *Gellius VI 17, 12:* . . . si quis autem uolet non originem solum uerbi istius *(sermo habitus erat de vocabulo quod est* obnoxius*)*, sed significationem quoque eius uarietatemque recensere, ut hoc etiam Plautinum spectet, adscripsi uersus ex Asinaria: 'maximas . . . beneficio'. 282. *Nonius p. 146, 3:* opimitas ab opimo (optimitas ab optimo *codd.)*. Plautus Asinaria: 'maximas . . . exfertissimas'. 284. *Nonius p. 72, 15:* aetate positum pro saepe ac

---

275. hercle hodie *Muellerus Pros. Pl. p. 594* libertus *LG: cf. Goetzius Fleckeiseni Ann. vol. 113 (a. 1876) p. 360 adn.* liber *libri.* tu liber *Fleckeisenus* liber opera *Reizius, Bothius* otius *BDEJ* 276. E *legi nequit J* de tergo B^2. det ergo B^1D. de tergo *m.*[2] *vel m.*[3] *ex* de ergo *J*. dat ergo *E* p̃gnatis *E*. pregnatis *BDJ* 277. omne *EJ FZ, quod multi probant* intergo *DEJ* intergothensaurum *B* thens aurum *D*. tensaurum *E*. thesaurum *J* 278. Nam huic *Ussingius:* Nam si huic *libri.* Nam huic si *Muellerus Pros. Plaut. p. 465.* Nam si se huic *Bothius* si occasioni huic tempus sese *Fleckeisenus.* si huic sese occasioni tempus *Bentleius* si se *Ussingius:* sese *libri* supter duxerit *BD*. subter duxerit *E*. sub ter duxerit *J* 279. quadrigis si abit *mire Lipsius Ant. lect. I 7.* quadrigis argis *(quod nonnulli ἀργοῖς interpretantur) Brantius* indispiscet *B* 280. Eros *Niemeyerus Hermae vol. 14 (a. 1879) p. 449:* Erum *libri(*Herum *J).* Erum ille *Fleckeisenus.* Erum si *Muellerus Pros. Plaut. p. 108, sed ut sententiam turbare versum arguat p. 734.* Nostrum *Ribbeckius* inobsidione *DEJ* 281. quę *BDJ*. q̄ *E* studeạt *J* 282. Maximas *BDE, Gellius, Nonius.* mas *solum legi potest J* opimitates *BD, libri Gelliani praeter Rottend.* (opitates*) omnes, G. Valla:* opimates *EJZ*. optimitas et *Nonius, unde* optimitas *F* effertissumas, as *m.*[2] *in ras. J:* effertissimas *BDE, Gellius.* exfertissimas *Nonius* 328. Siuis *D* eris *ex* erit *B*. heris *J* unam *J* ille namecum *fere libri Gelliani* 283. 284. patria de uota etate *codd. Gelliani* 284. Abeo ut

Nóstro deuinctí beneficio.

LIBANVS

Víctos nescio quós ait.

Nón placet: metuo ín conmune né quam fraudem fraúsus sit.

LEONIDA

Périi ego oppidó, nisi Libanum inuénio iam, ubi ubist géntium.

LIBANVS

Íllic homo socium ád malam rem quaérit quem adiungát sibi.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Nón placet: pro mónstro extemplost, quándo qui sudát tremit.

LEONIDA

Séd quid ego hic properáns concesso pédibus, lingua lárgior?

Quín ego hanc iubeó tacere, quaé loquens lacerát diem?

LIBANVS

Heú edepol hominem ínfelicem quí patronam cónprimat:

Nám si quid sceléste fecit, língua pro illo péierat.

---

diu. Plautus Asinaria: 'abeo . . . obnoxii' 286. *Nonius p. 112, 17:* frausus pro fraudatus: id est ad fraudis fructum non uenerit (*cum* id est . . . uenerit *glossema esse Plauti verbis* frausus sit *olim adscriptum appareat, aliter ac Quicheratius interpunximus nec* qui *inseruimus. Alius sic fortasse emendaverit:* frausus sit pro fraudatus sit, id est ad . . . uenerit). Plautus Asinaria: 'non placet . . . frausu' sit' 289. *Nonius p. 412, 22:* tremere timere . . . Plautus in Asinaria: 'non . . . tremit' 290. Concessare *verbum aut hoc loco aut Poenuli v. I 2, 9 usus suum fecit Fronto p. 96, 5 ed. Nab.: cf. Studemundus in Epist. crit. ad Klussmannum scripta p. XXX adn.*

---

ad aetatem (aetate *in lemmate) Nonius* ętatem *E.* ęatem *B* nobis *om. Nonius* obnoxiis *E.* obnoxii *ex* obnixii *m.*[1] *ut vid. J* 285. deuncti *corr. in* deuincti *B.* deuinctu̧ *D* uinctus *E* 286. me tuo *E* in commune *BD.* incommune *J.* incmune *E* nequam *BDEJ* fraus *E* sit *Camerarius:* siet *libri* frausu' sit *in contextu Quicheratius, qui utrum* frausus sit *an* f. siet *in Nonianis habeatur non adnotat* commune fraudem quam frausus siet *Hermannus Elem. doctr. m. p. 142* 287. ubi ubi est *BDEZ*(ubiubi). ubi est *JF* 288. sotium *BE* admalam *BD* quęrit *J.* querit *BDE* *Post hunc versum lacunae signa posuerunt LG* 289. promonstro *BD* ex templo *E.* extemplo, t *s. v. D.* exemplum *Gulielmius ex Langianis* -o est *libri* exemplo est *Nonius* quando *s. v. B*[2] sudat qui (quid *LW*) *Nonius* 290. Set *E* quid quid *J* quid ais custos carceris *in marg. adnotavit B*[2] *ita, ut etiam ad v. 291 spectare possit: cf. v. 297* 291. istanc *pro* hanc *Koehlerus l. s. s. p. 46* quę *BDEJ* diem, e *ex* o *E* 292. Heu edepol *Camerarius:* Edepol *libri* *De* di infelicent *vix liceat cogitare* cōprimat *E.* comprimat *DJ* 293. siquid *BD* illo *ex* illa *J*

LEONIDA

Ádproperabo, né post tempus praédae praesidiúm parem.

LIBANVS

Quaé illaec praedast? íbo aduorsum atque électabo quíd-
quid est.

Iúbeo te saluére uoce súmma quoad uirés ualent.

LEONIDA

Gýmnasium flagrí, salueto.

LIBANVS

Quíd agis, custos cárceris?

LEONIDA

Ó catenarúm colone.

LIBANVS

O uírgarum lascíuia.

LEONIDA

Quót pondo ted ésse censes núdum?

LIBANVS

Non edepól scio.

LEONIDA

Scíbam ego te nescíre: at pol ego quí ted expendí scio.
Núdus uinctus céntum pondo's, quándo pendes pér pedes.

---

295. *Nonius p. 232, 12:* aduorsum contra significat . . . Plautus in Asinaria: 'quae . . . est'. — *Osbernus p. 311:* electo .as . . . id est foras emittere; unde Plautus in Asinaria: 'ibo . . . quicquid illud sit'. — *Ceterum conferendus est idem Osbernus p. 377 infra ad v. 550 exscriptus* 297. *Nonius p. 250, 9:* colere inhabitare . . . Plautus in Asinaria: 'o catenarum colonae!'

---

perierat *BDEJ: cf. Bugge Tidskrift for Fil. vol. 6 (a. 1865) p. 7 et Usenerus Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 226.* peierat *FZ* 294. Approperabo *J* nepost *J* prędę *J.* predę *B.* prede *DE* p̄sidium *BE.* presidium *DJ* 295. Quę *BEJ.* Que *D* illęc *J.* illa aec *E.* illa *Nonius* p̄da (pręda *J*) est *libri.* praeda est *Nonius* aduersum *J, Osbernus* quicquid *EJ, Osbernus* quid siet *Fleckeisenus coll. Trin. 88. Stichi 202* 296. te, e *ex corr. E* salu ere *m.*[2] *ex* salu ire *J* uoce *ex* uocē *ut vid. E* quo aduires *BJ.* quo ad uires *D.* quo ad uires uires (*alt.* i *ex* a) *E* 297. Gimnasium *BDE* quid agis c. c.: *cf. v. 290* 298. catenarum *ex* cotenarum *B.* catenarium *E* colonae *vel* colenae *Nonius* 299. ted esse *B*[2]*D, Langiani.* te desse, d *er. E: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 25.* te esse *B*[1]*JFZ* censes esse *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 42, Muellerus Pros. Pl. p. 736* 300. ego te nescire, -re *ex* -ro *B.* te nescire ego *Muellerus l. s. s.* ad *E* edepol *Lachmannus* quite *BD* ted *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* te *libri* 301. pondo es *B* (n *s. v.*) *DEJ* per

LIBANVS

Quo árgumento istúc?

LEONIDA

Ego dicam, quo árgumento et quó modo.
Ád pedes quando ádligatumst aéquom centumpóndium,
Vbi manus manicaé conplexae súnt atque adductae ád trabem,
Néc dependes néc propendes, quín malus nequámque sis.

LIBANVS

Vaé tibi.

LEONIDA

Istoc téstamento Séruitus legát tibi.

LIBANVS

Vérbiuelitátionem fíeri conpendí uolo.
Quíd istuc est negóti?

LEONIDA

Certumst crédere.

LIBANVS

Audactér licet.

---

304. *Nonius p. 350, 23:* manicae quibus manus uinciuntur . . . Plautus in Asinaria: 'ubi . . . sunt' 307. *Nonius p. 3, 3:* uelitatio dicitur leuis contentio: dicta ex congressione uelitum. Plautus Asinaria: 'uerbis . . . uolo'. — *Osbernus p. 615:* uelito ·as id est certare, pugnare uel altercare; et inde . . . uelitatio. Plautus in Asinaria: 'uerbis uelitationem . . . uolo'

---

pendes *E.* in pedes *Guyetus: sed cf. Handii Tursell. IV p. 445* 302. quomodo *BJ* 303. Adpedes *E* adligatumst *Camerarius:* adligatus ē *BDE*(all-). alligatus es *JFZ* aequum *BDJ.* ęquum *E* centumpondium *Z:* centum pondium *BDJF.* centum ponduum *E* 304. manicę *BJ.* manice *E* complexae *Nonius.* complexę *BDJ.* complexe *E* adductę *BE.* adducte *D* adtrabem *D* 305. dependes nec propendes *Angelius:* dependis nec propendis *libri* quim *J* nequam quę *E* 306. Ve *libri* istoc *Weisius:* hoc *libri.* hoce *Dousa* 307. Verbiuelitationem *Meursius:* Verbis uelitationem *libri (nisi quod* ẽm *ex* ũm *D et* li *ex* la *J), Nonius, Osbernus.* uelitationem uerbis *affert Scaliger Auson. lectt. 2, 14* cōpendi *BD, Nonius:* conpendio *Osbernus.* compendio *EJFZ* uolo, *priore* o *s. v. E* 308. est negoti *Guyetus, Bentleius:* negotii (negocii *J*) est *libri.* tibi negotist *Fleckeisenus* certum est *libri, quod suspectum esse videtur.* tibi negoti exortumst? credere a. l. *Ussingianum probari nequit* libanus, i *ex* e *E* audact̃, ˜ *in lit. B.* audacter *ex* audictær *D* licet *F, Pylades:* licet sis *libri, nisi quod* sis *latere*

LEONIDA

Sís amanti súbuenire fámiliari fílio,
Tántum adest boni ínprouiso, uérum conmixtúm malo:
Ómnes de nobís carnuficum cóncelebrabuntúr dies.
Líbane, nunc audácia usust nóbis inuenta ét dolis.
Tántum facinus hódie inueni ego, út nos dicamúr duo
Ómnium digníssumi esse quó cruciatus cónfluant.

LIBANVS

Érgo mirabár quod dudum scápulae gestibánt mihi,
Áriolari quae ócceperunt ésse sibi in mundó malum.
Quídquid est, elóquere.

LEONIDA

Magnast praéda cum magnó malo.

LIBANVS

Sí quidem omnes cóniurati crúciamenta cónferant,
Hábeo opinor fámiliarem térgum, ne quaerám foris.

---

319. *Nonius p. 227, 15:* tergum neutro genere ... masculino Plautus in Asinaria: 'habeo ... foris'

---

vid. in extremo versu J 309—317. *Aliquid turbatum esse vidit Acidalius: v. 309—311 del. Guyetus, 312—314 Ussingius; v. 312—317 parallelos esse putat Goetzius Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 361*
309. *Versum in marg. exh. E* *Pers. add. Saracenus: om. libri* Sis (S *ex corr.*) *m.*[1] *ut vid. del. B: om. EJ* familiario *J* 310. ad est *J* in prouiso *B.* improuiso *m.*[2] *ex* impio uiso *J* commixtum *BDEJ* 311. Oms *BDE.* Omis *J* denobis *BD* carnuficum *ex* carnuficium *J.* carnificum *BDE* 312. *Leonidae pers., quam exh. libri, del. Saracenus* audatia *BE* usus est *BEJ.* ausus est *D* 313. hodie *Muellerus Pros. Pl. p. 713:* modo *libri* modo ego inueni *vel* nunc inueni ego *Bothius* inuenio *EJFZ* 314. lib. *praef. E* dignis sumi *E.* dignissimi *ex* dignissimvm *B.* dignissimum *J* sese *J*
crutiatus *E* 315. *Pers. hoc loco om. E: cf. v. 314* quid *JF* scapulę *D.* scapule *E* gestabant *J* michi *E* 316. Ariolari quae *Camerarius:* Hariolarique *libri* (Ariolari *Z*) esse sibi *Acidalius:* sibi esse *libri.* sibi situm *Muellerus Pros. Pl. p. 345* esse in mundo sibi *Reizius* inmundo *BEJ* 317. Quid quid est *BJ.* quidquidē, *alt.* quid *in ras. m.*[3] *E* magna est *libri* ꝑda *B.* p̄da *E.* pręda *DJ* mal / *J* 318. *Leonidae not. praef. J* Siquidem *BDEJ* oms *BDEJ* con iurati *J.* coniuratim *G. Valla, Pius* crutiamenta *E* 319. oppinor *D.* opinior *J* familiarem *Nonius, unde F:* familiare *libri* nec *Gertzius: cf. Sophus Bugge in Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 404* nequęram *J* quęram *BD.* queram *E, Nonius*

LEONIDA

Sí istanc animi fírmitudinem óptines, saluí sumus.

LIBANVS

Quín si tergo rés soluendast, rápere cupio púplicum:
Pérnegabo atque óbdurabo, périurabo dénique.

LEONIDA

Ém istaec uirtus ést, quando usust, quí malum fert fórtiter.
Fórtiter malúm qui patitur, ídem post potitúr bonum.

LIBANVS

Quín rem actutum mi édissertas? cúpio malum nancíscier.

LEONIDA

Plácide ergo unumquídquid rogita, ut ádquiescam. nón uides
Me éx cursura anhélitum etiam dúcere?

LIBANVS

Age, age, mánsero
Tuo árbitratu, uél adeo usque dúm peris.

LEONIDA

Vbinámst erus?

---

320. *Nonius p. 109, 6:* firmitudo pro firmitas. Plautus Asinaria: 'Si istam ... sumus' 326. 327. *Nonius p. 198, 21:* cursus omnium consensu masculino genere dicitur ... cursura feminino. Plautus Asinaria: 'non uides ... ducere?'

---

320. *Pers. om. Z: corr. Scutarius* istanc *Bothius:* istam *libri* animi firmitudinem *Pylades:* firmitudinem animi *Nonius (unde F), B.* firmidinem animi *D.* formidinem animi *E.* fortitudinem animi *JZ* optines, o *ex* u *D* 321. tergo, t *s. v. m.*^{2} *B* res soluendast *Pylades:* resoluenda (re soluenda *B*) est *libri* publicum *BE.* pliblicum *J* 322. Per negabo *BJ* obdurabo, u *ex* a *E* per iurabo *E* deniquę *J* 323. Em *Ribbeckius de part. lat. p. 30:* Hem *libri* istaec *Luchsius de genet. pron. p. 53:* ista *B*^{2} *s. v. DEJFZ* usu est *ex* usus est *ut vid. J* fert, t *in lit. m.*^{2} *ut vid. B* 324. potitur *F, Valla, Pius:* patitur *ex* potitur *ut vid. J.* patitur *BDEZ* 325. ac tutum *EJ.* actutum *ex* actuum *B*^{2} mi edissertas *scripsimus: cf. Goetzius Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 361.* edisseris *libri, quod excusat Koehlerus l. s. s. p. 69* rem edissertas actutum *Bothius cum Gulielmio, ab* edisseras *Langianorum scriptura profecto* edisseris actutum: cupio me nanciscier *Muellerus Pros. Pl. p. 545 adn.* 326. *Pers. om. J* Placide, a *e corr. E* unum quidquid rogita *Fleckeisenus: atque* quidquid *Bothius,* rogita *Camerarius et Bentleius iam proposuerant.* unum quidque (*ex* quisque *B*^{2}; qd̄que *JFZ*) derogita (de rogita *E*) *libri.* derogita *def. Lipsius Ant. lect. V 13* 327. excursura *EJ* dicere *D* 328. arbitratu uel *sine commate Muellerus Nov. ann. vol. 83 (a.

LIBANVS

Máior apud forúmst, minor hic est íntus.

LEONIDA

Iam satis ést mihi.

LIBANVS

Túm igitur tu díues factu's?

LEONIDA

Mítte ridiculária.

LIBANVS

Mítto: istuc quid sít quod adfers aúres exspectánt meae.

LEONIDA

Ánimum aduorte, ut aéque mecum núnc scias.

LIBANVS

Taceó.

LEONIDA

Beas.

Méministin asinós Arcadicos mércatori uéndere
Péllaeo nostrum átriensem?

LIBANVS

Mémini. quid tum póstea?

LEONIDA

Ém, ergo is argentum húc remisit quód daretur Saúreae

---

330. *Osbernus p. 498:* ridicularis . . . Plautus: ‘mitte ridicularia’

1861) p. 264 ubi nam est *BDEJ*(ubinam) herus *J* 329. fortunst *Z.* forum est *J* hic *s. v.* B^2 satis st *B* $\overset{1}{m}$ *E.* michi *J* 330. tu diues factu's *Fleckeisenus:* tu diues es factus *libri, quod def. Muellerus Pros. Pl. p. 49.* tu es diues factus *Bothius* mitte ridicularia *ex* mitteri dicularia B^2 331. LIB, I *ex* A *E* istuc quid sit *LG:* istuc *libri.* sed istuc nunc *Fleckeisenus: alii alia* ad fers *E.* affers *BJ* expectant *DEJ* meę *BE* 332. aduerte *BD.* ad uerte *E* ęque *E.* aequę *J* metum *J* nunc *LG:* haec (hęc *E.* hec *B*) *libri.* tu haec *vel* tu mecum *Muellerus Pros. Pl. p. 545* labanus *E* taceto *E* 333. arcadicos *ex* arca dicos B^2 *ut vid.* archadicos *E.* archadios *J* uendere *Acidalius:* pellaeo *BD*(pe *ex* po). pelleo *EJFZ* 334. Pellaeo nostrum *Acidalius:* Nostrum uendere *libri* attriensem *DE* tunc *EZ* 335. 336. Em ergo (Em *s. v. m.*[2]) *B, Brixius Emend. in Captivos p. 22:* Hem Ergo *D.* Hem ergo, *o e peius picta corr. E.* Hem ergo *JFZ.* Hem *ad versum qui praecedit revocat Hirthius de interiect. p. 9* qđ (*pro* d *librarius* u *scri-*

Pró asinis: aduléscens uenit módo, qui id argentum áttulit.

LIBANVS

Vbi is homost?

LEONIDA

Iam déuorandum céuses, si conspéxeris?

LIBANVS

Íta enimuero. séd tamen tu némpe eos asinos praédicas
Vétulos, claudos, quíbus subtritae ad fémina iam erant úngulae?

LEONIDA

Ípsos, qui tibi súbuectabant rúre huc uirgas úlmeas.

LIBANVS

Téneo: atque idem te hínc uexerunt uínctum rus.

LEONIDA

Memor és probe.
Vérum in tonstrina út sedebam, me ínfit percontárier,
Écquem filiúm Stratonis nóuerim Demaénetum.
Díco me nouísse extemplo et me éius seruom praédico
Esse et aedis démonstraui nóstras.

LIBANVS

Quid tum póstea?

---

343. *Osbernus p. 573:* tonsorium . . . id est locus ubi tondetur, quod etiam haec tonstrina dicitur; unde Plautus: 'in tonstrina ubi sedebam, me percunctaris'

---

bere coeperat) B sauree *BD.* saureę *E* 337. adolescens *E* q͞id *B²:* quid *B¹D.* qui *EJFZ* 338. homo st *B.* homost *ex* homust *E.* homo est *DJ* censeres *JF* 339. enim uero *BDEJ* p̃dicas *B.* p̃dicas *E.* predicas *J* 340. subtritę *E.* subtrituac *D.* subtriticte *ut vid. J* ad femina, a *post. pro* ae*ut vid. ex ras. B.* adfeminea *D.* ad fęmina *J* iam *om. F* ungulę *EJ.* ungule *D* 341. *Versum postea ins. E* lenid *E* Ipsos qui tibi su *legi nequit J* subuectebant *EZ* ulmeas, l *ex* t *D* 342. ———atq: —dem *J* uexerunt, exe *ex* in *D* memor es *J:* memores *BDE.* memoras *Langiani, Scriverius, Scaliger* 343. Verum in tons *legi nequit J* intonstrina *BDE* me *Osbernus, Pylades:* me me *libri* (meme *J*) infit percontarier *BD, Valla:* infit percontrarior *E.* infio percontrariss *J.* infio percontaris *F* (percunct-) *Z,* percunctaris *etiam Osbernus, sed omisso quod non intellegebat* infio 344. Ec quem *BDEJ* (Ec *legi nequit*) demęnetum *DE.* demenetum *J* 345. exemplo *J* seruum *J* p̃dico *BE.* prędico *DJ* et eius me esse praedico Seruom *Ritschelius* 346. Esse *legi nequit J* ędis *E.* aedes *BJ* tu *E*

LEONIDA

Áit ob asinos sé ferre argentum átriensi Saúreae,
Víginti minás. sed se eum non nóuisse hominem quí siet:
Ípsum uero sé nouisse cállide Demaénetum.
Quóniam ille elocútust haec sic ...

LIBANVS

Quíd tum?

LEONIDA

Ausculta ergó: scies.
Éxtemplo fació facetum me átque magnificúm uirum,
Díco med esse átriensem. síc hoc respondít mihi:
'Égo pol Saureám non noui néque qua facie sít scio.
Té non aequomst súscensere: sí erum uis Demaénetum,
Quém ego noui, addúce: argentum nón morabor quín feras'.
Égo me dixi erum ádducturum et mé domi praestó fore.
Ílle in balineás iturust: índe huc ueniet póstea.

357. *Nonius p. 194, 6:* balneae generis feminini . . . Plautus Asi-

---

347. Ai *legi nequit J* ob asinos se *LG:* se ob asinos *libri, nisi quod* obasinos *B et* ob *(ex* ab*)* asinos *D.* se pro asinis *vel* sese ob asinos *Muellerus Pros. Pl. p. 545* ob asinos ferre se *Reizius, Muellerus l. s. s.* atriensisaureę *B.* atriensi saure ę *D.* atriensis aureę *E* 348. set *E* se eum *Bothius:* eum sese *(*se se *E.* cum sese *J) libri.* eum se *Acidalius, Bentleius.* eum *Ussingius* nonnouisse *B* 349. 350. *Hoc ordine Acidalius, inverso libri* 349. *Versum eicit Langenus p. 114, maxime propter insolitum* uero *vocabuli usum (nempe de reliquis eius argumentis dubitamus), qui usus si ferri nequit, scribi poterit* ipsum erum sese*: cf. v. 354* Isum *E* demenetum *BDE* 350. Quum *Z* tamen ille *F* elocutust *Fleckeisenus:* elocutus *JFZ.* eloquutus *BDE* hęc sic *BFZ.* hec sic *D.* haec sit *J.* hęc sit *E.* haec est *Ussingius* tu *J* ausculta, s *s. v. E* 351. fatio *B* 352. Praedico *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 27* med *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me *libri* esse *om. JF* eum atriensem *Muellerus Pros. Pl. p. 594.* atriensem Sauream *F* sic *(*c *s. v.)* hoc *B.* si hoc *F.* sit hoc *Ussingius: et* sic *Ribbeckio quoque corruptum videtur* michi *EJ* 353. pol *fort. ex* pul *J* scio *(*o *in ras. m.*³*) E* 354. Te non ae *legi nequit J* equom est *E.* aequum est *B.* equum est *D.*]quum est *J* succensere *J* sierum uis *D.* Si herum uis *J.* erum si uis *Guyetus, Bothius.* sis erum *idem Bothius, Goellerus ad Trin. p. 97* demenetum *BDE.* demerum *J* 355. Quem *legi nequit J.* Quę *E* adducere *Douza filius, Muellerus Pros. Pl. p. 594 adn.* hau *pro* non *substituens* 356. dixi erum *Acidalius:* dixeram *libri* p̄sto *BE.* presto *D* ~~domi~~ fore *D* 357. unde in balneas *(*balleneas *L)* cyrus *(*currus *Q) Nonius*

Quíd nunc consilí captandum céuses? dice.

LIBANVS

Em istúc ago,
Quó modo argento ínteruortam et áduentorem et Saúream.
Iam hóc opus est exásciato: nám si ille argentúm prius
Hóspes huc adfért, continuo nós ambo exclusí sumus.
Nám me hodie senéx seduxit sólum sorsum ab aédibus:
Míhi tibique intérminatust nós futuros úlmeos,
Ní hodie Argyríppo uiginti éssent argentí minae.
Iússit uel nos átriensem uél nos uxorém suam
Défraudare: díxit operam sése promiscám dare.
Núnc tu abi ad forum ád erum et narra haec út nos acturí sumus:
Te éx Leonidá futurum esse átriensem Saúream,
Dum árgentum adferát mercator pró asinis.

LEONIDA

Faciam út iubes.

---

naria: 'unde in . . . hic ueni' 360. *Osbernus p. 12:* ascio .as uerbum, actiuum id est dolare . . . et componitur exascio .as similiter pro dolare, unde exasciator, exasciatus; unde Plautus in Aularia: 'iam hoc opus exasciatum est'

Ille, ll *ex* n *ut vid. D* in balineas *J:* inbalineas *BDE.* in balneas *FZ* iturus est *BEJ.* iturus es *D* hic ueni *Nonius* 358. Qui *leginequit J* Qıd, d *ex* d' *ras. et* ı *m.*[3] *ins. E* consilii *BDEJ* dic *libri* em *Ribbeckius de part. lat. p. 30:* hem *libri* istud *J* 359. Quomodo *BDEJ* argentum *JFZ* inter uortam *BD* sausc-ream *J* 360. exasciato *Acidalius:* exasciatum *Osbernus.* exasceatum *BDEFZ.* exaceatum *J* 361. affert *BDEJ* excisi *Gertzius* 362. Iam *F* seorsum *FZ.* se orsum *J* abędibus *J* ędibus *D* 363. Michi *EJ* inter minatus (interminatus *DE,* -tus *ex* -tos *J*) est *libri* futuros *ex* futurus *J* 364. argirippo *B.* agirippo *E* uiginti essent *Pylades, Muellerus Pros. Pl. p. 573:* essent uiginti *libri* argenti essent uiginti *Fleckeisenus.* adessent uiginti argenti *Ussingius* minę *DEJ* 365. Iu *legi nequit J* 366. Defr *legi nequit J* sesed *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 51.* eumpse se *Schoellius* dixit operam sese *Camerarius:* dixit sese operam *libri.* sese dixit operam *Bothius* promiscam *Palmerius, Gulielmius:* promissam *libri* 367. adforum *J* herum *J* hęc *EJ* nos *om. Z: corr. Angelius* 368. Te ex *legi nequit J* exleonida *BE* 369. afferat *BDEJ* fatiam *E* uti *praefert Bentleius* Iubes *D*

LIBANVS

Égo illum interea hic óblectabo, príus si forte aduénerit.

LEONIDA

Quíd ais?

LIBANVS

Quid uis?

LEONIDA

Púgno malam sí tibi percússero
Móx quom imitabor Saúream, cauéto ne suscénseas.

LIBANVS

Hércle uero tú cauebis né me attingas, sí sapis,
Né hodie maló cum auspicio nómen conmutáueris.

LEONIDA

Quaéso, aequo animo pátitor.

LIBANVS

Patitor tú item, quom ego te réferiam.

LEONIDA

Díco ut usust fíeri.

LIBANVS

Dico hercle égo quoque ut factúrus sum.

LEONIDA

Né nega.

LIBANVS

Quin prómitto, inquam, hostíre contra ut mérueris.

---

375. *Nonius p. 476, 16:* patitor pro patere. Plautus in Asinaria: 'patitor . . . referiam' 377. *Nonius p. 3, 27:* hostimentum est aequamentum . . . Plautus in Asinaria . . . unde et hostire dicitur. Idem in eadem: 'quin . . . memineris' id est aequa reddere. — Hostire: aequare *glossam, quam huc rettulit Loewius Prodromi p. 258,*

---

371. per cussero *J* 372. cum *BDEJ* imitabor Sauream *Fleckeisenus:* sauream imitabor *libri; de* Saurean *noli cogitare: cf. v. 85* caue tu *Bentleius* succenseas *J* 373. si sapis B^2, *Pylades:* si me sapis B^1*DEJ*(sime)*FZ* ne attigas me, si sapis *Muellerus Pros. Pl. p. 545 adn. 2* 374. Ue *ut vid. J* auspitio *DE* commutaueris *BDEJ* 375. Quęso *B.* Queso *E* ęquo *B.* ęqquo (q *ex* g) *E* *Prius* patitor *ex* patiar *m.*^{2} *J* patitur *in lemmate multi codd. Noniani* patitur tui item *Nonianus P* tu item *ex* tutem *D.* tu idem *JF* cum *BDEJ* 376. *Post* dico *duo* ut, *quorum prius del.* E^1*(ut vid.) et* E^3*: item* ut ut *Z, quod corr. Scutarius* usust *Lambinus:* usus *libri* ercle *J* 377. Nenega *ex* Negega *B:* Nega *EJFZ, corr. Scutarius* pro mitto *J* inquam *om. Osbernus* ut *s. v.* E^3 memineris *Nonius, quod probat Quicheratius*

LEONIDA

Égo abeo: tu iám, scio, patiére. sed quis hic ést? is est,
Íllest ipsus. iam égo recurro huc: tu húnc hic intereá tene.
Vólo seni narráre.

LIBANVS

Quin tuom offícium facis ergo ác fugis?

MERCATOR. LIBANVS

MERCATOR

Vt démonstratae súnt mihi, hasce aédis esse óportet,
Demaénetus ubi dícitur habitáre. i, puere, púlta
Atque átriensem Saúream, sist íntus, euocáto huc.

LIBANVS

Quis nóstras sic frangít fores? ohe, ínquam, siquid aúdis.

---

ad hunc versum spectare etiam propterea probabile est, quod pleniorem habemus eiusdem formam in librum glossarum receptam hanc: h o s t i r e: aequare: apud antiquos sic dicebatur, unde etiam hostimentum dicitur lapis quo pondus exaequatur. *Nam Nonius quoque* hostimentum *(quod item ex Asinaria affert: cf. supra ad v. 271) et* hostire *coniungit. — Osbernus p. 271 sq.:* h o s t i o . . . id est aequare, uerbum neutrum; unde Plautus: 'q u i n . . . m e r u e r i s'

---

378. habeo *EJ* scio *om. JFZ: corr. Hermolaus* set *E* quid *E* 379. Ille est *libri, nisi quod* iam *pro* est *F* ipsius *J* tu hunc hic interea *Bothius:* tu hunc interea hic *libri.* tute hunc interea hic tene *idem Bothius.* tu istunc interea hic *Muellerus Pros. Pl. p. 573, praeter alia (*recurrero *vel* iam recurro huc ego*: similiter Darnmannus de hiatu p. 39:* ego recurro iam huc*).* tu hunc interead hic *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 83* 380. Velo *E* tuum *E^3Z:* tu *BD(*Quintu*) EJF* offitium *D(*c *s.* t*)E* facis officium *Muellerus Pros. Pl. p. 367* ac *Pylades:* hac *libri*

Act. II Sc. 3 LIBAN^9 SERUUS *(alt.* U *s. v. add.)* MERCHATOR ·C· *E.* LIBANVS SERVVS · MERCATOR · *B(in eadem qua sequens v. linea) J. Om. D spatio relicto* 381. *Pro* U *(*Ut*) spat. DE.* At *J.* Et *Z: corr. Scutarius* demonstratę *BJ.* demonstrate *DE(alt.* t *ex* a*)* michi *EJ* hascę *BD.* haesce *E* hasce [*(reliqua h. v. legi nequeunt) J* edis *BE* 382. Demenetus *BDE.* Demenerus *J* hab[, *ut* habitare *non scriptum fuisse videatur J* hi *E* 383. Atquę *J* si est *libri* intus [*J* 384. si quid *E* si [*J*

MERCATOR

Nemo étiam tetigit: sánun es?

LIBANVS

At cénsebam attigísse
Proptérea, huc quia habebás iter: nolo égo fores conséruas
Meas á te uerberárier: sane égo sum amicus nóstris.

MERCATOR

Pol haúd periclumst cárdines ne fóribus effrangántur,
Si istóc exemplo tu ómnibus qui quaérunt respondébis.

LIBANVS

Ita haéc moratast iánua: extémplo ianitórem
Clamát, procul siquém uidet ire ád se calcitrónem.
Sed quíd uenis? quid quaéritas?

MERCATOR

Demaénetum uolébam.

LIBANVS

Si sít domi, dicam tibí.

---

391. *Nonius p. 44, 28:* calcitrones qui infestant calcibus. Plautus in Asinaria: 'clamat ... calcitronem'. *Pervetusti codicis Sangallensis 912 glossa* calcitrones: qui infestant galcibus *(cf. Loewii Prodromus p. 258, ubi aliae quoque glossae exscriptae sunt) ex Nonio pendet.* — *'Isidori' glossa p. 675, 23:* calcitio: rusticus, eo quod dure calcet. Plaut. 'clamat si quid uidet ad se ire calcitionem', *quam aliis in glossariis sic traditam esse ait Franciscus Oehler in Iahnii annalium t. 13 (a. 1847) p. 238:* calcitro: rusticus qui imperate calcat, unde Plautus in Asinaria ..., *dubium non est quin ad Osbernum vel Hugutionem vel ad eum unde uterque hausit redeat; cf. illius Panormia p. 89:* calcitro .nis id est rusticus, qui intemperate calcat; unde Plautus in Asinaria: 'clamat siquem uidet ire ad se calcitronem'

---

385. sanun *Bothius:* sanusne *D.* sanus ne *BEJ* atig[, d *s.* t *scripta J* 386. quia huc *Z: corr. Pylades* 387. [. . .]s *J* Ate *J* uerberaer *D* nostris *Gulielmius, Acidalius:* nostris aedibus (ędibus *BE,* aedibus *m.*[2] *ex* ad . . . bus *J) libri* 388. ꜔aut *E* periclum est *libri* efrangantur *B:* effringantur *EJFZ.* efringantur *B*[2]*D* 389. exemplo *JE*[3]*Z:* extemplo *BDEF.* exemplod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 62* tu *add. Camerarius: om. libri* qui quęrunt *E.* quiquęrunt *J.* quiquerunt *BD* 390. hęc *BE* morata est *libri, nisi quod* re *ut vid. er. ante* morata *B* ianuast *Bentleius* exemplo *J* 391. si quem *BE, Nonius.* si quidem *J* adse *BD* sese *Nonius* 392. quid *m.*[2] *ex* quod *J* quęritas *J.* queritas *BDE* demenetum *BD.* demenetam *EZ.* demeneta *JF* 393. Si sit

MERCATOR

Quid? éius atriénsis?

LIBANVS

Nihiló mage intus ést.

MERCATOR

Vbist?

LIBANVS

Ad tónsorem ire díxit

Quom abiít.

MERCATOR

Sed post non rédiit huc?

LIBANVS

Non édepol. quid uolébas?

MERCATOR

Argénti uigintí minas, si adésset, accepísset.

LIBANVS

Qui pró istuc?

MERCATOR

Asinos uéndidit Pellaéo mercatóri

Mercátu.

LIBANVS

Scio. tu id núnc refers? iam hic crédo eum adfutúrum.

MERCATOR

Qua fácie uoster Saúreast? si is ést, iam scire pótero.

LIBANVS

Maciléntis malis, rúfulus, aliquántum uentriósus,

---

400. *Osbernus p. 604:* uentricosus ... id est grossus, quod etiam uentruosus dicitur. Plautus: 'macilentis malis ruffulis et ali-

---

ex Sit si *m.*²*J* sit *ex* fit *ras. B* tibi non est *F* atriensis *ex* atrienses *E* 394. Nichilo *EJ* mage, e *ex* o *B.* mage *ex* magis *m.*²*D.* magis *Z* ubi est *libri* adtonsorem *BDE*(d *ex* t *ut vid.)* dix[*J* 395. Quom abiit. Merc. Sed *LG:* Merc. Cum uenisset *libri.* Merc. Conueni, sed *Ussingius* nonrediit *D* huc *add. LG: om. libri* quod *E* Quid? post non rediit? Li. Non pol huc uenit: set quid uolebas? *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 24* 396. ad esset *B* accipisset *D* 397. pelleo *BDEJ* 398. credo, c *ex* r *D* eum *om. D* affutur[*J* 399. noster *FZ: corr. Saracenus* sàurea est *libri* sus *E* 400. rufulus est *Osbernus altero loco.* rufulust *Fleckeisenus* uentri osus *J*

Truculéntis oculis, cónmoda statúra, tristi frónte.

MERCATOR

Non pótuit pictor réctius descríbere eius fórmam.

LIBANVS

Atque hércle ipsum adeo cóntuor: cassánti capite incédit.
Quisque óbuiam huic occésserit iráto, uapulábit.

MERCATOR

Si quidem hércle Aeacidinís minis animísque expletus cédit,
Si méd iratus tétigerit, irátus uapulábit.

LEONIDA. MERCATOR. LIBANVS

LEONIDA

Quid hoc ést negoti, néminem meum díctum magni fácere?

---

quantulum uentruosis'. Item 'ruffulus est' inquit 'aliquantulum uentruosus'. *Quo loco aut ipsius Osberni aut librariorum neglegentia in fine adiuncta est varians lectio eorum quae proxime praecedunt*

---

401. Trucelentis *J* commoda *libri* stutura *D* tristi fronte commoda statura *Acidalius* 402. reccitus, u *ex* i *E* eius, i *ex* o *D* 403—406. *Hoc ordine libri, quem ordinem nos etsi turbae adesse videntur retinere satius duximus quam aut quattuor versus continuos assignare cum Fleckeiseno Libano aut cum Ussingio mercatori, aut v. 403—405 Libano et 406 mercatori cum Saraceno, aut solum v. 404 Libano cum Angelio, aut solum v. 403 mercatori cum Taubmanno et si quae alia variata sunt. Ceterum v. 405 et 406 del. Guyetus* 403. contuẹor *E* casanti *Turnebus Adv. II 29, Lambinus:* quassanti *DJ.* quanssanti *E.* quansanti *B* 404. Quisq' ⁝ *D.* Quiqui *Camerarius* huic, i *s. v. BD* uapulebit *D.* uabulabo *J* 405. Siquidem *BDEJ* eacidinis *Z.* eachidinis *DE(in ras.)J(m.² ex* eachi dinis*).* eachinidis *B.* cachidinis *F* minis *ex* nimis *ut vid. B.* nimis *DJ* animisque *ex* animusque *B.* animusque *DEJ* cedit *Scaliger, Gronovius, Bentleius:* incedit *libri (*incidit *D).* *Coniunctivum flagitat Acidalius* 406. Si med iratus *E:* Sime diratus *D.* Sime iratus *B.* Si me iratus *JFZ(*iratas*). Cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 26.* Set si me iratus *Acidalius.* Iratus si me *Reizius* uapulebit *D*

Act. II Sc. 4 LEONIDA · LIBANVS · SERVI · CHLAMI DA TVS *in ead. qua praecedens v. linea B.* LEONIDA LIBAN⁹ SERVI CHIAMIDATVS *EJ. Spatium D* 407. uid *spat. relicto DE* est *Camerarius:* sit *libri* negotii *DEJ.* negocii *B* nemo *JF* mecum *J* magnifacere *B.* magnum facere *EJFZ; corr. Pius*

Libanum ín tonstrinam ut iússeram ueníre, is nullus uénit.
Ne ille édepol tergo et crúribus consúluit haud decóre.

Mercator

Nimis ínperiosust.

Libanvs

Vaé mihi.

Leonida

Hodié saluere iússi
Libanúm libertum? iám manu emíssust?

Libanvs

Obsecró te.

Leonida

Ne tu hércle cum magnó malo tuo mi óbuiam occessísti.
Quor nón uenisti, ut iússeram, in tonstrínam?

Libanvs

Hic me morátust.

Leonida

Si quidem hércle nunc summúm Iouem te dícas detinuísse
Atque ís precator ádsiet, malám rem effugies númquam.
Tu, uérbero, inperiúm meum contémpsisti?

Libanvs

Hospes, périi.

Mercator

Quaeso hércle noli, Saúrea, mea caúsa hunc uerberáre.

---

408. intonstrinam *BDE* ut *om. Langiani, Gertzius* 409. Neille *D* cruribus, ri *ex* pi *B* haut *E* 410. imperiosus *(*e *ex* o *D)* est *libri* Vae mihi! Leo. Hodie *Lomanus Spec. crit. p. 16:* ue mihi hodie *BD(*m *ex* h*)E(*$\overset{1}{\text{m}}$*)J(*michi*)* iussim *Acidalius* 411. Libertum libanū *(*an *in ras.,* ū *ex parte item) punctis additis corr. D* manust *Lomanus l. s. s.* emissust *LG:* emissus *libri, unde* emissus's *Ussingius* *Pers. add. Angelius: om. libri* obsecrote *D* 412. *Pers. add. Angelius: om. libri* Netu hercle *D.* Ne tubercle *E* tuo mi *Fleckeisenus in edit. (idem Philol. t. 2 (a. 1847) p. 84 etiam* tuo magno malo mihi *vel, quod magis ei placebat,* mihi magno malo tuo*: utrumque sine* cum*):* mihi *libri (*$\overset{1}{\text{m}}$ *E.* michi *J)* 413. Cur *libri* utiusseram $m.^2$ *ex* utius seram *B* intonstrinam *BDEJ* me moratus est B^2E^3F*:* memoratus est B^1DEJ. me memoratus est *Z:* me remoratust *Aldina* 414. Siquidem *BDEJ* detinuisse *ex* detimuisse *ras. B* 415. Atquę *J* p̄cator *B.* praecator *D* adsiet $m.^2$ *ex* adsi et *B.* adsit, t *s. v.* $m.^3$ *D* malam, am *e corr. E.* ad malam *Z: corr. Pylades* effugienş *D* 416. imperium *libri* hospes perii *Bothius:* perii hospes *libri* *An* ei! perii hospes*?* 417. Queso *DJ.* Queso *E* nolisaurea

LEONIDA

Vtinám nunc stimulus ín manu mihi sít ...

MERCATOR

Quiesce, quaéso.

LEONIDA

Qui látera conterám tua, quae occálluere plágis.
Abscéde ac sine me hunc pérdere, qui sémper me ira incéndit,
Quoi númquam rem me unám licet semél praecipere fúri,
Quin céntiens eadem ínperem atque oggánniam: itaque iam hércle
Clamóre ac stomacho nón queo labóri subpeditáre.
Iussín, sceleste, ab iánua hoc stércus hinc auférri?
Iussín columnis déici operás araneórum?
Iussín in splendorém dari bullás has foribus nóstris?
Nihil ést: tamquam si claúdus sim, cum fústist ambulándum.

421. 422. *Osbernus p. 256:* gannio componitur oggannio .is; unde Plautus in Amphitrione: 'cui numquam unam rem me semel licet ... ogganniam' 425. *Nonius p. 192, 9:* araneae et feminini sunt generis ... masculini Plautus in Sticho ... Idem Asinaria: 'iussin ... araneorum' 426. *Osbernus p. 68:* haec bulla .ae, quod aliquando inuenitur pro stella ..., aliquando etiam dicitur pro balteo ..., aliquando uero bulla dicitur pro gemma; unde Plautus: 'iussi in splendorem ... nostris'

B (ex nolis aurea*) D* uerberare *m.*³ *ex* uerbere *D* 418. inmanu *BDJ* $\overset{1}{\text{m}}$ *E.* michi *J* Quiesce, esce *del. m.*¹ *E* quęso *BDEJ* 419. lateram, m *er. D* tuam *J* quę *DEJ* occvlluere, u *s. v. E.* occaluere *BD* 420. ac *Bentleius, Bothius:* hac *libri.* et *Camerarius* 421. Cui *libri (... J)* rem me unam *Bothius:* unam rem me *BDFZ, Osbernus.* unam unam *(alt. del. m.*³*)* rem me *E.* [....] rem [..] *J. Possis etiam cum Mohrio de iamb. sept. p. 18* me unam rem p̂cipere *B.* p̄cipere *D.* pręcipere *J.* precipere *E* 422.]imperem *J* centiens *(alt.* n *s. v.) D:* cenciens *B.* centies *EJ, Osbernus* imperem *DEJ, Osbernus.* imperem *ex* imparem *B* ogganiam *B* iam *om. JF* 423.]acho *J* labore *Z: corr. Scutarius* suppeditare *BDJ* 424. ac *E.*] hac *J.* hac *FZ: corr. Hermolaus* ianuad *Bothius* stercus *ex* stertus *ras. BE* 425.] colum n[..] *J.* columpnas *E* iussin columem *(vel* columen*) fere HWL Noniani* deicier *Camerarius, Fleckeisenus* operas, o *ex* a *E.* telas *Nonius* araneorum *Iunius ex Nonio:* aranearum *libri* 426.]ssin *J* in splendorem, l *s. v. D.* insplendorem *BE* dare *Osbernus* has bullas *Fleckeisenus* 427. Nichil *E.*]chil *J* tanquam *BDJ* sī//// /cv, c *m.*² *in ras. B* fustist, *priore* s

Quia tríduom hoc unúm modo foro óperam adsiduam dédo,
Dum réperiam qui quaéritet argéntum in fenus, híc uos
Dormítis intereá domi atque erus ín hara, haud aedibus,
hábitat.
Em ergo hóc tibi.

LIBANVS

Hospes, te óbsecro, defénde.

MERCATOR

Saurea, óro
Mea caúsa ut mittas.

LEONIDA

Ého, Coriscus pró uectura olíui
Rem sóluit?

LIBANVS

Soluit.

LEONIDA

Quoí datumst?

LIBANVS

Stichó uicario ípsi
Tuo.

---

430. *Placidus p. 53, 1:* hara (hira *codicum pars*) locus est tenebrarum uel porcorum, *quam glossam Deuerlingius ad hunc versum refert, non adeo magna cum probabilitate*

---

ex i *B.* fusist, i *in* t *mut. m.*[3] *D.* fuste *J* 428. [. . . .] *J* triduum *BDEJF* Quadriduum *Z, quod corr. Pylades* foro, o *post. m.*[2] *in lit., ubi* v̄ *scriptum erat B* assiduam *J* dedo *scripsimus cum Bentleio (cf. Goetzius in Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 360):* dedi *libri* foro dedi o. a. *Guyetus.* dedi foro o. a. *Reizius* 429. [. . .] *J* repperiam *DJ* queritet *BJ.* queritet *DE.* quaeritet par argentum *F* infenus *E.* in fęnus *D.* in foenus *BJ* 430.]mitis *J* herus *EJ* inhara *E.* in ara *J* haut-*E* ędibus *B.* edibus *DE.* aede *Bothius.* aedid *Mohrius de iamb. sept. p. 30: cf. Goetzius Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 357* habet *Pylades, Ussingius* 431. clamidat⁹ *praef. B*] hoc *J ita, ut spatium* Hem ergo *non capiat* Em *Brixius Emend. in Capt. p. 18:* Hem *libri* *Ante* LIB̃ *duae litterae minio pictae er. B* 432.]a *J* cusa *E* uti *Bentleius* eho — oliui *in ras., ubi* cui datū sit? lib. Stico uicario ipsi *scriptum erat E* Eho *m.*[2] *ex* Eo *B* Coriscus *scripsimus cum Fleckeiseno exempli causa:* ec quis *vel* ecquis *libri* prouectura *BJ*[2]. prouectum *J*[1] olim *FZ: corr. Scutarius* 433. Rem soluit? Li. Soluit *Turnebus Adv. IX 11:* Resoluit *(in ras. E.*]luit *J)* Lib. Resoluit *(-it ex -e E) libri* cui *BDE.* cui cui *J* datum st *B.* datum est *J.* datum sit *EZ: corr. Hermolaus* *Pers. om. D* sticho *ex* stico *m.*[2] *J.* stico *E* 434.]uii *e corr. ut vid. J*

LEONIDA

Váh! delenire ádparas. scis míhi uicarium ésse,
Neque eo ésse seruom in aédibus eri quí sit pluris quam íllest.
Sed uína quae heri uéndidi uinário Serámbo,
Iam pro ís satis fecít Sticho?

LIBANVS

Fecísse satis opínor:
Nam uídi huc ipsum addúcere tarpézitam Serámbum.

LEONIDA

Sic dédero: prius quae crédidi, uix ánno post exégi.
Nunc sát agit: adducít domum etiam últro et scribit númmos.
Dromó mercedem réttulit?

LIBANVS

Dimídio minus opínor.

LEONIDA

Quid rélicuom?

LIBANVS

Aibat réddere quom extémplo redditum ésset:

---

delimire *ut vid. J* apparas *libri* scis *LG:* scio *libri* mihi scio *E(m̄)Z* michi *J* 435.] esse *J* Nequeo esse *ex* Nequeom esse *E.* neque esse *FZ* seruum *J* inaedibus *BD.* inedibus *E* heri *J* illest *Aldina:* ille sit *libri* 436.]ina *J* quę *BDEJ* eri *DE(ex* ego*)* uiuario *J* Serambo *Ritschelius Opusc. vol. III p. 310:* exaerambo *libri (m.^{2} ex* exaer ambo *B.* exerambo *J). Dubitationem iam moverat Casaubonus in Athen. III p. 112 E idemque de* Σάραμβος *(quo de nomine cf. Ussingius) cogitaverat: cf. v. 438 et praefatio* 437.]pro *J* pro is *Pareus:* pro iis *DE.* prohis *ex* proiis *B.* pro his *J* fecit *ex* facit *J* oppinor *DE* 438.]uidi *J* hunc *JFZ* tarpezitam *Fleckeisenus (*tarpessitam*):* e*(*e *er.)*t rapezitam *B.* et rapere ita *E(*ta *ex* tā *ras.) JZ.* et rapere *F.* et rape *cum septem litt. spat. D.* etrapereita *ad* trapezeitam *spectare vid.* huc ipsum abducere ad trapezitam *Acidalius* Serambum *Ritschelius l. s. s.:* exerambum *E.* ex erambum *B.* exeranbum *m.^{2} ex* exerabam *J.* ex aerambum *D: cf. v. 436* 439. Sic dedero: prius *sic interpunxerunt primi Palmerius et Acidalius* prius quae *Pius:* priusquam *D.* priusq *J.* prius quam *BEFZ* priusquam creduim *Scaliger* exaegi *B* 440. satagit *BDEJ(*] s.*)* abducit domo *Acidalius* et iam *BD.* ei *(*i *ex* o*)* iam *E* 441. Dr[·]mo *J.* Dromon *Fleckeisenus* mercede *E* retulit *libri* opinor Leoñ *et er. verba* Quid — esset *(v. 442) m.^{2} scripta (*aiebat *ut vid., non* alebat*) B* 442. *Pers. om. BE* reliquum *BDE.* relinquam *ut vid. m.^{2} ex* relinquum *J* aibat *Reizius, Bothius:* aiebat *DJFZ.* aiebat *ex* alebat *B.* alebat *E* quom *Lambinus:* quam *libri*

Nam rétineri, ut quod sít sibi operís locatum effíceret.

LEONIDA

Scyphós quos utendós dedi Philodámo rettulítne?

LIBANVS

Non étiam.

LEONIDA

Em rem sis pérdere, da cónmoda homini amíco.

MERCATOR

Perii hércle! iam hic me abégerit suo ódio.

LIBANVS

Heus iam satís tu:
Audín quae loquitur?

LEONIDA

Aúdio et quiésco.

MERCATOR

Tandem, opínor,
Contícuit: nunc adeam óptumumst, priusquam íncipit tinníre.
Quam móx das mi operam?

LEONIDA

Ehem, óptume: quam dúdum tu aduenísti?
Non hércle te prouíderam: quaesó, ne uitio uórtas:
Ita íracundia óbstitit oculís.

MERCATOR

Non mirum fáctumst.

---

443. locanum *J* 444. Sciphos *BDE.* S[··]phos *J* philo damo *BD.* phylodamo *J* retulit ne *BDE*(ne *ex* me)*J* 445.]am *J* Em rem sis (*si uelis factum ex si ueis: cf. v. 1*) perdere da *LG:* hem non si uelis da *BD*(nunc *s.* non *m.*[3])*E.* hem nunc si uelis da *JF.* hem nunc si uelis *Z. Versum nondum persanatum esse assentimur Muellero de Pros. Pl. p. 445.* Non? hem si uelis dare *Fleckeisenus, inventis usus Acidalii* (non? hem) *et Dissaldaei Brantiique* (dare) *frustra Ussingius addit* si quid commoda *libri, nisi quod* comoda *E et* accommoda *Z* 446.] hercle˜ *J* ḥodio *et* heusiam *E* 447.]din *J* Audin *ras. ex* Audim *E* quę *BDEJ* quiesco, i *s. v. J* opinior *J* 448.]ticuit *J* optimum est *BDEJ* 449. Q[.]am *J* das mi operam *LG:* mihi operam das *libri* (m[1] *E.* michi *J.* operam das *m.*[2] *ex* operas *D.* das *m.*[2] *s. v. J*). mihi operam? *Fleckeisenus.* mi operam das (*et* hem) *Reizius, Bothius* optime *E*(im *e corr.*)*J* 450. ercle *B* prouideram *ex* prouidam *D* quęso *D.* queso *EJ* uicio *J* uortasi *D* 451. iracundia *ex* iracuñda *D* factum est *libri*

Sed sí domist, Demaénetum uolébam.

LEONIDA

Negat esse íntus.

Verum ístuc argentúm tamen mihi sí uis denumeráre,
Reprómittam istoc nómine solútam rem futúram.

MERCATOR

Sic pótius, ut Demaéneto tibi eró praesente réddam.

LIBANVS

Erus ístunc nouit átque erum hic.

MERCATOR

Ero huíc praesente réddam.

LIBANVS

Da módo meo perículo: rem sáluam ego exhibébo.
Nam sí sciat nostér senex fidém non esse huic hábitam,
Suscénseat, quoii ómnium rerum ípsus semper crédit.

LEONIDA

Non mágni pendo: né duit, si nón uolt. sic sine ádstet.

LIBANVS

Da, inquám. uah! formidó miser ne hic mé tibi arbitrétur
Suasísse sibi ne créderes. da, quaéso, ac ne formída:
Saluom hércle erit.

---

452. domi est *libri* demenetum *BDEJ* LEON̄ *ex* LEDN̄ *D* negant *JF* Negat esse intus? *Ussingius et Seyffertus Stud. Plaut. p. 1 (hic* uerum *v. 453 mercatori tribuens)* 453. istuc *ex* istū *E* tamen *m.*^{2} *vel m.*^{3} *ex* tuum *J* m̄ siuis *E* 455. demeneto *BDEJ* hero *J* p̄sente *B.* presente *D.* p̄sente *E.* presentem *J* 456. Verus, H *er. D.* Herus *BEJ* istuc *EJ* nouit atque *ex* nouitatque *B*^{2}. nouit aut *JF* herum *BEJ* hero *E*^{3}*FZ.* hero *m.*^{2} *ex* here *J.* ego *BDE* p̄sente, te *ex* tē *ras. E.* p̄sente te, te *s. v. m.*^{2} *B.* praesente *c. spat. 2—3 l. D.* presente *J* praesente huic *Bombe de abl. abs. p. 33* 457. periculo *JF, Pylades:* periclo *BDEZ* exhibebo *J*^{2} exibebo *BJ*^{1} 458. fidem *ex* finem *B*^{2} habitam huic, *alt.* a *ex* u *et* huic *m. posteriore ut vid. scripto J* 459. Sus *(ex* Suis*)* censeat *B.* Succenseat *J* quoii *LG:* qui *libri.* quoi *Pylades.* qui huic *Fleckeisenus. Fortasse* quia ipsus *ex* ipsius *ras. E.* ipsius *J* credit *Camerarius, Bentleius:* credidit *libri* 460. *V. recte interp. Ussingius* magnipendo *E* neduit *J* uult *libri* astet *BDEZ* 461. uahc *BDE* nec *J* 462. Suauisse *J* *Post* sibi *del.* c *ut vid. E* necrederes *J* ne crederes *ex* ne crederis *D.* ne crederes *m.*^{2} *in* nec redderes *correctum, qua correctione deleta* ne crederes *restitutum est B* queso *BDEJ* ah ne *Gulielmius.* ne *Fleckeisenus. Fuit qui* caue formides *coniceret* fos *J* 463. Saluum *libri* ercle *D*

MERCATOR

Credám fore, dum quídem ipsus in manu hábeo.
Peregrínus ego sum: Saúream non nóui.

LIBANVS

At nosce sáne.

MERCATOR

Sit, nón sit: non edepól scio. si is ést, eum esse opórtet.
Ego cérte me incertó scio hoc datúrum nemini hómini.

LEONIDA

Hercle ístum di omnes pérduint: uerbó caue supplicássis.
Feróx est uigintí minas meás tractare sése.
Nemo áccipit: te aufér domum, abscede hínc, molestus né sis.

MERCATOR

Nimis íracunde: nón decet supérbum esse hominem séruom.

LEONIDA

Malo hércle iam magnó tuo, ni istí nec recte dícis.

LIBANVS

Inpúre, nihili, nón uides irásci?

LEONIDA

Perge pórro.

LIBANVS

Flagítium hominis, da, óbsecro, argentum huíc, ne male loquátur.

---

quidem [*J* ipsus *(vel* ego ipse) *Muellerus Pros. Pl. p. 714 (quamquam is* habebo *praefert):* ipse *libri* inmanu *BDEJ* habebo *ex* habeo B^2 in manu ipse habebo *Acidalius.* habebo in manu ipse *Reizius* 464. Peregrinus, *priore* r *ex al. l. B* nonnoui *B* at [*J* nosce *ex* noso *E* 465. si is *ex* sus E^3 cum *J.* quem *F* eum scire *Weisius.* eum nosse *Ribbeckius* 466. scio hoc, hoc *s. v.* $m.^2$ *ut vid. D* 467. dii *J* oĩs *BDEJ* perduint, i *s. v.* $m.^2$ *B.* perdiunt *E* cane *J* supplicas sis *E* 468. minas $m.^2$ *e corr. J* se se *E* 469. accipit *Pylades:* accepit *libri* te aufer *Engerus de pros. p. IX, Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 630, Mohrius de sept. iamb. p. 12:* aufer te *JFZ.* aufer te *ex* aufert te *ras. B.* aufert *(exp.* $m.^3$*)* te *D.* aufert te *E* dominum *e corr. J* sies *J* 470. Ninnis *E* seruum *libri* 471. *Leon. pers. add.* B^2, *Gulielmius: om.* B^1*DEJ, Libani praef. FZ* cum *pro* iam *Lomanus Spec. crit. (a. 1855) p. 18, C. F. W. Muellerus Philologi t. 9 (a. 1854) p. 741: at cf. Fleckeisenus ibid. t. 2 (a. 1847) p. 95* niisti *D.* n̄c isti *J.* nunc isti *F.* nunc istuc *Z. Vel* ni isti *vel* isti *Bentleius* ne recte *JF.* recte *Z* 472. Impure nihili *BD:* Impure nibili, *prima* i *er. E.* Impuren i. bili *J.* Impuren bili *Z.* Impure atrabilem *F: corr. Pylades* perge *ex* porge *B* 473. Flagicium *J* homonis *Spengelius T. M. Plautus p. 223, Darn-*

MERCATOR

Malum hércle uobis quaéritis.

LEONIDA

Crura hércle diffringéntur,
Ni istum ínpudicum pércies.

LIBANVS

Perii hércle: age inpudíce,
Sceléste, non audés mihi scelésto subueníre?

LEONIDA

Pergín precari péssumo?

MERCATOR

Quae rés? tun libero hómini
Male séruos loquere?

LEONIDA

Vápula.

MERCATOR

Id tíbi quidem hercle fíet
Vt uápules, Demaénetum simulác conspexero hódie.
[In iús uoco te.

---

477. *Servius in Vergilium Aen. VIII 127 sq.:* cui me Fortuna precari ... uoluit] antiquum est; nam modo 'quem precari' dicimus. Terentius ... Sane ueteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant. Plautus in Amphitryone: 'noli pessimo precari' hoc est 'pro pessimo noli precari'

---

mannus de hiatu p. 14, Usenerus de scaen. Pseud. p. 9 me *J* nemaleloquatur *D* 474. quęritis *BJ.* queritis *DE* diffringentur *libri omnes: def. Ribbeckius praef. Com.*[2] *p. 56.* defringentur *Acidalius* *Addunt in fine huius versus* age in pudice *B.* age ī pudice *D.* age impudice *E* (m *ex* n) *J* (impu[ ) *FZ: cf. v. 475* 475. impudicum *BDEJ* perties *E.* percuties *JFZ* Age inpudice *h. l. om. libri: cf. v. 474. Restituit locum codd. Langianorum vestigia secutus Gulielmius* 476. m̄ with superscript 1 *E.* michi *J* sceleste *Z* 477. *Pers. om. JF* p̃cari *BE* pessimo *BDJ.* pessimo *ex* p̄essimo *ras. E* quę res *DJ.* que res *B.* queres *E* homine *BDEZ* 478. Malo *BDE* logre *E* id tibi quidem *F, Reizius, Fleckeisenus:* id quidem tibi *EZ.* id quid ē tibi *B.* id quidē tibi, tibi *s. v. m.*[2] *D.* idquidem tibi *J* fiet *ex* flet *ras. D.* flet *BE.* siet *F* 479. demenetum *BDEJ* simul ac *BDEJ* hodie, od *in lit. D* *V. 480—483 ut a sententia metro sermone alienos damnat Ussingius: cf. praef.* 480. *Personarum notae in marg. scriptae v. 480 — III 1, 11 omnes in ras. E*
Iniuste, te *er. D*

Leonida

Nón eo.

Mercator

Non eís? memento.

Leonida

Mémini.

Mercator

Dabitúr pol suppliciúm mihi de térgo uostro.

Leonida

Vaé te!

Tibi quídem supplicium, cárnufex, de nóbis detur?

Mercator

Atque étiam

Pro díctis uostris máledicis poenaé pendentur mi hódie.]

Leonida

Quid, uérbero?

Mercator

Ain tu?

Leonida

Fúrcifer, erum mé fugitare cénses?

---

485. *Osbernus p. 221 sq.:* Fugito .as uerbum frequentatiuum; unde Plautus: 'an tu . . . censes?'. — *Idem p. 219:* furca componitur hic furcifer .ri et hic trifurcifer .ri id est portarius *(sic scripsimus pro* potarius*),* qui tres habet furcas ad honus gerendum; unde Plautus: 'an tu furcifer herum nos fugitare. Etiam fur trifurcifer', *ubi extrema tria vocabula ad Aululariam II 4, 47 spectant*

---

iis *B (*Noniis*) D (priore* i *m.*[3] *exp.) E.* is *JFZ* Lib. Memini *Bothius* memini *ex* mem̃to *D* 481. Dabitur, i *s. v. D* supplitium *E* m[1] *E.* michi *J* detergo *BD* ur̃o *BDEJ* ue te *libri:* uae te *latinum esse docent grammatici et Seneca apoc. 4; cf. Hauptius Opusc. phil. 1 p. 78 sq.* 482. quidem *sanum esse negat Lambinus* supplitium *E* carnifex *BEJ* denobis *BEJ Hunc v. sic conformat Bothius:* Tibi quidem de nobis carnifex detur supplicium? Atque etiam *V. 483 merum glossema est versus 481* ur̃is *EJ* maledicis *Langiani, Bentleius:* maledictis *libri* penę *B.* pene *DE.* pęne *J* mihi *BD.* m[1] *E.* michi *J Post h. v. quaedam intercidisse putat Fleckeisenus (v. 484)* 485. *Merc. pers. add. Bothius: om. libri* furtifer *D.* furcifer *mercatori dat Ussingius* erum me *Ussingius:* erum nosmet *(*herum *J,* nos met *EJ) libri.* erum nos *Osbernus bis (*herum*). Langiani, Bentleius, Reizius (*fugitare erum nos*).* nosmet *Bothius. Fort.* erum nosmet fugere *coll. Ter. Ad. v. 60*

Ei núnciam ad erum quó uocas, iamdúdum quo uolébas.

MERCATOR

Nunc démum? tamen numquam hínc feres argénti nummum, nísi me
Dare iússerit Demaénetus.

LEONIDA

Ita fácito: age ambula érgo.
Tu cóntumeliam álteri faciás, tibi non dicátur?
Tam ego hómo sum quam tu.

MERCATOR

Scílicet: ita rés est.

LEONIDA

Sequere hac érgo.
Praefíscini hoc nunc díxerim: nemo étiam me accusáuit
Meritó meo, neque mést Athenis álter hodie quísquam,
Quoi crédi recte aequé putent.

MERCATOR

Fortásse: sed tamén me
Numquam hódie induces út tibi credam hóc argentum ignóto.
Lupus ést homo homini, nón homo, quom quális sit non nóuit.

LEONIDA

Iam núnc secunda míhi facis. scibam huíc te capitulo hódie

---

486. Ei, E *er. B.* Ii *D(*i *exp. m.*[3]*)E.* I *JFZ* nunc iam *libri (*nuntiam *E)* adherum *BD* quo *m*[2]. *in* quem *corr. J* iam dudum *BDEJ* 487. tam *Fleckeisenus* hic *F* nū mū *J* 488. iusserit, er *m.*[2] *s. v. D* demenetus *BDEJ* *V. 489—503 aut transponendi aut, quod probabilius est, ex al. rec. repetendi sunt: cf. praef.* 489. altim *J* fatias *E* 490. *Leon. pers. add. FZ: om. BDEJ* 491. *Leon. pers. praem. BDEJ* Praefiscini *Curio, Scaliger Coniectan. in Varr. p. 152 (ed. a. 1581):* Preficisci ni *B*[2]*D.* Preficiscini *E.* Perficisci ni *B*[1]. Proficiscin *JZ.* Proficisci *F* nunc *om. J.* te *F.* hoc *Z* ·dixerim̉ *E.* dixerimus *JFZ* 492. nequę *J* mest Athenis alter *Kampmannus de re mil. p. 29, Mohrius de sept. iamb. p. 11:* me athenis alter est *libri.* me alter est Athenis *Bentleius, Reizius, Bothius* 493. Cui, C *ex* Q *m.*[2] *D.* Cui *reliqui* ęque *B.* aequę *J.* eque *in ras. E*[3] putent, e *ex* a *D* fortasse *Bentleius ad Ter. Andr. I 1, 92, Bothius:* fortassis *libri* set *E* 494. igneto *E* 495. c̄ *inser. D*[2] cum *J* qualissit *D* 496. *Ante h. v. nonnulla intercidisse putat Scaliger, 'quae pertinebant ad relationem accepti'* secundā *m.*[3] *ut vid. ex* secunda *E.* secundas *Lipsius* m̓ *E.* michi *J* scibam *D*[3]. cibam *BD*[1]*E* huc *E.* hoc *JFZ*

Factúrum satis pro iniúria: quamquam égo sum sordidátus,
Frugí tamen sum néc potest pecúlium enumerári.

MERCATOR

Fortásse.

LEONIDA

Etiam hódie Periphanes Rhodó mercator díues
Absénte ero solús mihi taléntum argenti sóli
Adnúmerauit et crédidit mihi néque deceptust ín eo.

MERCATOR

Fortásse.

LEONIDA

Atque etiam tú quoque ipse si ésses percontátus
Me ex áliis, scio pol créderes nunc quód fers.

MERCATOR

Haud negássim.

---

497. proiniuria *E* quā quam, a *er. E* sum ego *B* sorditatus *BD* 498. Frugi t amensū *ex* Frugit amensū D^2 peculum *E* 499. et iam *B* hodie *Lachmannus ad Lucr. p. 290:* nunc dico *libri.* nunc *Bothius* 500. hero *BJ* m̄ (i supra), m *ex* t *E.* michi *J* mihi solus *D* 501. Annumerauit *J.* Numerauit *Bothius: cf. Langenus p. 93.* Adnumerât *Lachmannus in Lucr. p. 290.* Soli adnumerauit credidit *Reizius* credidit mihi *Fleckeisenus:* mihi (m̄ (1 supra) *E.* michi *J*) credidit *libri. Scripsimus locum cum Fleckeiseno quamquam dubitamus* neque deceptust *Fleckeisenus:* neque (neqę *J*) deceptus *libri.* nequest deceptus *Reizius, Bothius* ineo *BDEJ* 502.] tu *J* *Merc. pers. om. E* atque *s. v. E* percuntatus *E.* perconctatus, *alt.* c *s. v. m.*[2] *D.* percunctatus *J* 503.] scio *J* Me *del. Ussingius* quo id BD^2. quid hi D^1 quod nunc *J* fers? *BD* haut *E* Negassim *iteratur in titulo proximae scaenae BDE*

ACTVS III

CLEAERETA. PHILAENIVM

CLEAERETA

Néqueon ego ted ínterdictis fácere mansuetém meis?
Án ita tu's animáta, ut qui expers mátris inperió sies?

PHILAENIVM

Ýbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
Póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?

---

506. 507. *Nonius p. 151, 15:* piem colam (piencolam *libri*), custodiam. Plautus Asinaria: 'ubi piencolam pietatem . . . praecipis?'. — *Idem p. 375, 20:* postulare uelle. Plautus in Asinaria: 'ubi opem pietatem . . . praecipis?'

Act. III Sc. 1 Negassim CLERETA LENA · PHILENIVM MERETRIX · *BE.* Negassim; CLEERETA LENA · PHILLENIUM MERITRIX D^2 (*praeter* Negassim, *quod* D^1 *scripsit*). CLERETA LENA PHILENIVM MERETRIX · *J* 504. N[ ]te *J* equeon *c. spat. init. E.* eque on *item D* ted interdictis *Lambinus, D* (*priore* d *m.*[3] *exp.*; inter dictis): te dinter dictis *E.* te interdictis *BJ* (inter dictis) *FZ* mansuetem *Fleckeisenus ex v. 145:* mansuetam *libri* *Ante* meis *er.* s *D*
505.] tu *J* tu es *EJ.* tues *BD.* ita's *Pylades metri causa* ut qui (qui *s. v. m.*[2] *J*) *libri: cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 33.* ut quae *Pius, Bothius* expers matris *Camerarius:* matris expers *libri, nisi quod una litt. er. post* expers *in B* inperio *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1874) p. 113:* imperii *libri.* imperiis *Brantius.* imperi matris sies *Luchsius l. s. s.* 506.]em pietatem *J* ubi piencolam *intruso glossemate Nonius p. 151 (sed* colam *s. v. L cod.)*, ubi opem *idem p. 375*
Ibi *Ussingius: an* Qui? Pietatem *Camerarius* istoc *Nonius p. 151* (istuc *idem p. 375*): isto *libri* moratam *BD*^{2}*FJ, Nonius* (*p. 375 nonnulli codd.* memoratam *pro* more moratam), *Pylades:* morata D^1*EZ* 507.]em *J* *Post* postulem *ras. septem fere litterarum (fort.* pietatē) *D* $\overset{1}{\text{m}}$ *E.* michi *J.* me *Ussingius* p̃cipis *B.* p̃cipis *D.* prę̧cipis *E.* precipis *J*

CLEAERETA

Hócinest pietátem colere, mátri inperium mínuere?
Án decorumst áduorsari meís te praeceptís?

PHILAENIVM

Quid est?
Néque quae recte fáciunt culpo, néque quae delinquónt amo.

CLEAERETA

Égo te uolui cástigare, tú mi accusatríx ades.

PHILAENIVM

Néque edepol te accúso, neque id me fácere fas exístumo.
Vérum ego meas querór fortunas, quóm illo quem amo próhibeor.

CLEAERETA

Écqua pars orátionis dé die dabitúr mihi?

PHILAENIVM

Ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
Ád loquendum atque ád tacendum túte habeas portísculum.

---

515. 516. *Nonius p. 151, 18:* portisculus proprie hortator est remigum, id est qui quandam perticam *(sic scripsimus Placido duce: idem* qui eamdem perticam *libri;* id est *iam olim emendatum est)* tenet

---

508. *Versus in libris post 509 exstat: corr. Fleckeisenus*]ine est *J* *Pers. om. libri hoc loco* Hoccine est *libri* colere *ex* colore *B* D^3 matri *Bentleius:* matris *libri* (r *s. v. E)* imperium *libri* imperium matris *Pylades* 509. *Versum del. Ussingius: eum post v. 504 magis placere quam h. l. idem dicit*]um est *J* *Pers. praefigunt libri* decorum est *BDEFZ.* decorūest *ex* decoraest *(est e corr.) D* adūsari *B.* aduersari *DEJ* p̄ceptis *BDE.* pręceptis *J* Phil. Quid est *Camerarius:* quid est *libri.* quidem *Gulielmius* 510.] quę *J* quę *E.* que *BD* rectae *J* fatiunt *E* quę *BEJ* delinquunt *libri* 511—520. *Ordinem librorum (517. 518. 511. 516. 519. 520) turbatum esse sensit Fleckeisenus, qui hunc instituit: 517—520. 511—516. Ordinem invertimus* 511. *Ante h. v. libri exhibent 517. 518*] uolui *J* mihi *BD.* $\overset{i}{m}$ *E.* michi *J* 512.]ę edepol *J* nequ̧ *J* me id *F, Reizius. Idem vel* facere id *Muellerus Pros. Pl. p. 327* existimo *libri* 513.]um *J* cum *BDEJ* prohibeor, o *poster. s. v. B* 514. Ecqua *Brixius Emend. Pl. p. 5, Fleckeisenus:* Egoua *B.* Ego ua *DE*(uapars).]go una *J.* Ergo una *FZ.* Ergon *Acidalius.* Ergo *Bentleius, Reizius* dedie *BDJ* michi *EJ* *V. 515. 516 Bothius interrogandi signis positis Cleaeretam dicentem facit* 515.] meam *J* ego et tuam *Reizius.* et autem tuam *Muellerus Pros. Pl. p. 59* tum tardo *Nonius* 516. Adloquendum *BD.* A[ ] loquendum *J* adtacendum *BDE.* ad iacendum *Nonius* tute habes *Isidorus.* tu ut habes *Nonius.* tu ut habeas *Ussingius cum Mercero* tu te

CLEAERETA

Sátis dicaculá's amatrix.

PHILAENIVM

Máter, is quaestúst mihi:
Língua poscit, córpus quaerit, ánimus hortat, rés monet.
Quín pol si reposíui remum, sóla ego in castéria
Ýbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít tibi.

CLEAERETA

Quíd ais tu, quam ego únam uidi múlierem audacíssumam?

quae portisculus dicitur, qua et cursum et hortamenta moderatur. Plautus Asinaria: 'et meam partem ... portisculum'. — *Isidorus Originum XIX 2, 13:* porticulus: malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus. De quo Plautus: 'ad loquendum ... porticulum'. *Ex Isidoro hauserunt Papias, Hugutio, Iohannes de Ianua, Osbernus, quorum ultimus p. 429 haec habet:* hic porticulus . . . id est paruus baculus ad portandum habilis et hic portusculus . . . malleolus in naui, cum quo gubernator dat signum nautis uel in una uel in gemina percussione; unde Plautus in Asinaria: 'ad loquendum uel ad tacendum tute habes portusculum'

517. *Osbernus p. 158:* dicaculus . . . id est aliquantulum facundus; unde Plautus 'dicacula' inquit 'est et haec meretrix'

519. 520. *Nonius p. 85, 23:* casteria locus ubi cum nauigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt. Plautus Asinaria: 'quin pol . . . tibi'. — *Placidus ad Statii Theb. VI 797:* et signo de puppe dato] 'de puppe' a gubernatore. Nam pertica est quaedam in naui, quam hortator remigum tenet. Quam si incusserit, remiges non desinunt: si deposuerit, quiescunt a labore. Hanc casteriam Plautus nominauit in Asinaria: 'quin pol . . . casteria'

DE portisculum, r *ex* s *E*. porticulum *Isidorus, quam formam etiam Paulus p. 235, 11 et Philoxenus p. 165, 12* porticulus: κελευστής *exhibent, Festus contra p. 234^b 4 et glossa Amploniana*[1] *p. 361, 168 (cf. Prodromus p. 135, 5) recte* portisculus *V. 517. 518 in libris post 510 positi sunt* 517.] dicicula *J.* acula *E* es *libri* mater isquestus ē *ex* materis questus ē *B*^{2}. mater is questus *D.* mater es questus *E* (materes *et alt.* u *dubia*) *JZ* (quęstus). mater est quesitus *F*: *corr. Angelius* mihi est *DZ.* m̄ (1) est *E.* michi est *J*: mihist *Angelius* 518.]gua *J* quęrit *J.* querit *BDE* hortat *Acidalius*: orat *libri* 519. quin pulsi *Nonii codd. ut vid.* reposiui *BJ*: repulsiui *vel* repulsaui *Nonius ut vid.* reposui *DE* (*bis exhibet*) *FZ*, *Placidus* incasteria *DEJ* schasteria *Turnebus Adv. IV 13 collata Hesychii glossa:* σχαστηρία . . . μέρος τι ἐν τῇ νηΐ 520. quiosco *E* om̄is *B* (i *s. v. m.*^{2}) *J.* om̄s *DE* familię *J.* familie *E* cassa *Acidalius* constitit *E.* consistit tibi *Nonianorum solus fere H*: *reliqui* c. ibi *vel* c. cibi 521. ego *om. Z* audacissimam *BDE*

Quótiens te uotui Árgyrippum fílium Demaéneti
Cónpellare aut cóntrectare cónloquiue aut cóntui?
Quíd dedit? quid déportari iússit ad nos? án tibi
Vérba blanda esse aúrum rere, dícta docta pró datis?
Vltro amas, ultro éxpetessis, últro ad te arcessí iubes.
Íllos qui dant, eós derides: quí deludunt déperis.
Án te id exspectáre oportet, sí quis promittát tibi,
Té facturum díuitem, si móriatur matér sua?
Écastor nobís periclum et fámiliae porténditur,
Dum éius exspectámus mortem, né nos moriamúr fame.
Núnc adeo nisi mi húc argenti défert uigintí minas,
Né ille ecastor hínc trudetur lárgus lacrumarúm foras.
Haéc dies summást quom apud me inópiast excusátio.

522. Quotiens te, te *s. v. B* uotui, e *s.* o *m.*^{2}*B.* uetui *J* argirippum *B* (g *ex* r) *DJ*^{2}. agrippum *EJ*^{1} filiūn, *ut ultima litt. videatur* m *esse ad finem non perducta D* demeneti *D* (i *ex* um) *EJ.* demeneti *B* 523. Compellare *libri* contraectare *D* conloqui ue *BE.* colloqui ue *J* 524. adnos *BE* an tibi *Reizius, Fleckeisenus:* an tu (*vel* antu) tibi *libri.* tu tibi *Bentleius, Weisius* 525. rerere *E.* rere *in lacuna undecim fere litt. add. m.*^{2}*D* 526.]tro *J* expetessis *ex* expetes sis *B*^{2}. expetes sis *E* adte *BD* accersi *BDE.* acersi *J* 527. illas, o *s.* a *E.* illi *Scaliger* dant eos, eos *s. v. et* dant *in ras. B*^{2} deperis *Camerarius:* dederis *libri*, *nisi quod* derideris *Z* 528.] id *J* Ante *BDE* expectare *DEJ* *Post* oportet *m.*^{2} *inser.* ? *B* siquis *BDE* 529.] facturum *J* diuitem esse *Aldina* moriatur *Pylades:* moritur *libri* mater moriatur *Bothius, Ritschelius* sua *E*^{3}*F, Saracenus:* tua *BDEJ* 530. nobs *E* nobis *simul cum* et *del. Bothius* periclum *Pylades, Bentleius:* periclum (*ex* periculum *ras. J*) magnum *libri* familię *J.* familie *E* 531. Demetrius *E.* Demeneti si *JE*^{3}*FZ* expectamus *EJ* (*ex* expectauimus) nenos *J* moriamur *ex* moriamus *E* fame *ex* fama *D* 532. mihi *BDE* (m̄) *J* (michi) nisi huc argenti mi *Fleckeisenus Philologi t. 2 (a. 1847) p. 71, Muellerus Pros. Pl. p. 545.* nisi mihi uiginti huc *Fleckeisenus ibid. dubitanter* defert *LG frequenti apud Plautum usu ducti:* adfert *BD.* affert *E* (*cum parvula post* r *ras.*) *J* 533.] ille *J* largos *B* lacrimarum *BE* 534. *Versum del. Guyetus*]c *J* Haec *Fleckeisenus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 45 (cf. Pseud. v. 374, Persae 34):* Hic *libri* summast *Fleckeisenus.* sūme ē *E*^{3} *ex* sunn st, *pro quo fuerit* sumust, *E.* summe est *JFZ* (summę) quom apud me inopiast *LG:* apud (*ex* aput *J*) me inopiae (inopię *D.* inopie *E*) *libri* med *Bothius, Ritschelius l. s. s.* me ei *Muellerus Pros. Pl. p. 545* apud me summast *Reizius apud Hermannum Elem. d. m. p. 88* med: inopia exclusast domo *vel* foras *Schoellius Anal. Pl. p. 32 adn. 64,* me inopiast exclusa (*vel* excussa) ilico *idem nunc* *Ussingius versum putat intercidisse*

PHILAENIVM

Pátiar, si cibó carere mé iubes, matér mea.

CLEAERETA

Nón uoto ted amáre qui dant quoía amentur grátia.

PHILAENIVM

Quíd si hic animus óccupatust, máter, quid faciám? mone.

CLEAERETA

Em

Meúm caput contémples, si quidem éx re consultás tua.

PHILAENIVM

Étiam opilió qui pascit, máter, alienás ouis,
Áliquam habet pecúliarem, quí spem soletúr suam.
Síne med animi caúsa amare unum Árgyrippum, quém uolo.

CLEAERETA

Íntro abi: nam té quidem edepol níhil est inpudéntius.

PHILAENIVM

Aúdientem dícto, mater, próduxisti fíliam.

---

539. *Gellius XVIII 12, 1:* Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius . . . Plautus . . . in Asinaria quoque contemples dicit pro 'contempleris': 'mecum . . . tua'. — *Nonius p. 469, 33* 'de contrariis generibus uerborum' *agens:* contempla. Accius . . . Plautus Asinaria: '**meum caput contemples**'

---

535. me *m.^{2} s. v. J* iubeas *Z.* iubes iubes *J* 536. Non uoto (ueto *m.^{2}*) ted amare (*ex* tedamare *m.^{2}*) *B.* Non uoto te damare *E.* Nonuotote damare *D.* Non ueto te amare *JFZ, Acidalius, Geppertus Stud. Pl. I p. 128* danunt *Fleckeisenus* quoia *Bergkius Symb. ad gramm. lat. p. 63:* $\overset{a}{\mathrm{q}}$ *m.^{2} ex* qui *B.* qua *DEJFZ.* quad *Acidalius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 62.* qua mage *Muellerus Pros. Pl. p. 223.* quanam *Koehlerus l. s. s. p. 68* amentur *ex* amantur *J* 537. Set si *Fleckeisenus, fort. recte* occupatust, s *post* a *er. E.* occupatus est *J* qd *ex* qđ *B^2.* quod *E* fatiam *E* *Interpungunt alii post* occupatust *vel post* mater 538. hem *libri* 539. mecum *Gellius* capud *DEJ* (*in* caput *corr.*) siquidem *BDEJ* exre *J.* e re *vel* aere *Gellius*
540. ó mater, ó *m.^{2} s. v. ut significaretur vocativus addito B* oues *J* 541. $\overset{i}{\mathrm{q}}$uia *ut vid. J* [ ]am *J* 542. Sine med animi causa amare u. A. *LG:* Sine me amare u. a. animi causa *libri* argirippum, g *ex al. litt. B.* argirippum, *priore* p *s. v. D.* agrippum *E.* Argyrippum hunc *Muellerus Pros. Pl. p. 545* uolo *vocis* 1 *tantum legi potest J* 543. abinamte *D* nichil *EJ* impudentius *DEJ* 544. dicco *D*

LIBANVS. LEONIDA

LIBANVS

Perfídiae laudes grátiasque habémus merito mágnas,
Quom nóstris sycophántiis, dolís astutiísque,
Scapulárum confidéntia, uirtúte ulmorum fréti,
* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
Qui aduórsum stimulos, lámminas, crucésque conpedésque,
Neruós, catenas, cárceres, numéllas, pedicas, bóias
Indúctoresque acérrumos gnarósque nostri térgi
[Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt]
* * * * * * * * * * * * * * * * * * *

---

547. *Nonius p. 262, 3:* confidentia duritia, patientia. Plautus in Asinaria: 'scapularum . . . freti' 550. *Nonius p. 144, 22:* numellae machinae genus ligneum ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes immittunt. Plautus Aulularia: 'neruus . . . boias'. — *Osbernus p. 377:* numella . . . quoddam genus catenarum innumeris maculis contextum; unde Plautus in Asinaria: 'catenas carceres numellas boias ibo aduersum'*: cf. ad v. 295* 551. *Collatis bilinguibus glossis hisce: Cyrilli p. 444, 15* εἰσακτής: inductor *et Labbaei p. 91ᵇ 'e':* inductor: ἐμβιβαστής *nihil omnino ad explicandum vel emendandum h. l. proficimus*

Act. III Sc. 2 LIBAN' · LEONIDA SERVI DVO · *in ead. qua praecedens v. linea B.* LIBANVS LEONIDA DVO SERVI *J.* SERVI DVC̄ *E. Spat. vac. D* 545. erfidiae *c. spat. init. D.* Perfidię *B.* Perfidie *E* gratiasque, q *post* que *er. E.* graciasque *J* 546. Quum *BD.* Cum *EJ* nostris, i *ex* a *D* sicophantiis *B.* si cophantiis *J.* sichophantus *ut vid. E* astutiisque *ras. ex* astutusque *B.* astutusque *E.* astutiisquę *m.*² *ex* astutusquę *J.* astatusque *D* 547. confidendentia *B* humerorum *vel* armorum *Saracenus: illud etiam Lambinus* freci *BD* spreta *vel* in uirtutem *Ussingius* uirtute freti, ulmorum Ad morsum *Goellerus ad Trinummum p. 60* *Post h. v. aliquid intercidisse vidit Fleckeisenus* 549. Qui *del. Pylades, Scaliger.* Quom *Lambinus* aduorsum, r *ex* s *E* stetimus *Ussingius* iam minas *E: cf. Lachmannus in Lucr. p. 205* compedesque *DE*(c̄-)*J* 550. neruus *Nonius praeter O cod.* carceris *B*(a *ex* e *vel* o)*DE.* carcerem *Nonius, Ussingius* bonas *D, quod si vel in B vel in omnibus codd. legeretur, non deesset qui* boiias *scriberet* 551. Inductoresque *Langiani, Palmerius, Acidalius:* Indoctoresque (do *ex* cer *ut vid. D*) *libri, Hildebrandus ad Appuleium I p. 386.* Inpactoresque *Pareus, Ussingius* acerrimos *E.* acerrumos *m.*² *ex* acerumos *J* 552. *V. damnat Bothius* sepe *BDEJ* innostras *DE* nibices *Guyetus* *Post h. v. lacunam esse statuit Fleckeisenus*

Eae núnc legiones, cópiae exércitusque eórum
Vi púgnando, periúriis nostrís fugae potíti.
Id uírtute huius conlégae meaque cómitate fáctumst.
Qui mést uir alter fórtior ad súfferundas plágas?

LEONIDA

Edepól uirtutes quí tuas non pótis es conlaudáre
Sicút ego possum, quaé domi duellíque male fecísti.
Ne illa édepol pro meritó tuo memorári multa póssunt:
Vbi fídentem fraudáueris, ubi ero ínfidelis fúeris,
Vbi uérbis conceptís sciens lubénter periuráris,
Vbi párietes perfóderis, in fúrto ubi sis praehénsus,
Vbi saépe causam díxeris pendéns aduorsus ócto
Artútos, audacís uiros, ualéntis uirgatóres.

---

554. Hae *J* nunc nc̄ *J* copiae *ex* copias *D*. copie *E* (*ex* proprie) *J* eorum *Camerarius:* forum *libri*. furum E^3, *Scutarius*. lorum *Pontanus* 555. Vbi *J* Pugnando ui *Fleckeisenus in ed., quam sententiam retractavit Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 502.* Vi pugnando et *Mohrius de sept. iamb. p. 21* per iuriis *B* fugae *Buechelerus Nov. ann. vol. 87 (a. 1863) p. 772:* eugae *BD*. euge *EJ* 556. collegae *BD*. collegȩ *J*. college *E*. collegaeque *Muellerus Pros. Pl. p. 614 adn.* collegaest *miro modo Hermannus Elem. d. m. p. 152* Virtute id conlegae huius mei meaque comitate Factumst *Hermannus de metris p. 178.* Virtute id conlegae huius est meaque comitate Factum *Bothius* comittate *J* factum st *B*. Factum est *J* 557. mest uir alter fortior *LG* (*cf. Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 358*): me uir fortior est *libri* (est *om. Z*) qui mest uir fortior *Weisius, Fleckeisenus* sufferandas *B*. sufferendas *D* (n *ex* u) *EJ* 558. *Fortasse* qui uirtutes: *cf. Ussingius* non potis es *LG* (non *iam Gertzius*): nunc possis *libri*. nunc possit *Scutarius, quem fere omnes secuti sunt,* qui *relativum esse rati* cōlaudare *E*. collaudare *J* 559. ergo *J* possum *F, Pylades:* possim *BDEJZ* quȩ *BDEJ* domx *E* 560. *V. dittographia esse videtur: cf. praefatio* Neilla *D*. Ne ille *Lambinus, ut inde apodosis incipiat* promerito *BDE* tuo *Guyetus, Reizius:* nunc tuo *libri* memorari *ex* memora $m.^2$ *vel* $m.^3$ *J* possu *et ligatura post* u, *quae* ns *potius quam* nt *esse vid. D* memorare multa possit *Lambinus* 561. fidem tem *ex* fidem $m.^2$ *vel* $m.^3$ *J* fidum defraudaueris *Ritschelius ap. Mohrium l. s. s. p. 21. Fuit qui* confidentem frausus sis *coniceret. Traditam scripturam recte def. Fleckeisenus Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 501 sq.* hero *ex* ero $m.^2$ *vel* $m.^3$ *J* 562. libenter *libri* 563. parietis *BDE* infurto *DE* ꝑhensus *B*. p̄hensus *DE*. prȩhensus *J* 564. sepe *BDEJ* aduersus *libri* 565. Artutos *Fleckeisenus:* Astutos *libri*. Artitos *Turnebus Adv. XXIV 31* audaces *et* ualentes *J* iurgatores *JFZ, quod etiam in B legi potest, corr. Pius*

LIBANVS

Fateór profecto ut praédicas, Leónida, esse uéra:
Verum édepol ne etiam túa quoque malefácta iterari múlta
Et uéro possunt: úbi sciens fidéli infidus fúeris,
Vbi praénsus in furtó sies manufésto et uerberátus,
Vbi périuraris, úbi sacro manús sis admolítus,
Vbi erís damno et moléstiae et dedécori saepe fúeris,
Vbi créditum quod sít tibi datum ésse pernegáris,
Vbi amícae quam amicó tuo fuerís magis fidélis,
Vbi saépe ad languorém tua durítia dederis ócto
Validós lictores, úlmeis adféctos lentis uírgis.
Num mále relatast grátia, ut conlégam conlaudáui?

LEONIDA

Vt méque teque máxume atque ingénio nostro décuit.

LIBANVS

Iam omítte istaec: hoc quód rogo respónde.

LEONIDA

Rogita quód uis.

———

566. p̃dicas *B.* predicas *EJ.* predicis *D* *Ante* uera *ras. J* 567. ne etiam tua *Camerarius:* ni etiam *(*nietiam *D)* tua *(*tuo *B) libri.* ne tua etiam *Lambinus.* etiam tua *Guyetus, Fleckeisenus Philologi t. 2 (a. 1847) p. 96. Fortasse* qui etiam male facta *J.* malęfacta *D* 568. uera *Weisius* fideli *m.*[2] *vel m.*[3] *ex* uideli *J* inuidus *D* 568 —570. *Suspicionem movent verba* ubi sciens — periuraris, *quae versu non laeso eici possunt: eadem ibi habes quae vel supra vel infra eisdem fere verbis dicta sunt* 569. pręnsus *E.* prensus *DJ* infurto *DE.* infuturo *J* manufesto et *Scaliger:* et manifesto *(*manifestos, o *ut vid. ex* u *D) libri.* manufesto *Reizius* 570. periuraris *ex* periurabis *D* 571. damno et *Bothius, Mohrius l. s. s. p. 18:* dampno *libri* damno eris *Lachmannus* molestię *B.* molestie *E* sepe *BDEJ(m.*[2] *vel m.*[3] *e corr.)* 572. *Post* creditum *ras. J* tibi quod sit tibi *Z: corr. Hermolaus* 573. amicę *J.* amice, a *m.*[3] *in ras. E* 574. sepe *BDEJ* adlanguorem *BDJ.* adlangorem, *alt.* a *ex* o *E.* ad langorem *FZ* tua duricia *B.* tu aduritia *E* 575. Validos *ex* Validus *D* lictoris *B.* littoris *corr. in* lictoris *D.* littoris *E* affectos *J.* adfectus *Bosius.* adfectis *Acidalius* 576. Num, u *ex* a *B* relata est *libri* ut collegam collaudaui *BD(*collaudauiṭ*).* collegam collaudaui *E(*collegam *add. m.*[2]*)FZ.* collaudaui collegam *J* 577. te quę *J* maxime *BDE* atquę *J* ingenium nostrum *Lambinus* 578. istaec *Schmidtius de pron. dem. form. p. 79:* ista atque *libri (ras. post* ista *J)* quid uis *DF(*quiduis*)* Rogita q[*J*

LIBANVS

Argénti uigintí minas habés nunc?

LEONIDA

Arioláre.

Edepól senem Demaénetum lepidúm fuisse nóbis:
Vt ádsimulabat Saúream med ésse quam facéte.
Nimis aégre risu mé continui, ubi hóspitem inclamáuit,
Quod sése absente míhi fidem habére noluísset.
[Ut mémoriter me Saúream uocábat atriénsem]

LIBANVS

Manedúm.

LEONIDA

Quid est?

LIBANVS

Philaénium estne haec quae íntus exit átque
Vna Argyrippus?

LEONIDA

Opprime os: is ést. subauscultémus.

---

579. habes nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 642 (cf. Add. p. 103):* habesne *libri* (habes ne *EJ*). habesne tu *Pylades* hariolare *BDE* 580. demenetum *D.* demenetum *B* demenetum *E.* de menetum *J* 581.]auream [ ] esse *J* adsimilabat *E* med esse *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me esse *libri.* me is esse *Umpfenbachius Mel. p. 27* quem *BDE* facete *ex* facerete *E.* facere *Z: corr. Hermolaus* *De structura cf. Fuhrmannus Nov. ann. vol. 97 (a. 1868) p. 845 et Brixius ibid. vol. 101 (a. 1870) p. 778* 582.] egre risu [ ] continui *J* egre *E* risu me *Hermannus Elem. d. m. p. 154:* risum *libri. De caesura cf. Mohrius p. 13* *Post* hospitem *ras. J* 583.]absente [ ]hi *J* sese *Gruterus, Reizius:* se *libri.* sepse *Muellerus Add. ad Pros. Plaut. p. 114 adn.* sed *Ritschelius Nov. exc. p. 51* m̃ (1) *E* habere *ex* habuisse *E* noluisset, ss *e corr. D* 584. *Hunc v., quem Fleckeisenus post 581 ponit, parallelum esse versus 581 vidit R. Muellerus de Plauti Epidico thes. III*]mem[ ]sauream *J* memonriter *E* locabat *J* 585. Mane dum *BEJ* quod est *E* philenium *libri* (pbilenium *E*) est ne *BEJ* hęc *B.* h̃ *E.* hęc *ex* hic *m.*[1] *ut vid. D.* hec *J.* illaec *Ussingius.* istaec *Muellerus Pros. Pl. p. 303* (Pbileniumne est haec huc *idem ibid.*) quę *BD.* q̃ *J.* que *E* exit atque *Bothius:* exit *libri* 586. Una Argyrippus *Bothius:* Atque (Atquę *J*) argirippus (argyrippus *m.*[2] *ex* agyrippus *J.* arrgirippus *B.* agirippus *E*) una *libri.* Atque Argyrippus *Reizius, Weisius* opprimęe *D* os opprime *Camerarius, Muellerus l. s. s.* sub auscultemus *E.* subascultemus *B.* sub ascultemus *D*

LIBANVS

Lacrumántem laciniá tenet lacrumáns. quidnam esse dícam?
Tacite aúscultemus.

LEONIDA

Áttatae: modo hércle in mentem uénit:
Nimis uéllem habere pérticam.

LIBANVS

Quoi reí?

LEONIDA

Qui uerberárem
Asinós, si forte occéperint clamáre hinc ex crumína.

ARGYRIPPVS. PHILAENIVM. LIBANVS. LEONIDA

ARGYRIPPVS

Quor mé retentas?

PHILAENIVM

Quía tui amáns abeuntis égeo:
Mane sís.

ARGYRIPPVS

Vale.

592. *Nonius p. 349, 35 de* manere *verbi significationibus variis agens affert etiam:* Plautus in Asinaria: 'uale. — aliquanto . . . maneres'

587.]crumantem *J* *Pers. om. EFZ* Lacrimantem *E* lucrumans *J.* lacrimans *E* quid nam *BE.* q id nam *D.* Qd nam *J* 588. *Versum del. Guyetus* *Leon. pers. initio add. BD, Acidalius* |te *J.* tace tu *Boxhornius* Leon. atat *F.* Li. Attate *BD.* Li. At tate *E.* Lib. at at *JZ*(atat)*: corr. Angelius* inmentem *E* 589.]mis *J* Lib. Quoi *F, Angelius:* Leon. Quo cui *B.* Leon. cui quoi *E.* Leon. quoi *Z.* Leon. cui *DJ* Leon. Qui *F, Angelius:* Liban. Qui *BDEJZ* 590.]sinos *J* hinc *om. J* excrumina *E*

Act. III Sc. 3 ADVLESCENS · MERETRIX SERVI DVO · *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADVLESCENS · MERETRIX · SERVI · *E.* ARGYRIPPVS · PHILENVM · LEON · LIB · SERVI DVO *J.* *Om D spat. relicto* *Scaenam multo breviorem fuisse suspicatur Muellerus Pros. Pl. p. 319* 591. Cur *libri* (ur *c. spat. D)* amantis *pro* abeuntis *Seyffertus Stud. Pl. p. 1* egeo *m.*² *ex* ego *J* 592. Mane sis *addidimus: om. libri, Nonius*

PHILAENIVM

Aliquanto ámplius ualérem, si hic manéres.

ARGYRIPPVS

Salué.

PHILAENIVM

Saluere mé iubes, quoi tu ábiens adfers mórbum.

ARGYRIPPVS

Matér supremam míhi tua dixít, domum ire iússit.

PHILAENIVM

Acérbum funus fíliae faciét, si te caréndumst.

LIBANVS

Homo hércle hinc exclusúst foras.

LEONIDA

Ita rés est.

ARGYRIPPVS

Mitte quaéso.

PHILAENIVM

Quo núnc abis? quin tu híc manes?

ARGYRIPPVS

Nox sí uoles manébo.

LIBANVS

Audín hunc opera ut lárgus est noctúrna? nunc enim ésse
Negótiosum intérdius uidélicet Solónem,

ah quanto *Pylades.* aliquantod *Bothius.* pol aliquanto *Fleckeisenus.* at aliquanto *Quicheratius ad Nonium.* aliquanto ego *Ussingius* maneres *ex* egeres *E* 593. salue re *B* quoi *(s. v.* cui*) B.* quoi cui *E.* cui *D*(cuitu)*J* affers *FZ:* offers *BDE, Ussingius.* effers *J* 594. Mater, M *ex* S *D* supremam *Turnebus Adv. III 12, Scaliger:* supremum *libri* (suppremum *D.* suppm̃um *BJ*( ] s.), *quod def. I. Schegkius 'Observationum et emendatt. praemissa' Francof. a. 1590 p. 23 sq.* michi tua *EJ.* tua mihi *Lomanus Spec. cr. p. 18* *Ante* iussit *er.* d *B* 595. funus *ex* fumus *m.*[2] *J* filie *E* ·faciet ·filiae, ili *ex* aci *D* site *BD* carendum est *libri* 596.]mo *J* exclusus est *BDEJ*(.e.). extrusust *Lambinus, sed cf. Langenus p. 251* mitte *ex* mitto *D* quęso *BE.* queso *DJ* 597. Quo [ ]c *J* mane *F* nox *Lipsius Ant. lect. II 7, Scaliger:* mox *libri* 598. Audin tu hunc *Beckerus in Studemundi Studiis p. 271 itemque editt. veteres* hunc, n *s. v. D* esse *Muellerus Pros. Pl. p. 280:* est *libri.* hic est *Camerarius* 599. Negotiosum *Muellerus l. s. s.:* Negotiosus *libri. Muellerum secuti sumus, quamquam* uidēlicet *facit ut dubitemus* inter dius *E.* interduis *BJ* interdius negotiosus *Bothius, Fleckeisenus* Le. Videlicet *Weisius* solon est *JE*[3]*FZ*

Legés ut conscribát, quibus se pópulus teneat. gérrae:
Qui sése parere ádparent huius légibus, profécto,
Numquám bonae frugí sient, diés noctesque pótent.

LEONIDA

Ne iste hércle ab ista nón pedem discédat, si licéssit,
Qui múnc festinat átque ab hac minátur sese abíre.

LIBANVS

Sermóni iam finém face tuo: huíus sermonem accípiam.

ARGYRIPPVS

Valé.

PHILAENIVM

Quo properas?

ARGYRIPPVS

Béne uale: apud Órcum te uidébo:
Nam equidém me iam quantúm potest a uíta abiudicábo.

PHILAENIVM

Quor tu, óbsecro, inmeritó meo me mórti dedere óptas?

ARGYRIPPVS

Egon té? quam si ego intéllegam defícere uita, iam ípse
Vitám meam tibi lárgiar et dé mea ad tuam áddam.

600. 601. *Nonius p. 118, 24:* gerrae nugae, ineptiae; et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur. Plautus Asinaria: 'gerrae! . . . profecto'. — *Osbernus p. 261ᵇ sq.:* gerra nuga uel nugator. Plautus: 'gerrae, qui sese apparere parent huius legibus' 603. *Osbernus p. 328ᵇ:* licescit licet. Plautus: 'discedat ergo, si licescit'

600.]es *J* gerrę *EJ.* Li. Gerrae *Weisius* 601. se esperare *vel* se sperare *vel* sesperare *Nonius* se se *E* parere *ex* aparere *ras. E.* pareree, *ultima e pallido atr. scripta J* apparent *BDE, Nonius.* aparent *J* 602. bonę *BJ.* bone *E.* bone, o *ex* e *D* fruge *DE* 603. Neiste *D* discedat *m.*² *ex* discat *J* silices sit *BD* licescit *Osbernus* 604. atquę atquę *J* se se *E* 605. iam, i *in lit. B* tuo face *Lomanus Spec. cr. p. 18* excipiam *Guyetus* 606. *Pers. Phil. et Arg. intra v. om. BDE* orchum *BDEJ* uidebo, b *ex al. litt. DJ* 607. potis *Fleckeisenus* auita *BDEJ* 608. Cur *libri* immerito *DJ* 609. Egón te *Richterus, Lomanus Spec. cr. p. 19:* Ego te *libri* si ego *Fleckeisenus:* si *libri.* si umquam *Guyetus.* si te *Bentleius,* qui *pro* quam *cum Pareo scribens* intelligam *EJ* 610. lagiar *J* demea *BJ* adtua *E*

PHILAENIVM

Quor érgo minitarís mihi te uítam esse amissúrum?
Nam quíd me facturám putas, si istúc quod dicis fáxis?
Certúmst efficere in me ómnia eadém quae tu in te fáxis.

ARGYRIPPVS

O mélle dulci dúlcior tu's.

PHILAENIVM

Cérte enim tu mihi uíta's:
Conpléctere.

ARGYRIPPVS

Fació lubens.

PHILAENIVM

Vtinám sic efferámur.

LEONIDA

O Líbane, ut misere míser homost qui amát!

LIBANVS

Immo hercle uéro
Qui péndet multost míserior.

LEONIDA

Scio quí periclum féci.
Circúmsistamus: álter hinc, hinc álter adpellémus.

LIBANVS

Ere, sálue: sed num fúmus est haec múlier quam amplexáre?

---

611. Cur *libri* ergo, r *s. v. B* mihi *Lomanus p. 18:* tibi *libri* amissuram *corr. in* amissurum *D* 613. Certumst *Lachmannus:* Mihi (Michi *EJ*) certum est *libri.* mi est certum *Bentleius* est *del. Bothius, contra usum* inme omnia *DE.* omnia in me *Fleckeisenus, Reizius* tandem *EJFZ* quę *BEJ* inte *BDEJ* 614. Oh *BDJ* dulci *B*² *ut vid., Z:* dulce *B*¹*DEJF* dultior *E* tu's *Fleckeisenus:* mihi tu es *BDFZ.* tu mihi tu es *E*(m̄) *J*(tues). Phil. mihi *Ussingius* certę *D* mihi uita's *Fleckeisenus:* uita es (est *J*) mihi (m̄ *E*) *libri.* uita's *Bothius, Ussingius* 615. Complectere *BDJ* fatio *E*offeramur *J* 616. Libane, Libane *Camerarius.* mi Libane *vel* Libane mi *Muellerus Pros. Pl. p. 679 inter alia* ut misere miser homost *LG:* ut miser est homo *libri.* ut miser is est homo *Fleckeisenus.* miser ut est homo *Bothius* *Versum ut corrigat Hermannus in fine add.* potius 617. multo est *libri* *Integrum v. Libano dat Fleckeisenus* quia *E* 618. *Lib. pers. praem. Acidalius* Circum sistamus *BDJ* appellemus *BDE.* apellemus *J* 619. Lib. Here salue sed *F.* Lib. Here saluete sed *Z.* Here salue. Sed *J.* Ere (Here *BD.* Tere *E*) salue. Lib. Sed (set *E*) *BDE* ñ *E* sumus *J* *S.* est *3–4 litt. er. D: conici potest* hæc *ibi scriptum fuisse* hęc mulier *E.* hec mulier *J.*

ARGYRIPPVS

Quidúm?

LIBANVS

Quia oculi súnt tibi lacrumántes, eo rogáui.

ARGYRIPPVS

Patrónus qui uobís fuit futúrus, perdidístis.

LIBANVS

Equidem hércle nullum pérdidi, ideó quia numquam ullum hábui.

LEONIDA

Philaénium, salué.

PHILAENIVM

Dabunt di quaé uelitis uóbis.

LEONIDA

Noctém tuam et uiní cadum uelím, si optata fíant.

ARGYRIPPVS

Verbúm caue faxis, uérbero.

LEONIDA

Tibi équidem, nòn mihi ópto.

ARGYRIPPVS

Tum tu ígitur loquere quód lubet.

LEONIDA

Hunc hércle uerberáre.

LIBANVS

Quisnam ístuc adcredát tibi, cinaéde calamistráte?
Tun uérberes, qui pró cibo habeás te uerberári?

---

mulier haec *D* quam [*J* 620. Qui dum *BEJ* tibi sunt *JF* lacrumantis *BD*(*ex* lacrumantes)*E*. lacrimantes, u *s.* i *J* eo *DB*(*ex* ego), *Scaliger:* ego *EJFZ* 621. fuit *om. D* 622. horcle *E* id eo *E* nullū ūquā *D* 623. Philenium *libri* oabunt *E* dii *J* quę *BDEJ* 624. Leon. *praem. Acidalius:* Lib. *libri* 625. *Leon. pers. restituit Acidalius: Libani exhibent libri* tibi equidem non $\overset{1}{\text{m}}$ opto *in ras., ubi* hunc hercle uerberare *scriptum fuerat E* michi *J* 626. loquęre *E* ł quid qđ *D* iubet *E* *Leon. pers. restituit Acidalius: Lib. exhibent libri* ercle *B* 627. *Lib. pers. rest. Acidalius: Leon. exhibent libri* Quis nam *B*. Quis‿nam *D* accredat *J* cinede *BDEJ* calamistra te *E*. calamistrate, la *s. v. D* 628. cibod *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 78*

ARGYRIPPVS

Vt uóstrae fortunaé meis praecédunt, Libane, lónge,
Hodié qui numquam ad uésperum uiuám.

LIBANVS

Quapropter, quaéso?

ARGYRIPPVS

Quia ego hánc amo et med haéc amat: huic quód dem nusquam quícquamst:
Hinc méd amantem ex aédibus eiécit huius máter.
Argénti uigintí minae med ád mortem adpulérunt,
Quas hódie adulescens Díabolus ipsí daturus díxit,
Vt hánc ne quoquam mítteret nisi ád se hunc annum tótum.
Vidétin uigintí minae quid póllent quidue póssunt?
Ille quí illas perdit sáluos est: ego quí non perdo péreo.

LIBANVS

Iam dédit argentum?

629. p quā *supra* Vt *D* urãe *D.* urę̃ *BJ.* urẽ *E* fortunę *J.* fortune *DE* p̃cedunt *BDE.* precedunt *J* 630. Hodie qui *Camerarius:* Qui hodie *libri.* Qui hocedie *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 93* hodie usque ad *Z.* numquam hodie usque ad *Pylades.* hodie numquam usque *vel* numquam hodie usque *Muellerus Pros. Pl. p. 753* aduesperum *EJ* qua propter *EJ* quęso *BDEJ* 631. et med haec *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 41:* et haec (hęc *EJ*) me *libri.* et haec med *Guyetus.* et itidem haec me *Fleckeisenus.* et haec me contra *Muellerus Pros. Plaut. p. 319.* et me autem haec *vel* et me haec autem *Ritschelius l. s. s.: cf. v. 632* quid *J* nusquam *FZ:* numquam *BDE* (nunquam) *J* quicquam est *libri* (est *m. recentiore add. J)* 632. Quia hinc me amantem *Muellerus Pros. Pl. p. 766,* quia *ex v. 631 adscito ceterisque eiectis* Hinc me damantem *EZ.* Hinc me clamantem *JF.* Hinc modo me amantem *Umpfenbachius Mel. p. 38* exaedibus *BJ.* ex ędibus *E* eiecit *Fleckeisenus:* delegit *libri.* deiecit *Camerarius.* abegit *Aldina. Cogitari potest etiam de* exegit 633. uiginti *s. v. B*[2]. uigintę *J* minę *EJ* med *'ex Palatinis' Pareus:* me *libri. Cf. Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 35* admortem *DEJ.* ad amortem *B* ad mortem me *Fleckeisenus:* unae me ad mortem *Muellerus Pros. Plaut. p. 728* appulerunt *libri* 634. *Fortasse* ipsi adulescens Diabolus hodie. *Mohrius de septenario iamb. p. 29* hocedie adulescens Diabolus ei adolescens *DJ* (*ex* addulescens). adholescens, sc *post* o *del. E* daturum *F, Kienitzius Nov. ann. t. 117 (a. 1878) p. 848.* daturus *def. praeter alios Lipsius Ant. lect. II 7* 635. hanc *ex* hane *E* nequoquam *D.* nequo quam *E.* nequoiquam, i *s. v. B* nis adse *E* 636. Videt in *BE* minę *EJ* quid ue *B.* quid ne *J* 637. quid *D* illas *ex* ille sal *D* perdidit *J* saluus *libri* perdor, *alt.* r *er. B*

ARGYRIPPVS

Nón dedit.

LIBANVS

Bono ánimo es, ne formída.

LEONIDA

Secéde huc, Libane: té uolo.

LIBANVS

Si quíd uis.

ARGYRIPPVS

Obsecró uos,

Eadem ístac opera suáuiust conpléxos fabulári.

LIBANVS

Non ómnia eadem aeque ómnibus, ere, suáuia esse scíto.
Vobís est suaue amántibus conpléxos fabulári:
Ego cónplexum huius níl moror, meum aútem hic aspernátur.
Proinde ístuc facias ípse, quod faciámus nobis suádes.

ARGYRIPPVS

Ego uéro et quidem edepól lubens: intérea, si uidétur,
Concédite istuc.

LEONIDA

Vín erum delúdi?

LIBANVS

Dignust sáne.

LEONIDA

Vin fáciam ut te Philaénium praesénte hoc amplexétur?

---

639. Se cede *J* siquid *BDE* Ar. Si quid uis, obsecro *Acidalius* 640. suauius est *libri* complexos *BDJ* 641. 642. *desunt in EJF: cf. Goetzius Anal. Plaut. p. 73* 641. eadem omnia *Z: corr. Pylades* aeque *Angelius:* atque *BDZ* here *BZ* scito, t *s. v. D* 642. complexos *BDZ* 643. *Versum obelo notat Guyetus* *Arg. pers. praem. BDE* complexum *BDJ* nihil *BD.* nichil *EJ* meum *Z:* Leon. Meum *BDEJ(*Meum *ex* Mecum*)F* hic *Pylades:* haec (hęc *E.* hec *J*) *libri* 644. Proin tu *Fuhrmannus Nov. annal. t. 97 (a. 1868) p. 854.* Pro inde *J* istuc *Saracenus:* istud *libri. Cf. Schmidtius de pronom. dem. form. p. 84* facias *ex* facies *D* ipse, s *ex al. litt. D* 645. edepol, *alt.* e *ex* o *D* iubens *E* *Post* lubens *pers. spat. sex fere litterarum D* 646. Vin erum *B*². Vinerum *B*¹*DE.* Vin herum *J* dignust *Pius:* dignum est *libri* 647. Vin *ex* Vim *ras. E* fatiam *E* ut te *Lomanus Spec. crit. p. 19:* ut me *libri* philenium *libri* p̄sente *BD.* presente *EJ*

LIBANVS

Cupio hércle.

LEONIDA

Sequere hac.

ARGYRIPPVS

Écquid est salútis? satis locúti.

LEONIDA

Auscúltate atque operám date et mea dícta deuoráte.
Primum ómnium seruós tuos nos ésse non negámus:
Sed sí tibi uigintí minae argénti proferéntur,
Quo nós uocabis nómine?

ARGYRIPPVS

Libértos.

LEONIDA

Non patrónos?

ARGYRIPPVS

Id pótius.

LEONIDA

Vigintí minae hic ínsunt in crumína:
Hasce égo si uis nunc tíbi dabo.

ARGYRIPPVS

Di té seruassint sémper,
Custós erilis, décus popli, thensaúrus copiárum,
Salus ínterioris córporis amórisque inperátor:

649. *Nonius p. 454, 13:* deuorari non solum cibus gutture, sed et uox auribus potest. Plautus in Asinaria: 'auscultate . . . deuorate'

648. ec quid est *BD.* ęc quidem *E.* ec quidem *J.* ecquid *FZ* satis *om. EZ* satis locuti? *editorum plerique* 649. Ausculta te *D* Iam oscultate *Bentleius* ei mea *E* 651. Sed si tibi *Z:* Sed tibi si, si *m.*² *s. v. B.* Sed tibi *DEJ.* si tibi *F* minę *EJ* 652. *Leon. add. B²E³: om. B¹DE¹J* 653. *Arg. pers. add. B²E³: om. B¹DE¹J* minę *DEJ* insunt, in *s. v. E.* sunt *F* incrumina *BDE.* incrimina *J* 654. Hasce *Schmidtius de form. pron. dem. p. 36:* Hac *D.* Has *BEJFZ* ergo *D* nunc tibi *Fleckeisenus:* tibi *libri* dii *J* seruas sint *BE* 655. herilis *BDJ.* herilis *ex* hericlis *E* decus *m.*² *ex* decum *ut vid. J* pti *D.* popti *J* thensaurus, n *s. v. m.*² *B.* thesaurus *J* 656. interioris corporis *DEJFZ.* interioris hominis *B.* *Utrumque quin corruptum sit non dubitamus: fortasse* uitae cordis corporis *scribendum.* interior corporis *Bothius.* uitae, rex cupidinis *Goetzius*

Hic póne, hic istam cónloca cruminam in collo pláne.

LEONIDA

Nolo égo te, qui erus sís mihi, onus ístuc sustinére.

ARGYRIPPVS

Quin tú labore líberas te atque ístam inponis ín me?

LEONIDA

Ego báiulabo, tu út decet dominum ánte me ito inánis.

ARGYRIPPVS

Quid núnc?

LEONIDA

Quid est?

ARGYRIPPVS

Quin trádis huc crumínam erum pressátum?

LEONIDA

Hanc quoí daturu's hánc iube petere átque orare mécum:
Nam istúc procliuest quó iubes me pláne conlocáre.

PHILAENIVM

Da, méus ocellus, méa rosa, mi ánime, mea uolúptas,
Leónida, argentúm mihi: ne nós diiunge amántis.

LEONIDA

Dic ígitur me passérculum, gallínam, coturnícem,

660. *Nonius p. 79, 10:* baiulare ferre. Plautus Asinaria: 'ego . . . inanis'

Nov. annal. vol. 113 (a. 1876) p. 360 dubitanter. interioris mominis *Ussingius* imperator *libri* 657. colloca *DEJ* incollo *DEJ* 658. ergo *D* herus *DEJ* $\overset{1}{m}$ *E.* michi *J* honus *ex* bonus *J* 659. laboræ *D* imponis *EJ* inme *E* 660. tu ut (tutu *P*) decet dolonum *Nonius* meito *E.* te ito *Z: corr. Hermolaus* 661. *V. obelo notat Guyetus* Le. Quid est? Arg. Quin *Scaliger, Pareus:* quid est quin *libri* hac *JF* crumina *J* erum pressatum *Pylades* (impressatum), *Camerarius:* p̄ssatum erum *BDE.* impressatum herum *JF* 662.]be *J* *Pers. om. BDE, add.* E^3*FZ* cui *BDE* daturus *libri* *Post* daturus *una litt. (fort.* p *litterae caput) er. D* 663. *V. obelo notat Guyetus* istuc *ex* istac *ut vid. J* procliue est *libri* quo *Ussingius:* quod *libri* me *om. Z: add. Hermolaus* c̄locare *D.* collocare *J* 664. animę *E.* animæ *D.* animae *B* meus animus *Pylades, Lomanus Spec. crit. p. 19.* da mi anime *Camerarius.* mi animule *Bentleius ad Eun. III 5, 12* 665. michi *EJ* nenos *J* diiunge *Fleckeisenus:* deiunge *libri* (de iunge *J*) 666. Dic me igitur tuum *Bothius, Lachmannus ad Lucr. p. 251, Muellerus Nov. ann. vol. 83 (a. 1861) p. 271* me *Guyetus, Bentleius ad Hor. Serm. II 3, 259 et in ep. ad Kuste-*

Agnéllum, haedillum mé tuom dic ésse uel uitéllum:
Praehénde auriculis, cónpara labélla cum labéllis.

ARGYRIPPVS

Ten aúsculetur, uérbero?

LEONIDA

Quam uéro indignum uísumst?
Atquí pol hodie nón feres, ni génua confricántur.

ARGYRIPPVS

Quiduís egestas ínperat: fricéntur. dan quod óro?

PHILAENIVM

Age, mí Leonida, óbsecro, fer amánti ero salútem:
Redime ístoc benfició te ab hoc et tíbi eme hunc isto argénto.

LEONIDA

Nimis bélla's atque amábilis: et si hóc meum esset, hódie
Numquám me orares quín darem. illúm te orare méliust:
Illic hánc mihi seruandám dedit: ei sáne, bella, bélle.
Cape hóc sis, Libane.

---

667. *Osbernus p. 183:* haedillus . . . unde Plautus in Asinaria: 'agnellum me tuum dic esse haedillum et uitellum' 668. *Nonius p. 255, 29:* comparare est sociare, coniungere . . . Plautus in Asinaria: 'prehende . . . labellis'

rum p. 29 additamentorum ad Bentl. et doctorum virorum epp. a Friedemanno Lipsiae a. 1825 ed.: me tuum *libri* 667. hędillum *B.* hedillum *DE.* ; *(de ut vid. er.)* he dillum *J* tuum *libri, Osbernus* (metuum *D*) 668. Prehende *BDE, Nonius.* Prende *J* auriculas *FZ, Nonii Aldina* compara *B, Nonius.* cōpara *ED (priore* a *ex* o*).* at collabra *in marg.* E^3 669. osculetur *libri* in dignum *D* uisum est *libri* 670. At qui *BEJ* confricantur E^3FZ*:* confrigantur, *alt.* n *s. v. J.* confringantur .at. confricantur *B.* confringantur at. confringantur *E.* confringantur ADOŁ confringantur *D* 671. Quid uis *BDEJ* egæstas *D* imperat *libri* dan *Sauppius Ind. lectt. Gott. a. 1858/59 p. 11, Ussingius (qui mavult* modo des *vel* modo det*):* dant *BDE.* da nunc *JFZ.* dane *Gruterus, Bothius, Fleckeisenus* 672. feramanti *E* hero *J* 673. benficio *Ritschelius Opusc. phil. vol. 2 p. 718:* beneficio *DJFZ.* benefitio *BE.* benefacto *Bothius* abhoc *EJ* 674. bella es *(*es *ex* ē B^2*) libri* esset meum *EJFZ* 675. me orares, b *post* a *er. D.* meo rares *B.* me orarē *E.* morarem *J (e corr.)* E^3F*, Fleckeisenus.* remorarem *Z. Cf. Langenus p. 64* .i. libanum *supra* illum *BD* orarest *Fleckeisenus* meli ust *E.* melius est *J* 676. p ille *supra* Illic *D* i. cruminā *supra* hanc *BD* Ille hanc *Bothius* m̄ *E.* michi *J* ei *Pareus:* i *ex* et *B.* et *reliqui* belle *fort. ex* bellę *ras. B* 677. Capie *ut vid. J*

ARGYRIPPVS

Fúrcifer, etiám me delusísti?

LEONIDA

Numquam hércle facerem, génua ni tam néquiter fricáres.
Age sís tuam partem núnciam hunc delúde atque amplexáre hanc.

LIBANVS

Taceás, me spectes.

ARGYRIPPVS

Quín ad hunc, Philaénium, adgredímur,
Virúm quidem pol óptumum et non símilem furis húius?

LIBANVS

Inámbulandumst: núnc mihi uicíssim supplicábunt.

ARGYRIPPVS

Quaeso hércle, Libane, sís erum tuis fáctis sospitári,
Da míhi istas uigintí minas: uidés me amantem egére.

LIBANVS

Vidébitur: factúm uolo: redíto huc conticínio.

---

685. *Varro de lingua lat. VI 53 (p. 190 ed. Speng.):* 'Intempestam' Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum, quod alii 'concubium' appellarunt quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur 'silentium noctis', quod ... Plautus tempus 'conticinium'; scribit enim: 'uidebimus ... conticinio'. — *Idem* 'de temporibus' *agens VII 95 (p. 356 sq.):* Apud Plautum ... in Asinaria 'uidebitur ... conticinno'. Putem (conticinno putem *ex* conticinnoputem *cod.*) a

---

678. *Pers. om. BDE* genuanitam *E* ni tam *ex* nitam *J* 679. tuam partem *Fleckeisenus:* tu inpartem *libri* (in partem *EFZ*) nunc iam *libri* 680. Taceas, ace *ex* eu•, *incerta tertia littera E* *Post* Taceas *duae litt. dubiae, fort.* te *J* ad hunc *E*[3], *Camerarius,* adhunc *B:* adhuc *DEFZ.* ad huc *J* philenium *libri* 681.]rum *J* optimum *BDEJ* simile *E* 682. Inambulandum est *libri* (In ambulandum est *B.* est *ut vid. ante* est *er. J*) $\overset{1}{\text{m}}$ *E.* michi *J* 683. *Leon. pers. praem. BDE* Quęso *BJ.* Queso *DE* Libane *E, quasi nota pers. esset, sed er. postea lin.* herum *J* sospitare *imperative Scaliger* 684. $\overset{1}{\text{m}}$ *E.* michi *J* ui des *E* meam ante megere *B.* me ante me gere *D.* meam ante mergere *EJFZ: corr. Saracenus* 685. uidebimus *priore loco apographa, velut cod. Laur. 51, 5, et Victorii collatio unici Varronis libri; ipse enim cod. Laurentianus ibi nunc mutilatus est* ad reditum *Varro altero loco* huc *om. Varro utrobique* conticinio *J*(ti *s. v.*)*FZ, Osbernus, Placidus.* conticinno *BD(alt.* c *e corr.)E, Varronis altero loco codex, Ussingius.* conticinnio *priore Varronis loco cod. Laur. 51, 5: cf. praefatio*

Nunc ístanc tantispér iube petere átque orare mécum.

PHILAENIVM

Amándone exorárier uis téd an osculándo?

LIBANVS

Enimuéro utrumque.

PHILAENIVM

Ego óbsecro te, utrúmque nostrum sérua.

ARGYRIPPVS

O Líbane, mi patróne, mihi trade ístuc: magis decórumst
Libértum potius quám patronum onus ín uia portáre. 690

PHILAENIVM

Mi Líbane, ocellus aúreus, donúm decusque amóris,
Amábo, faciam quód uoles, da istúc argentum nóbis.

LIBANVS

Dic ígitur med anáticulam, colúmbam uel catéllum,

---

conticescendo conticinnum (conticinnam *cod.*) siue ut Opilius scribit, ab eo, cum conticuerunt homines. — *Osbernus p. 149ª:* conticinium: hora qua omnes conticescunt. Plautus: 'factum uolo redire huc conticinio'. *Ad hunc locum magna cum probabilitate Deuerlingius rettulit Placidi p. 28, 17 glossam* conticinio: tempore noctis post galli cantum, quando cecinit et conticuit 686. Tantisper *hinc excerptum in glossario Plautino Ritschelii Opusc. phil. t. 2 p. 234: cf. p. 239* 693. 694. *Osbernus p. 352:* monedula .ae id est auis quaedam, quae alio modo causa *(Maius Italorum 'gazza' confert)* dicitur; unde Plautus: 'dic me anaticulam ... hirundinem uel monedulam'

---

686. Quidem *pro* nunc *ut vid. J* istanc, n *s. v. B.* istam nunc *EZ: corr. Hermolaus* tantisper *(sic glossar. Plautinum)* iube *Pylades:* tantis periube *ex* tantis periubes *ras. B.* tantis periubes *DE.* tantisque iubes *J.* tantisper iubes *Z.* tantisper iubas *F* meum *Z: corr. Pius* 687. Amando ne *BDEJ* uis ted *Reizius, Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 35:* uis te *B (ex* iuste*) JFZ.* iuste *DE.* te uis *Pylades, Fleckeisenus.* uis te a me *Muellerus Pros. Pl. p. 740* osculando *libri* (anosculando *J*) 688. Innumero *EJ.* immo uero *FZ* ergo *D* ergo obsecro te et utrumque *Lambinus* te *Bothius:* te et tu *B.* et tu *DEJFZ* utrumque, r *ex* c *ut vid. D* 689. mi *Camerarius:* mihi *libri* (m̄ *E.* michi *J*) michi *EJ* Li. Magis *JE³FZ* decorū st *B.* decorū est *J* 690. honus *J* inuia *BDEJ* 691. O Libane *Z* ocellus *ex* occellus *J* donum *ex* docnum *E* 692. fatiam *E* *De interpungendi ratione cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 14* 693. med *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me *libri praeter FZ, qui* mihi te, *et Osbernus, unde* me mihi *Camerarius.* mepte *Meursius.* me tuam

Hirúndinem, monérulam, passérculum, putíllum.
Fac próserpentem béstiam me, dúplicem ut habeam línguam:
Circúmdato me brácchiis, meum cóllum circumplécte.

ARGYRIPPVS

Ten cónplectatur, cárnufex?

LIBANVS

Quam uéro indignus uídeor?
Ne istúc nequiquam díxeris in mé tam indignum díctum:
Vehés pol me hodie, sí quidem hoc argéntum ferre spéras.

ARGYRIPPVS

Ten égo ueham?

LIBANVS

Tun hóc feras argéntum hinc aliter á me?

ARGYRIPPVS

Perii hércle uero: sí quidemst decórum erum uehere séruom,
Inscénde.

Bothius ex Langianis (me tuā niticulam) aneticulam *ex* aniticulam *B.* aniticulam *D* (mea niticulam) *EJF.* anaticulam *Z, Osbernus: cf. Lachmannus in Lucr. p. 16* 694. monerulā *B* (n *ex* r) *DEJ.* t monedulā *s. v. BD* (d *ex* t). monedulam *Osbernus,* E^3*FZ. Tuentur* r *litt. Lipsius Ant. lectt. V 13 et Lachmannus in Lucr. p. 205* passerculum, putillum *Scaliger in Catalect. p. 245 ed. Lugd. a. 1617:* putillum passerculum *libri.* passerculum pusillum *Camerarius.* columbulam catellum *vel* putillum passerillum *Bentleius in epist. ad Kusterum p. 29* 695. Face *Fleckeisenus* proserpente *BD.* pro serpente *J* me duplicem *J* (pl *e corr.*) E^3*FZ:* eduplicem *BDE* linguam, u *ex* a *D* 696. Circumdato me *Pylades:* circumdatoque *F, Langiani, Saracenus.* Circumdatorque me *B.* Circumdatorque me *DE* (Circum datorque). Circundatorque *JZ* brachiis *libri* meum, u *ex* o *D* collū *ex* collo *ut vid.* E^3. colle *J* circumplectere *J* (*sec.* e *s. v. m.*^{2}) *F* 697. cōplectatur, u *ex* o *D* carnifex *B* indignus *D.* indignos *J* 698. ne quiquam *E.* nequicquam *J* in me tam indignum dictum *Bothius:* tam indignum dictum in me (inme *BE*) *libri.* tam indignum dictum tu in me *Camerarius* 699. Ve hes *E* me hodie *Guyetus:* hodie me *libri* siquidem *BDEJ* speras *Muellerus Add. ad Pros. Plaut. p. 121:* speres *libri* 700. Ten ego *rubricator ex* Te nego *E* ueham *B* feras *om. D.* feceras, ce *del. m.*^{1} *E* hinc aliter *Camerarius:* aliter *libri* ame *BDEJ* 701. Peri *DEZ* uero: si *LG:* si uerum *libri.* uerum si *Lambinus, Fleckeisenus.* siue erum *Bothius.* sin erum *Ussingius altero* erum *deleto.* etsi uero hau *Langenus Symb. p. 100* quidem est *libri* herum *E.* // herum (est *er.*) *J* seruam *J* 702. Inscende, *m.*^{3} n *inserta et* c *e corr. E*

LIBANVS

Sic istí solent supérbi subdomári.
Adsta ígitur, ut consuétus es puer ólim: scin ut dícam?
Em síc. abi, laudo: né te equo magis ést equos nullus sápiens.

ARGYRIPPVS

Inscénde actutum.

LIBANVS

Ego fécero. em, quid istúc est? ut tu incédis?
Demam hércle iam tibi de hórdeo, tolútim ni badízas.

ARGYRIPPVS

Amábo, Libane, iám sat est.

LIBANVS

Numquam hércle hodie exorábis.
Nam iám calcari quádrupedo agitábo aduorsum clíuom,

706. *Nonius p. 4, 1:* tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter. Plautus Asinaria: 'demam ... badizas'. — *Osbernus p. 275b:* hymnibalizare: hymnire. Plautus: 'demam de hordeo tuo hodie ut hymnibalizes' 708. *Osbernus p. 412:* quadrupedius ... unde Plautus in Amphitrione: 'cursu quadrupedio agitabo aduersum cliuum'. — *Hoc sine dubio versu usus Fronto duos epistularum locos antiquae orationis luminibus ornavit. Ad M. Antoninum de orationibus p. 156 ed. Nab. de Seneca verba faciens:* ... neque ignoro copiosum sententiis et redundantem hominem esse: uerum sententias eius tolutare uideo, nusquam *(sic scripsimus pro* tolutares

sic *ex* si *J.* si *E* isti *Lambinus:* istuc *libri.* istic *Pylades* *Versuum 703. 704 ordo mutatus in B a manu Camerarii numeris* 2. 1. *appositis* 703. Asta *libri* espuerolim *B.* es puerolim *D.* es puer olim, l *ex* b *ras. E* scin *ex* stin *B.* stin *DE.* scin [*J* 704. *Phil. pers. praem. B* Hem *libri* ne *Fleckeisenus:* nec *libri* est [*J* equus *libri* nullus *Fleckeisenus:* ullus *libri* 705. ac tutum *EJ* hem *libri* quod *E* est *om. F.* est [*J* uidebis *E.* idem is *F.* uide is *Z: corr. Hermolaus* 706. Demam hercle *in ras. E* tibi de hordeo *Camerarius Pylade duce:* de hordeo *libri cum Nonio* tolutim ni badizas *Nonius:* tolut im nibadizas *B.* tolutimnibadizas *D.* tolut imnibadizas, l *m.*[3] *in ras. E.* tuo ut hinnibadizas *J, cui scripturae debentur Osberni nugae* 707. *Philaenio dat h. v. Seyffertus Stud. Plaut. p. 1 sq.: quod quamvis gravi argumento usus sit hoc loco non potest non falsum esse* Amabo *ex* Ambo *J* 708. iam eum *Seyffertus l. s. s.* quadrupedo *libri omnes (*quadripedo *bis palimpsestus Frontonis), quod recte defendunt Ussingius et Seyffertus:* quadrupedem *inde a Saraceno editores fere omnes* te agitabo *Ussingius* aduorsom, u *s. alt.* o *E* diuom *E*

Pos téd ad pistorés dabo, ut íbi cruciere cúrrens.
Adsta, út descendam núnciam in proclíui, quamquam né-
quam es.

ARGYRIPPVS

Quid núnc?

LIBANVS

Quid est?

ARGYRIPPVS

Quoniam ámbo, ut est lubitúm, nos delusístis,
Datísne argentum?

LIBANVS

Sí quidem mihi státuam et aram státuis
Atque út deo mi hic ínmolas bouém: nam ego tibi Salús sum.

LEONIDA

Etiám tu, ere, istunc ámoues abs te átque ipse ad me adgrédere
Atque ílla sibi quae hic iússerat mihi státuis supplicásque?

ARGYRIPPVS

Quem té deum autem nóminem?

---

uideo nusquam) quadripedo concitas cursum tenere *(sic R. Klussmannus Emendatt. Fronton. p. 62 coll. p. 79 pro* concito cursu tenere *correxit: quamquam etiam eici potest* concito *tamquam glossema) et ad M. Caesarem 1, 8 p. 22:* aeque pernicitas equorum exercetur, siue quadripedo currant atque exerceantur, seu tolutim. *De* tolutim *vocabulo cf. 'Archaeol. Zeitung' t. 38 (a. 1880) p. 180*

---

709. Pos ted *anonymus in Leutschii Ind. phil. t. 2 (a. 1870) p. 239:* Postea *libri.* Postidea *Pareus.* Postilla *Taubmannus, Bentleius* adpistores *J* crutiere *E* 710. Asta *libri* descendam *ex* discendam *D* nunc iam *libri* inprocliui *J.* inprodiui *E* nequam *ex* niquam *D* 711. *Argyrippi notam posuit Camerarius, Philaenii exhibent libri* Lib. Quid est? *LG: om. libri. Cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 18. Lacunam ut compleant Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 440* ambos *ante* ambo, *Ussingius* satis *post idem vocabulum inserunt* amabo *BDEJ (alt.* a *s. v. m.*[2]*)* ambo nos ut est conlubitum *Fleckeisenus* libitum *libri (*ibi tū *D)* de lusistis *E.* delus istis *J* 712. Datis ne *BDEJ* siquidem *BDEJ* m̄ *E.* michi *J* statutis *J* aram et statuam statuis *Fleckeisenus, fort. recte* 713. mihi *libri (*m̄ *E.* michi *J)* immolas *libri* 714. here *J* istum abs te amoues *Bentleius* amoues abste *BD.* ama ue sabste *E.* amoue abste *JF* ipse ad me *Muellerus Pros. Pl. p. 740:* ipse me *libri.* me ipse *Pylades. Fleckeisenus.* ipsum me *Ussingius cum Acidalio* me adgredire *Bentleius.* ad med adgredere *vel* ad me adgredire *Langenus p. 84. 100* adgredere *ex* adgredire *D* 715. quę *DEJ* m̄ *E.* michi *J* 716. Que *E* deum autem nominem *Bothius:* autem deum nominem *libri.* autem

LEONIDA

Fortúnam atque Obsequéntem.

ARGYRIPPVS

Iam istóc es melior.

LIBANVS

Án quid est hominí Salute mélius?

ARGYRIPPVS

Licet laúdem Fortunám, tamen ut né Salutem cúlpem.

PHILAENIVM

Ecástor ambae súnt bonae.

ARGYRIPPVS

Sciam, úbi boni quid déderint.

LEONIDA

Opta íd quod ut contíngat tibi uis.

ARGYRIPPVS

Quíd si optaro?

LEONIDA

Euéniet.

ARGYRIPPVS

Opto ánnum hunc perpetuóm mihi huius óperas.

LEONIDA

Inpetrásti.

ARGYRIPPVS

Ain uéro?

LEONIDA

Certe inquam.

---

nominem deum *mendose Pylades.* autem dium nominem *Kochius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 284.* autem deorum nominem *Bentleius* 717. melior, or *ex* us *E* anquid est *J.* an quidē *E* est *JF, Pylades:* est olim *BDEZ. Cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 23, Ussingius. Def.* olim *locis huc non pertinentibus Lindemannus ad Mil. I 1, 2* salute olim homini *Reizius* homini salutē *ex* hominisalutē *D* salute *ex* salutē *ras. E* 718. Fortunam laudem *Fleckeisenus: cf. Mohrius de sept. iamb. p. 10* nesalutem *J* 719. ambę *D.* ambe *E* bone *D.* bonę *E* 720. *De caes. cf. Mohrius de sept. p. 11* utcontingat *E* optabo *Luebbertus Stud. gramm. vol. 1 p. 78 coll. Merc. v. 506* 721. perpetuum *libri* m̄ *E.* michi *J* operam *Langenus p. 105* impetrasti *DE.* impestrasti, *priore* s *m.*[2] *J* 722. Ain, i *a rubricatore inserta E* inqua *J*

LIBANVS

Ád me adi uicíssim atque experíre.
Exópta id quod uis máxume tibi éuenire: fíet.

ARGYRIPPVS

Quid ego áliud exoptem ámplius nisi íllud quoius inópiast?
Vigínti argenti cómmodas minás, huius quas dem mátri.

LIBANVS

Dabúntur: animo sís bono face: éxoptata obtíngent.

ARGYRIPPVS

Vt cónsueuere, hominís Salus frustrátur et Fortúna.

LEONIDA

Ego cáput huic argentó fui tibi hódie reperiúndo.

LIBANVS

Ego pés fui.

ARGYRIPPVS

Quin néc caput nec pés sermoni adpáret.
Nec quíd dicatis scíre nec me quór ludatis póssum.

---

725. *Nonius p. 266, 21:* commodum: integrum, totum ... Plautus in Asinaria: 'uiginti ... matri' 728. *Servius ad Vergilium Aen. XI 361:* o Latio caput horum et causa malorum] caput: principium, et est antiquum, quia quiuis auctor et princeps rei gestae 'caput' a ueteribus dicebatur ... Plautus in Asinaria: 'ego caput huic fui argento inueniendo'

---

adiuicissim, *prima* i *s. v. m.*[2] *B.* ad uicissim *D.* aduicissim *J.* at *(ut vid.)* uicissim *E* experire, *priore* r *e corr. D* 723. maxime *BDEJ* 724. cuius *BDEJ* inopia est *J* 725. commoda *Nonius* eius *Nonius.* huius *m.*[2] *ex* eius *J* quidem *EJFZ: corr. Hermolaus.* qui dem *Valla* 726. animosois *E* facie *J.* fatie *E.* facile *FZ* optingent *BDEJ.* obtigent *Z: corr. Pylades* 727. *Hunc v. Scaliger post 718 ponit* consueuere *Pylades:* consuere *libri* homines *J* & *bis scriptum, prius er. D* 728. capud *DE* huic, i *s. v. B* fui argento *Servius* tibi hodie *Fleckeisenus:* hodie *libri (om. Servius).* hocedie *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 93. An* ere, hodie? *Possis etiam* Ego caput argento fui huic hodie repperiundo *BDE.* inueniendo *Servius* 729. necaput *B* capud *E* necpes, c *s. v. D* sermoni *Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 440, Bentleius:* sermonis *libri (ex* sermones *B).* sermonum *Camerarius* apparet *libri.* paret *qui cum Pylade scriberet ex Plauto simile quidquam vix afferre posset* 730. Ne quid *Z: corr. Hermolaus* scire nec *Hermannus Elem. doctr. met. p. 155:* nec *libri* (c *s. v. m.*[1] *ut vid. J).* meue *Reizius* me cur *DEJ.* mecur *B* possum *Hermannus l. s. s.:* scire possum *libri*

LEONIDA

Satis iám delusum cénseo: nunc rém ut est eloquámur.
Animum, Árgyrippe, aduórte sis: patér nos ferre hoc iússit
Argéntum ad ted.

ARGYRIPPVS

Vt témpore opportúneque attulístis.

LEONIDA

Hic ínerunt uigintí minae bonaé, mala opera pártae:
Has tíbi nos pactis légibus dare iússit.

ARGYRIPPVS

Quid id est, quaéso?

LEONIDA

Noctem húius et cenám sibi ut darés.

ARGYRIPPVS

Iube adueníre:
Meritíssumo eius quaé uolet faciémus, qui hosce amóres
Nostrós dispulsos cónpulit.

LIBANVS

Patiérin, Argyríppe,
Patrem hánc amplexarí tuom?

---

731. *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri* rem ut est nunc *Camerarius* 732. argirippe *D*(e *ex* ū)*E* hoc *initio proximi v. posuerunt Pylades, Acidalius* 733. Argente *D* ad ted *Guyetus:* ad te *libri* (adte *BDE*) oportuneque *BDEJ* *Ante* attulistis *del.* ob *E* *De hiatu removendo cf. Muellerus Pros. Plaut. p. 636* 734. *Hunc v. post 744 scriptum huc transferendum esse punctis appositis indicat D* *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri: cf. 731* inerunt, in *ex* m *B* minę *DEJ.* minaę *B* bonę *BDEJ* partę *E.* paratę *J* 735. *Lib. praem. D* idē *E.* id *F* quęso *BEJ.* queso *D* 736. *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri praeter D qui Argyrippo continuat: cf. v. 732. 734* ut sibi *Reizius, Fleckeisenus* aduenire *Bothius:* aduenire quęso (queso *J*) *libri* 737. Meritissimo *BDEJ* quę *EJ* fatiemus *E* q. *ras. ex* q̃. *E* 738. et (*er.*) dispulsos *E.* discipulos *DJFZ: corr. Scutarius* c̄pulit *D.* ꝯpulit *E.* compulit *J*

Li. Patierin Argyrippe *Fleckeisenus: om. libri, nisi quod Leonidae notam post* compulit *exhibent, ita ut* haec faciet . . . *Leonidam faciant loquentem: cf. v. 739.* Le. Patieris Argyrippe *addiderat Angelius* 739. *Verba* patrem — tuom *hoc loco om. libri: exstant post 760, ubi simul cetera huius versus verba iterantur, adulescentis nota ante* haec *posita. Turbae quae non fugerant Saracenum et Pium, correctae sunt a Pylade Angelioque et a Camerario in ipso B ⌗ signo adscripto* tuum *BDEJ*

ARGYRIPPVS

Haec fáciet facile ut pátiar.

Leónida, curre óbsecro: patrem húc orato ut uéniat.

LEONIDA

Iamdúdumst intus.

ARGYRIPPVS

Hác quidem non uénit.

LEONIDA

Angipórto

Illác per hortum tránsiit clam, né quis se uidéret
Huc íre familiárium: ne uxór resciscat métuit.
De argénto si matér tua sciát ut sit factum . . .

ARGYRIPPVS

Heía,

Benedícite.

LIBANVS

Ite intró cito.

ARGYRIPPVS

Valéte.

LEONIDA

Et uos amáte.

---

hęc *BDE*(h̃ *infra*) facile faciet *B infra* patiar *ex* paciar *D* 740. *Cf. Muellerus Pros. Plaut. p. 9* *Arg. pers. praem. BDEJ* huc *ex* hic *m.*² *B* 741. *Lib. praem.* *E*³ Iam dudum est *BDEJ* Arg. Hac *Acidalius:* hac *libri, nisi quod* hęc *D* *Pers. Leon om. libri: corr. Acidalius* angi porto *DE* 742. Illac perhortum *m.*² *ex* Illic perortum *J*(perortum *etiam E*) transiit *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 25:* circum it *libri* (circumit *B*) nequis se *ex* nequisse *B.* nequisse *DJ* uideret *Pylades:* uiderit *libri* 743. familiarum *J* Li. Ne *Pareus, Fleckeisenus* resciscat, *priore* s *s. v. D.* resuscat *ut vid. E* 744. Deargento *D* tua sciat ut sciat ut sit *J* sit hoc *vel* sit id *Muellerus Pros. Plaut. p. 60* eia *J* *Sequitur in D v. 734: cf. supra* 745. Li. Ite *Pareus, Bothius:* ite *libri (nisi quod omissum est in D): turbatas esse personas senserat iam Scaliger* Ar. Valete *Pareus, Bothius:* ualete *BD*(*ex* aualete)*E J*(]o ualete)*FZ*

ACTVS IV

DIABOLVS. PARASITVS

DIABOLVS

Agedum ístum ostende quém conscripsti sýngraphum
Intér me et amicam et lénam, leges péllege:
Nam tú poeta's prórsus ad eam rem únicus.

PARASITVS

Horréscet faxo léna, leges quom aúdiet.

DIABOLVS

Age quaéso mi hercle tránslege.

PARASITVS

Audin?

DIABOLVS

Aúdio.

746—748. *Priscianus Inst. gramm. II 10 (p. 50, 5 ed. Hertz.):* in compositis . . . quibusdam inuenio r in l conuerti, ut . . . 'pellego' pro 'perlego' . . . Plautus in Asinaria: 'agedum . . . unicus'. — 746. *Nonius p. 225, 11:* syngraphas feminino genere M. Tullio auctore dicimus . . . masculino Plautus Asinaria: 'agedum . . . syngraphum'

Act. IV Sc. 1 DIABOLVS ADOLESCENS · PARASITVS *in cod. qua subsequens v. linea B.* DIABOLVS ADVLESCENS PARASITVS · *E.*]DOLESCENS PARASITVS · *J. Unius v. spat. D* 746.]stum *J* Age dum *BE.* ge dum *c. spatio init. D* conscripsti *Aldina:* conscripsisti *libri cum Nonio et Prisciano* singraphum *B (*h *s. v. et* ph *ex* n *ut vid.) DE, multi codd. Prisciani* 747. et leges *F, Prisciani B cod. s. v.* pellege *F ex Prisciano:* perlege *BD.* per lege *E.* p alege *J* 748.]am *J* poeta es *libri cum Prisciano (cuius duo libri post* es *inserunt* istum*)* 749. Horescet *J* leno *D* cum *libri* 750. *Pers. om. D* queṣo *DE.* queso *BJ* mihi *B* ercle *B*

PARASITVS

'Diábolus, Glauci fílius, Cleaéretae
Lenaé dedit dono argénti uigintí minas,
Philaénium ut secum ésset noctes ét dies
Hunc ánnum totum'.

DIABOLVS

Néque cum quiquam alió quidem.

PARASITVS

Addóne id?

DIABOLVS

Adde et scríbas uide plane ét probe.

PARASITVS

'Aliénum hominem intro míttat ad se néminem:
Quod illa aút amicum suom aút patronum nóminet
Aut quód illa amicae súae amatorem praédicet,
Forés occlusae usque ómnibus sint nísi tibi:
In fóribus occupátam scribat ésse se.
Aut quód illa dicat péregre adlatam epístulam,
Ne epístula quidem úlla sit in aédibus

---

751. clauci *BDEJ* Cleaeretae *Camerarius:* claearatę *B.* cleaeratae *D*(a *med. ex* æ). claeaerate *E.* clerete *J.* clerete *F.* claretae *Z* 752. Lænae *B.* Lenę *D.* Lene *E.* Laene *J* dat dono *Guyetus.* dedit *om.* dono *Bothius, sed cf. Muellerus Pros. Pl. p. 96, qui Mostell. v. 648 confert: aliter Ritschelius Prol. p. 325. Cf. praeterea Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 22* uinginti *J* 753. Philenium *libri* 755. Addone id *Muellerus Pros. Plaut. p. 512:* Addone *libri* (Ad done *J*) *Fortasse scribendum est:* Addone? Diab. Adde istuc: scribas *Diab. pers. om. J* age adde *Muellerus l. s. s.* adde, *priore* d *s. v. B* ut scribas uide *FZ* *Versus 756—760 miro modo hiatibus foedati sunt* 756. hominē/// *D* homonem *Spengelius T. M. Plautus p. 233* intromittat *libri* ad se *add. Pylades: om. libri* *V. 757 et 758 cohaerere cum v. 761 dicit Muellerus Pros. Plaut. p. 497* 757. amicum suom *Lambinus:* amicum *libri* patronu *D* nominet *Pylades:* neminem *libri* 758. quod illa, illa *s. v. D* amicae suae *Gulielmius:* amica *libri* p̃dicet *B.* p̃dicet *D.* prędicet *J.* predicet *E* 759. occlusę *BDJ.* occluse *E.* occlusas *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 118* usque *add. Muellerus Pros. Plaut. p. 497: om. libri.* eius *add. Fleckeisenus* 760. Inforibus *E* occupatam scribat esse se *Pylades:* scribat occupatam esse se *libri* (occupatamessese *D.* occupata mes sese *E*) iam *add. Fleckeisenus* *Hunc v. in libris sequitur omnibus 739* 761. *Paras. pers. praem. libri* preregre *D* allatam *libri* epistolam *DEJ* 762. epistola *EJ* ulla quidem *EJ* illi ulla *Ritschelius Proleg. p. 182.* usquam ulla *Muellerus Pros. Plaut. p. 9* inaedibus *B.* inedibus *E*

Nec cérata adeo tábula: et siqua inútilis
Pictúra sit, eam uéndat. ni in quadríduo
Abálienarit, quo éx argentum accéperit,
Tuos árbitratus sít: conburas, sí uelis,
Ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.
Vocét conuiuam néminem illa: tú uoces.
Ad eórum ne quemquam óculos adiciát suos:
Siquem álium adspexit, caéca continuó siet.
Tecum úno postea aéque poclo pótitet,
Abs téd accipiat, tíbi propinet, tú bibas,
Ne illá minus aut plus quám tu sapiat'.

DIABOLVS

Sátis placet.

PARASITVS

'Suspíciones ómnis ab se ségreget,
Neque íllaec ulli péde pedem usquam hominí premat,

764—767. *Nonius p. 190, 14:* arbitrium generis neutri, sicut saepe. Masculini Plautus Asinaria: 'in quatriduo . . . litteras' 771. *Osbernus p. 456:* potito .as id est frequenter potare; unde Plautus: 'tecum aeque postea una pocula potitet'

763. ne *Z: corr. Pylades* si qua *DEJ.* si quae *Reizius* 764. eandem *J* in quatriduo *Nonius.* inquadridua *EJF(*in quatridua*) om.* ni*: cf. Ritschelius Op. phil. t. 2 p. 265* 765. quo ex *Acidalius, Hermannus Jahnii ann. t. 35 (a. 1842) p. 193.* quo exte *EJ.* quod ex te E^3FZ. quo abste *BD, Kampmannus de 'ab' praep. p. 14.* quod abs te *Nonius* 766. Tuus *libri.* tum is *fere Nonius* comburas *DEJ* comburat si uelit *Nonius* 767. nulli sit *Nonius* illa *E.* ulla *Z (*Neulla*): corr. Pylades* 768. conuiua *E* illa tu, *non* illatu *legendum esse signo add. planius reddidit B* illam *JFZ* 769. eorum *Camerarius:* forum *libri* ne quemquam *Bothius:* nequem *libri (*ne quem *E.* ne qua *F).* ne quem illa *Pylades* aditiat *BD* 770. Si quem *EJ* aspexit *BDEJ* ceca *BDEJ* *Versuum 771. 772 ordinem invertit Acidalius* 771. uno postea aeque poclo *Scaliger, Muellerus Addend. p. 121:* una postea aeque poda *(*unā *J.* equę *E. in marg.* pocla *B.* poda *e corr. J) libri. Cf. Langenus p. 21* 772. Absted *B.* Abstet *DE.* Adstet JE^3FZ accipiat, at *ex* æt *D* 773. minus, *apice vel litterula ante* m *er. E* minus illa *Fleckeisenus.* illa aut minus *Muellerus Pros. Plaut. p. 5, qui etiam* illaec *conicit* plusquam *EJ* 774. *Pers. om. BDE* Suspitiones *BDE* oms *BDE.* omnes *J* abse *BDE* 775. illa ęc *E.* illec *J* pede,//, *fort.* m *er. J* suo pede *Camerarius* pedem usquam *Ritschelius Proleg. p. 173:* pedem *libri.* homini pedem *Guyetus, quod improbat Luchsius Studem. Stud. vol. 1 p. 22, hiatum defendens.* pedem clam *Muellerus Pros. Plaut. p. 537* p̃mat *E.*

Quom súrgat: neque quom in léctum inscendat próxumum,
Neque quóm descendat índe, det quoiquám manum.
Spectándum ne quoiquam ánulum det néque roget.
Talós ne quoiquam admóueat homini nísi tibi.
Quom iáciat, „Te“ ne dícat: nomen nóminet.
Deam ínuocet sibi quám lubebit própitiam,
Deum núllum: si magis réligiosa fúerit,
Tibi dícat: tu pro illa óres ut sit própitius.
Neque ílla ulli homini nútet, nictet, ádnuat.
Post sí lucerna exstíncta sit, nequíd sui
Membrí conmoueat quícquam in tenebris’.

DIABOLVS

Óptumumst:

---

778. *Nonius p. 382, 46:* rogare poscere . . . Plautus in Asinaria: ‘spectandum . . . roget’. — *Idem p. 402, 18:* spectare inspicere, cauere. Plautus in Asinaria: ‘spectandum . . . roget’ 784. *Nonius p. 438, 14:* annuere pro innuere. Plautus Asinaria: ‘neque . . . annuat’. — *Idem p. 439, 25:* inter nutare, annuere, nictare ueteres hoc interesse uoluerunt, ut nutare capitis, annuere uel innuere narium uel labrorum, nictare oculorum significantiam esse decreuerint Plautus Asinaria: ‘neque . . . annuat’ *Cf. versus in E m.^{3} adscripti:* ‘Annuit’ atque ‘nuit’ si labro aut nare notat quid, Ast ‘nutat’ capite tremulo, sed ‘nictat’ ocello (nictet ocelo *cod.)*

---

prȩmat *B* *Versum recte interpunxit Muellerus Pros. Plaut. p. 537 adn.* 776. Cum surgat *BD.* Quom surget *F.* Consurgat *EJZ: corr. Saracenus* neque quom *Muellerus Pros. Plaut. p. 537 adn.:* neque *libri.* non *Camerarius.* neque illa *Ritschelius Proleg. p. 173* inlectum *DEJ* proximum *BDEJ* 777. cum *BDEJ* descendat *ex* descendet *D* cuiquam *BDEJ* manum det, det *postea addito J* 778. ne quoiquam *Pylades, Ritschelius Proleg. p. 173:* necui *libri (*ne cui *E). Fortasse* ne quoii necuia ullum *fere Nonius priore loco,* ne cuia nullum *idem altero* neque̦ *J* 779. talos suos *Muellerus Pros. Plaut. p. 501* necuiquam *BD.* ne cuiquam *EJ* admoueat homini *Pylades, Ritschelius Proleg. p. 173:* homini admoueat *libri (*ad moueat *J)* 780. Cum *BDEJ* iaciat *E^{3}Z:* iaceat *reliqui* 781. Beam *E* libebit *BDEJ* propiciam *BDJ* 783. propicius *B* 784. Neque ulla ulli *Nonius p. 439* ulli illa *Fleckeisenus* hominum *Nonius p. 439* annuat *BDE, Nonius utroque loco.* annua[*J* 785. Post si *B:* Post id si *DEJ.* Id *nisi B omitteret, scribendum videretur* Postid . . . sist*: itemque Bothius, nisi quod* si extincta est extincta sit *Z:* extincta est *BD(*ē *|||*, e *er.)EJF.* extincta erit *Ussingius* nequid*: cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 779* 786. Menbri *BE.* Membri̦ sui *Z: corr. Hermolaus* commoueat *BD E(*c̄m-*)J* intenebris *BDE* optum est *DE.* optūst *B.* optum[*J*

Ita scílicet factúram: uerum in cúbiculo . . .
Deme ístuc: equidem illám moueri géstio.
Nolo íllam habere caúsam et uotitam dícere.

PARASITVS

Scio, cáptiones métuis.

DIABOLVS

Verum.

PARASITVS

Ergo út iubes
Tollám.

DIABOLVS

Quid ni?

PARASITVS

Audi rélicua.

DIABOLVS

Eloquere: aúdio.

PARASITVS

'Neque úllum uerbum fáciat perplexábile,
Neque úlla lingua sciát loqui nisi Áttica.
Fors sí tussire occépsit, ne sic tússiat,
Vt quoíquam linguam in tússiendo próserat.

---

789. *Nonius p. 45, 3:* uotitum ueteres religione aliqua prohibitum uel interdictum dici uoluerunt. Plautus in Asinaria: 'nolo . . . dicere' 792. *Nonius p. 151, 29:* perpexabile figuratum: quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria: 'nec . . . perpexabile'

---

788. De me *J* Deme istuc *pro parenthesi habet Ussingius* Deme: istic quidem illam commoueri *vel* Deme istinc: equidem illam ibi moueri *Muellerus Pros. Plaut. p. 340* 789. *V. obelo notat Guyetus* illam habere *Acidalius:* habere illam *libri* illam causam habere *Nonius.* causam illam habere *Reizius* uotitam, *alt.* t *e corr. B.* uoti tam *D.* uotitum *Nonius in lemmate.* notitiam *E.* uetitam *J* 790. me tuis *E* ergo ut *in ras. E* 791. quidni *DE* reliqua *libri* eloquere *Bothius:* loquere *libri* (loq̄re *E*), *quod Langenus p. 188 def., nimis is quidem subtiliter* 792. Nec *Nonius* perplexabile *Pius:* perpexabile *Nonius.* per plexibile *DJ.* per ple xibile *E.* perplexibile *FZ.* perpexibile *B* 793. linqua *D* attica,,, e *ut vid. er. D* 794. Fors *Bothius, Reizius:* Forte *libri. Cf. Bentleius ad Ter. Haut. v. 715* occepssit, p *s. v. add. E* nec *EJZ: corr. Saracenus* sic *ex* sit *ras. B* 795. cuiquam *libri.* quiquam *Camerarius* intussiendo *BEJ* proserat *BDEJ, Scioppius:* proferat *FZ*

Quod illa aútem simulet, quási grauedo prófluat,
Hoc né sic faciat: tú labellum abstérgeas
Potiús quam quoiquam sáuium faciát palam.
Nec máter lena ad uínum accedat ínterim,
Neque úlli uerbo mále dicat: si díxerit,
Haec múlta ei esto, uíno uigintí dies
Vt cáreat'.

DIABOLVS

Pulcre scrípsti: scitum sýngraphum.

PARASITVS

'Tum sí coronas, sérta, unguenta iússerit
Ancíllam ferre Véneri uel Cupídini,
Tuos séruos seruet, Vénerine eas det án uiro.
Si fórte pure uélle habere díxerit,
Tot nóctes reddat spúrcas, quot pure hábuerit'.
Haec súnt non nugae: nón enim mortuália.

---

796. *Osbernus p. 253:* haec grauedo . . . unde Plautus: 'quare illa aut simulet quasi grauedo profluat' 797. 798. *Osbernus p. 527:* haec saliua . . . unde hoc sauium . . . osculum cum saliua mixtum; unde Plautus: 'tu labellum abstergas potius ... palam'*: cf.* E^3 *F Z codd. Plautinorum discrepantia* 805. *Nonius p. 387, 35:* seruare sollicite et suspiciose obseruare . . . Plautus in Asinaria: 'tuus . . . uiro' 807. *Nonius p. 394, 9:* spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum . . . Plautus Asinaria: 'tot . . . habuerit'

---

796. similet *E* profuat *EJ* 797. abstergeas *ex* absterguas *B* 798. Potuis *D* quã *s. v. D* cuiquam *EJ, Osbernus.* cui quam *BD* saliuum E^3*FZ: corr. Aldina* fatiã *E.* facias *Osbernus* 799. materlena *B* aduinum *BE* 800. Nec *BDJ.* Nec *ex* Neu *E* male, a *ex* e *D.* malo *Z: corr. Pylades* maledicat *BJ* 801. Hęc *BE.* Hec *D* 802. pulchre *BDEJ* scripsti *Pius:* scriptis *libri* singraphum *BEJ* *V. 803—809 obelo notat Guyetus* 803. ungenta *J* 804. Veneri deferre *Fleckeisenus. Hiatum def. Hermannus Elem. doct. m. p. 190* ad Venerem aut ad Cupidinem *vel* deferre aut Veneri aut *Muellerus Pros. Plaut. p. 695* uel *Reisigius:* aut *libri* 805. Tuus seruus *BDEJ(fort.* seruos *ex* seruus *m.²), Nonius* ueneri ne *DJ* an uero *Nonius* 807. spurtas *J* pure *Scaliger, Bothius:* puras *libri cum Nonio* habuerit, t *ex* nt *D* 808. *Hic v. num a Plauto scriptus sit dubitat Langenus p. 268* Hęc *BDE* nugę *BDJ.* nuge *E* noenum *Buechelerus Nov. ann. t. 87 (a. 1863) p. 774* mortuaria *Pius*

DIABOLVS

Placént profecto léges. sequere intró.

PARASITVS

Sequor.

DIABOLVS. PARASITVS

DIABOLVS

Sequere hác: egon haec ut pátiar aut taceam? émori
Me málim, quam haec non éius uxori índicem.
Ain tu? ápud amicam múnus adulescéntuli
Fungáre, uxori excúses te et dicás senem?
Praerípias scortum amánti atque argentum óbicias
Lenaé? suppeiles clám domi uxorém tuam?
Suspéndam potius mé, quam tacita haec tu aúferas.
Iam quídem hercle ad illam hinc íbo, quam tu própe diem,
Nisi quídem illa ante occupássit te, effligés scio,
Luxúriae sumptus súppeditare ut póssies.

PARASITVS

Ego síc faciundum cénseo: me honéstiust
Quam té palam hanc rem fácere, ne illa exístumet

Act. IV Sc. 2 ADOŁ ARGIRIPVS. & PARASITVS DVO· *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADOLESCENS · ARGIRIPPVS · 7 PARASIT9 · DVO· *E.* ADOLESCENS. DIABOLVS PARASITVS *J. Spatium D* 810. equere *spat. relicto DE* ego ne haec *J.* ego ne hęc *E.* ego ne/// haec *B.* ego nehaec *D* ut patiar *Fleckeisenus:* patiar *libri* 811. quem *E* hęc *DEJ* 812. An tu *Pius, Ussingius, idem def. Langenus p. 119* adulescentuli, c *s. v. E.* ad,,olescentuli, h *ut vid. er. J* 813. Fungari *D* 814. Pręripias *BDEJ* obitias *E* 815. Lenę *BJ.* Lene *D.* Lęne *E* suppeiles *Pareus:* suppelles *BDEJ.* suppilles *Z.* suppiles *F* 816. Suspendam *Bothius:* Suspendas *JF.* Suppendas *BDEZ* haec tu *Weisius:* tu haec *libri* (hęc *B.* h̃ *E*). haec *Pylades* 817. adillam *E* propediem *B* (*ex* probe diem) *D* 818. quidem *del. Ussingius* occupas site *BD.* occupas si te *E.* occupassit *m.*² *ex* occupass& *J* æfliges *D.* efliges *E* 819. Luxurię *E* possi es *BD* 820. fatiundum *E* at me *dubitanter Ussingius* honestius est *libri.* honestius *Fleckeisenus* 821. Quan *E* facerest *Fleckeisenus* existimet *BDEJ*

Amóris causa pércitum id fecísse te
Magis quám sua causa.

DIABOLVS

At pól qui dixti réctius.
Tu ergó fac ut illi túrbas lites cóncias,
Cum suó sibi gnato únam ad amicam dé die
Potáre, illam expiláre clam.

PARASITVS

Ne mé mone:
Ego ístuc curabo.

DIABOLVS

Át ego te opperiár domi.

---

822. id *ex* it *ut vid. E* 823. quin *JFZ. Cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 31* dixti *Pylades:* dixisti *libri* 824.]s li[ ]ias *J* fac *libri* ut *om. Fleckeisenus* lites *om. D* 825.]ato [ ] ad *J* gnatod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 72: cf. Opusc. phil. vol. 3 p. 126* una *Z.* una unam *Fleckeisenus.* eum una *Lorenzius: cf. 'Jahresbericht' a. 1876 p. 61* dedie *BD(ex* dedit*)* 826.]illum expilare [ ]iam emone *J* Portare *E* *Post* expilare *fort. spatiolum 1—2 litt. D* clam *Gulielmius:* iam *libri* Par. Ne me mone *Camerarius:* emone *libri* iam pridem mone *Ussingius* 827. *Par. pers. praef. libri*]stuc *J* istud *BEJ* at pol *Muellerus 'Nachtraege' p. 100 adn.: cf. Prosod. p. 642* ego ted *Weisius* operiar *D.* operias *E.* opiar *J,* i *m.*² *s. v.*

ACTVS V

ARGYRIPPVS. DEMAENETVS

ARGYRIPPVS

[Age décumbamus sís, pater.

DEMAENETVS

Vt iússeris,

Mi gnáte, ita fiet.

ARGYRIPPVS

Púeri, mensam adpónite.]

DEMAENETVS

Numquídnam tibi moléstumst, gnate mí, si haec nunc mecum ádcubat?

ARGYRIPPVS

Pietás, pater, oculís dolorem próhibet. quamquam ego istánc amo,

---

Act. V Sc. 1 ADOLESCENS . SENEX . *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADVLESCENS SENEX · *E.* ADOLESCENS · ARGYRIPPVS DEMENETVS SENEX *J. Spat. D* *V. 828. 829 ex altera recensione huc illatos esse vidit Weisius 'Die Komoedien des Plautus' p. 34: cf. Geppertus Stud. Plaut. vol. 1 p. 81* 828. ge *spat. init. relicto D.* gede *(cum spat. in.) ex* gedū *E.* Agedum *JFZ* cumbamus *E.* cubamus *JFZ.* discumbamus *Lambinus dubitanter* Agedum sis decumbamus p. *Reizius* ut tu *vel* mi pater *Muellerus Pros. Pl. p. 633: cf. Ritschelius Proleg. p. 177* 829. Mignate *D* fiet *ex* fiat *D.* fiat *Langiani, Bothius* adponite SENEX *DE.* apponite *J* 830. *Pers. om. hoc loco DE* Nūquid nam *BE.* Num quid nam *D* molestum est *J.* molestus est *BDE* mi gnate *Z: corr. Pylades* hęc *B.* h̃ *E* nunc *om. JFZ: add. Hermolaus* accubat *libri* 831. Pietas *ex* Pletas *B.* Pletas *D.* Pleta *E* ego quamquam istam *Fleckeisenus* quaq *J* ego *ex* ege *J* istanc *ex* istā ut *vid. E*

Possum équidem inducere ánimum, ne aegre pátiar, quia tecum ádcubat.

DEMAENETVS

Decét uerecundum ésse adulescentem, Árgyrippe.

ARGYRIPPVS

Edepól, pater,
Meritó tuo facere póssum.

DEMAENETVS

Age ergo, hoc ágitemus conuíuium
Vino ét sermone suáui. nolo ego métui, amari máuolo,
Mi gnáte, me abs te.

ARGYRIPPVS

Pól ego utrumque fácio, ut aequomst fílium.

DEMAENETVS

Credam ístuc, si esse te hílarum uidero.

ARGYRIPPVS

Án tu me tristém putas?

DEMAENETVS

Putem égo quem uideam aeque ésse maestum, ut quási dies si dícta sit?

ARGYRIPPVS

Ne díxis istuc.

DEMAENETVS

Né sic fueris: ílico ego non díxero.

ARGYRIPPVS

Em adspécta: rideo.

---

832. ęgre *BE.* aegere *J* paciar *D* quod *Weisius* accubat *libri* 833. uerecundum *m.*[2] *ex* uerecundiam *J* adolescentem *J* argirippe *BD.* agyrippe *E* ędepol *B* 834. agitemus hoc *Bothius* 835. et *Pius:* ut *libri* sermone, o *ex* u *E* 836. Migrate *E* mi *EJZ* abste *BDEJ* ut aequum est *J.* ut ęquum est *B.* ut equum est *E.* utequum est *D* 837. esse *ex* esset *B.* te esse *Fleckeisenus* hilarem *FZ* uideo *Z: corr. Hermolaus* antu *J* an esse *parum probabiliter conici dicit Muellerus Pros. Plaut. p. 300* me *Bothius:* esse me *libri* 838. ęque esse mestum *ex* esse mestum ęque *E* ęque *B* mestum *BDJ* utquasi„', s *er. D.* quasi *Lambinus, Lindemannus ad Amph. V 1, 26:* ut quasi *defendunt Acidalius, Fuhrmannus Nov. ann. vol. 97 (a. 1868) p. 844* si dicta sit, dic *in lit. B.* sid acta sit *D* 839. dixeris *FZ: corr. Angelius* nec *JF* illuc ego *Scaliger* 840. 841. *Pers. om. D* Hem *libri* aspecta *BDJ.* aspecta *ex* aspectar *ras. E*

DEMAENETVS

Ýtinam male qui míhi uolunt sic rídeant.

ARGYRIPPVS

Scio équidem quam ob rem mé, pater, tu trístem credas
núnc tibi:
Quia istaéc est tecum: atque égo quidem hercle ut uérum
tibi dicám, pater,
Ea rés me male habet: át non eo, quia tíbi non cupiam
quaé uelis:
Verum ístam amo: aliam técum esse equidem fácile possum
pérpeti.

DEMAENETVS

At ego hánc uolo.

ARGYRIPPVS

At ego núnc ne exoptes míhi quae ego exoptó uolo.

DEMAENETVS

Vnum húnc diem perpétere, quoniam tíbi potestatém dedi
Cum hac ánnum ut esses átque amanti argénti feci cópiam.

ARGYRIPPVS

Em istóc me facto tíbi deuinxti.

DEMAENETVS

Quín te ergo hilarum dás mihi?

---

m̃ *E* *Post* mihi *er.* mihi *D* 842. *Pers. om. E* quam obrem *B D* (obrem) *E* parens *J*[2] († p. *s. v.*) *F.* par *EJ*[1] tu *om. Z: add. Pylades* tibi *in ras., ubi* mihi *scriptum fuerat D* 843. Qui *E* istec *BDE* tecum est *J* 844. Eares, *supra quod scriptum esse vid. nescio quid J.* Fares *E* me *om. Camerarius* at *JF, Lambinus:* ac *BDEZ* quia tibi *Acidalius:* quin tibi *libri* (quintibi *D*) quę *BDE.* quę *ex* quem *J* 845. possim *Camerarius* 846. ego, e *ex* o *D* at ego nunc ne exoptes *LG:* ergo sunt quae exoptas *libri* (quę *BDEJ*) m̃ quę *E.* mihiq̃ *ex* mihique *B.* michiq: *J.* mihique *D* exopto *LG:* exoptem *libri.* exopto ea *Ussingius* 847. *Ante* dedi *fort.* tibi *er. J* 848. hec *J* ut *om. JF* 849. 850. Hem *libri* deuinxti *Camerarius, Bentleius:* deuinxisti *libri* (deuiinxisti, *prima* i *manu Camerarii expuncta B.* di uinxisti *J*) Quinte *BJ* ergo *ex* ego *J* hilarem *FZ* m̃ *E*

ARTEMONA. PARASITVS. DEMAENETVS. ARGYRIPPVS. PHILAENIVM

ARTEMONA

Áin tu meum uirúm potare hic, óbsecro, cum fílio
Ét ad amicam détulisse argénti uigintí minas
Meóque filió sciente id fácere flagitiúm patrem?

PARASITVS

Néque diuini néque mi humani pósthac quicquam adcréduas,
Ártemona, si húius rei me méndacem esse inuéneris.

ARTEMONA

Át scelesta ego praéter alios meúm uirum rata súm probum,
Síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxume.

PARASITVS

Át nunc dehinc scito íllum ante omnes mínumi mortalém preti,

---

857. *Nonius p. 394, 34:* siccum dicitur et sobrium, modicum (modicum *scripsimus pro eo quod codd. exhibent* madidum: *alii coniecerunt* non madidum, immadidum). Plautus Asinaria: 'siccum . . . maxime'

Act. V Sc. 2 MVLIER · PARASITVS · SENEX. ADOLESCENS. MERETRIX *in spat. unius vers. BJ.* MVLIER PARASITVS · SENEX · ADOLSCENS · (S *priore ex* C) MERETRIX *E. Spat. D* 851. in *c. spat. init. DE* meum *ex* metum *vel* mecum *ras. B.* meum *ex* mecum *J.* mecum *E* potare hic *Reizius, Fleckeisenus:* hic potare *libri* potare una *vel* uirumne *Muellerus Pros. Plaut. p. 546* filic *E* 852. adamicam *E* detullisse *J* 853. Meo q: *J* sciente *ex* scienti *m.*¹ *ut vid. B* flagicium *DJ* 854. *Pers. om. Z: corr. Scutarius* diuini *ex* diuina *D* nequę *J* mihi *libri* ($\overset{1}{m}$ *EJ*) post hac *BDJ* accreduas *BD.* ac creduas *EJ* 855. Artemonia *E* me mendacem esse *Acidalius:* me esse mendacem *libri.* mendacem me esse *idem Acidalius* 856. At *legi nequit J* *Ante* scelesta *ras. J* p̄ter *BDJ (ex* pater *m.*²*).* preter *E* alias *J* rata sum probum *LG:* frugirata *BD.* frugi rata *EJFZ.* fui rata *Pylades.* egregium rata *Ussingius.* antehac rata probum *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 43* 857. Sic cum *E* maxumę *D.* maxime *B* (e *fort. ex* ę *ras.*) *EJ cum Nonio* *V. 858—860 postea videntur esse additi: v. 860 trita exhibet, v. 861 aptissime continuat versum 857* 858. Ad *E* de hinc *J* oms̄ *BDEJ* minimi *libri* mortales *Z* p̄tii *BE.* precii *DJ*

Mádidum, nihili, incóntinentem atque ósorem uxorís suae.

ARTEMONA

Pól ni istaec uera éssent, numquam fáceret ea quae núnc facit.

PARASITVS

Égo quoque hercle illum ántehac hominem sémper sum frugí ratus:
Vérum hoc facto sése ostendit, quí quidem cum fílio
Pótet una atque úna amicam dúctet decrepitús senex.

ARTEMONA

Hóc ecastor ést quod ille it ád cenam cotídie.
Áit sese ire ad Árchidemum, Chaéream, Chaeréstratum,
Clíniam, Chremém, Cratinum, Díniam, Demósthenem.
Ís apud scortum cónruptelaest líberis, lustrís studet.

---

859. 860. *Osbernus p. 388:* odiosus: unde Plautus in Amphitrione ... et hic osor ... id est ille qui aliquid odit; unde idem Plautus in eodem: 'scito illum madidum, incontinentem ... suae'. — *Priscianus Inst. gramm. XI 19 (p. 560, 16 ed. H.):* 'odi' .. 'osus', ex quo 'perosus' et 'exosus' .. Plautus in Amphitrione .. et uerbale tamen nomen ex eo protulit idem Plautus in Asinaria: 'madidum ... suae' 862. 863. *Nonius p. 13, 12:* crepera res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti in dubio uitae constituti ... Plautus in Asinaria: 'qui quidem ... senex' 867. *Nonius p. 333, 9:* lustra dicuntur ferarum habitacula ... lustra etiam lupanaria dicuntur. Plautus in Asinaria ...: 'is ... studet'

---

859. nihili *m.*[2] *ex* nichili *J.* nichili *E.* nihil *Priscianus* osorē *ex* osorū *D* suę *BEJ* 860. *Pers. om. Z: add. Saracenus* istaec uera *Schmidtius de form. pron. dem. p. 78:* ista uera *B.* uera ista *reliqui* quę *BE* 861. *Pers. om. Z: add. Saracenus* ante hac *BDEJ* frugiratus *B* 862. Vtrum *D* facto *ex* factū *D* se se *E* 863. potest unam atque unam *Nonius* unā *D* atque *om. JF* unam *EJZ, Fleckeisenus* ductitet *Nonius ut vid.* 864. *Pers. om. BDE: cf. v. 865* illic *Bothius* adcenam *BDJ* cottidie *BD* (e *ex* æ) illic it ad cenam quot dies *Goetzius Act. soc. philol. Lips. vol. 6 p. 326* ad cenam it cotidie *Fleckeisenus Philol. t. 2 (a. 1847) p. 77* 865. *Huic versui Art. pers. praem. BDE* se se *E* adarchidemum *BD* chęream *B.* cheream *EJ.* chęretam *D* chęrestratum *BD.* cherestratum *E.* cherest[*J* 866. cremem *ex* cheremem *J.* chremen *E* cratinum, r *s. v. E* cliniam *EZ.* dinian *BD* demostenen *BDE.* demonstenem *J* 867. corruptelaest *Heinsius, Scaliger:* corruptelae et *libri cum Nonio, nisi quod* corruptelę *B, idem ex* corruptęlę *D,* corruptele *E* libertis *E*

PARASITVS

Quín tu illum iubés ancillas rápere sublimén domum?

ARTEMONA

Táce modo: ne ego íllum ecastor míserum habebo.

PARASITVS

Ego istúc scio
Íta fore illi, dúm quidem cum illo núpta eris.

ARTEMONA

Ego cénseo
Éum etiam hominem aut ín senatu dáre operam aut cluéntibus:
Íbi labore délassatum nóctem totam stértere.
Ílle opere forís faciundo lássus noctu ad me áduenit:
Fúndum alienum arát, incultum fámiliarem déserit.
Ís etiam conrúptus porro suóm conrumpit fílium.

PARASITVS

Séquere hac me modó: iam faxo ipsum hóminem manufesto
ópprimas.

ARTEMONA

Níhil ecastor ést quod facere máuelim.

PARASITVS

Manedúm.

V. 868—875 obelo notat Guyetus 868. Quinti *D* illum, il *ex* u *D* sublimen *F, Ritschelius Opusc. phil. vol. 2 p. 462:* sublimem *libri* 869. ne ego illum *Fleckeisenus (cf. Philol. t. 2 (a. 1847) p. 77):* ne illum *libri (*neillum *D)* e castor *E* habeo *J* istuc [*J* 870. dum quidem cum quidem cum illo *J* cens[*J.* censui *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 763, probabiliter* 871. *De* etiam *ita collocato non deerunt qui dubitabunt* aut in senatu *Camerarius:* insenatu *libri* *De maiore corruptela cogitat Ussingius velut in hunc modum:* Totum diem hominem senatu dare operam *e. q. s.* clientibus *BDJ.* dientibus *E* 872. stetere *J* Ille operi *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 85.* Opere illic *Fleckeisenus.* Ille opere *def. Koehlerus l. s. s. p. 53* opis *E* faciendo *BDJ.* fatiendo *E* *Ante* lassus *er.* s *D* noctu ad me *Fleckeisenus:* noctu *libri.* noctud *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 85.* *An* noctu ad me uenit *?* 874. arat alienum *Bothius* 875. corruptus *libri (*corrumptus *J).* corrumptus *Fleckeisenus* suum *BDEJ* corrumpit *DEJFZ.* corrupit *B, Fleckeisenus* *Post hunc v. Gulielmius inserendum iudicavit (idemque Osannus probavit) versum a Nonio p. 305, 30 ex Asinaria allatum, cum Casinae potius sit: cf. praefatio* 876. *Pers. om. E* me *s. v.* B^2 memodo *J* iam iam *Reizius* faxo, x *ex* c *D* manifesto *BD(*o *ex* a *ut vid.) EJ* opp[*J* 877. *Pers. om. E* Nichil *EJ* e castor *E* mane dum *BEJ*

ARTEMONA

Quid est?

PARASITVS

Póssis, si forte ádcubantem tuóm uirum conspéxeris
Cúm corona ampléxum amicam, sí uideas, cognóscere?

ARTEMONA

Póssum ecastor.

PARASITVS

Ém tibi hominem.

ARTEMONA

Périi.

PARASITVS

Paulispér mane:
Aúcupemus éx insidiis clánculum quam rém gerant.

ARGYRIPPVS

Quíd modi, pater, ámplexando fácies?

DEMAENETVS

Fateor, gnáte mi ...

ARGYRIPPVS

Quíd fatere?

DEMAENETVS

Me éx amore huius ésse conruptum óppido.

PARASITVS

Aúdin quid ait?

ARTEMONA

Aúdio.

DEMAENETVS

Egon ut nón domo uxorí meae

---

880. 'Paulisper' *hinc excerptum ab eo qui adverbia Plautina collegit: cf. Ritschelii Opusc. phil. t. 2 p. 234. 239*

---

878. *Post* forte *una litt. er. B* accubantem *libri* (occubantem *D*) tuum *libri* 879. ARTE *praef. et del. rubr. E* corona *ex* coronā *ras. E* si uidens *J.* si uideris *F* 880. hem *libri.* en *Lambinus* 881. Accupemus *J* ex, x *in ras. ut vid. B* gerant, n *s. v. D* 882. pat[ ]facies *J* amplexando *Acidalius:* amplexandi *libri* mi *ex* mihi *E* 883. facere *J* examore *B E.* esse amored *Brandtius de gen. form. p. 66* huius esse *Fleckeisenus duce Pylade:* huius *libri. Cf. Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 76* corruptum *libri.* correptum *D, Lipsius* opido [ ] Art. audio *J* 884. *Cf. Darnmannus de hiatu p. 15* meę *E.* mee *J*

Súbrupiam in delíciis pallam quam hábet atque ad te déferam?
Nón edepol condúci possum uíta uxoris ánnua.

Parasitvs

Cénsen tu illunc hódie primum ire ádsuetum esse in gáneum?

Artemona

Ílle ecastor súppilabat mé, quod ancillás meas
Súspicabar átque insontis míseras cruciabám.

Argyrippvs

Pater,
Iúbe dari uinúm: iam dudum fáctumst quom primúm bibi.

Demaenetvs

Dá, puere, ab summo. áge, tu interibi ab ínfumo da sáuium.

Artemona

Périi misera: ut aúsculatur cárnufex, capulí decus.

Demaenetvs

Édepol animam suáuiorem aliquánto quam uxorís meae.

---

887. *Osbernus p. 256:* hoc ganeum .nei id est theatrum, locus scilicet in terra defossus, ubi ad ludendum et ad scortandum confluebant; unde Plautus in Aularia: 'censen . . . ganeum' 888. 889. *Osbernus p. 418:* suppilo .as id est compilare *(sic Maius: cod.* compellere*)*; unde Plautus: 'ille profecto suppilabat ... suspicabar'

892. *Nonius p. 4, 19:* capulum dicitur quicquid aliam rem intra se capit. Nam sarcophagum, id est sepulchrum, capulum ueteres dici uolunt quod corpora capiat. Plautus Asinaria dicens de sene: 'peri . . . decus'. *Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 551 huc refert Placidi p. 29, 16 glossam:* capuli: lecti funebris uel rogi in modum arcae structi. Est autem capulus masculini generis

---

885. Subripiam *libri* indeliciis *DJ.* indelitiis *E* habet [*J* adte *BE* feram *Lachmannus* 886. possim *Camerarius* 887. Censē *E.* Censem *J* illunc *Camerarius:* illum *libri cum Osberno* hodie primum *et* adsuetum *non convenire dicit Muellerus Pros. Plaut. p. 573* assuetum *J* assuetum ire in *Osbernus* esse *om. FZ* inganeum *BEJ* 888. et castor *DE* suppilabat, i *ex* l *B.* suppillabat *E* *Post* meas *cr.* suspica *D* 889. insontes *ex* insontis *D.* insontes *J* crutiabam *E.* cruciebam *B* 890. dari *Acidalius:* dare *libri* factum est *libri* cum *libri* 891. Arg. Age *Z: corr. Pylades.* at age *F* inter ibi *BJ* ab infimo *BDJ.* abinfimo *E* sauium *m.*[2] *ex* sanium *ut vid. J* 892. peri *Nonius* osculatur *libri cum Nonio* (obsculatur *J*) carnifex *Nonius* capuli *ex* capilli *E.* capilli *J* 893. suaui orem *E* meę *E.* mee *J* *In fine versus manu rec. ut vid. additum habet D:* ∠

PHILAENIVM

Díc amabo, an foétet anima uxóris?

DEMAENETVS

Fufae: naúteam

Bíbere malim, sí necessum sít, quam illam ausculárier.

ARTEMONA

Né illa ecastor fénerato fúnditat: nam sí domum

Rédierit hodie, aúsculando ego úlciscar potíssumum.

PHILAENIVM

Míser ecastor és.

ARTEMONA

Ecastor dígnus est.

---

894. 895. *Nonius p. 233, 1:* anima . . . halitus oris et odor . . . Plautus Asinaria: 'an foetet anima tuae uxori'. — *Idem p. 8, 4:* nautea est aqua de coriis, uel, quod est uerius, aqua de sentina: dicta a nautis *(cf. Loewii Prodr. p. 284 sq.).* Plautus . . . Asinaria: 'nauteam . . . oscularier' 896. *Nonius p. 312, 43:* fundere dicere . . . Plautus Asinaria: 'ne ille castor fenerato fundit'

Mire turbatus est in libris hic locus. V. 894—903 hoc ordine exhibent BDEJ: 895. 898. 901. 902. 903. 894. 899. 900. 896. 897, hoc autem F: 894. 895. 898, 901. 902. 903. 899. 900. 896. 897. In Z om. sunt v. 896. 897. 898—906, quos add. Hermolaus eo ordine qui est in F. V. 899 et 900 coniungendos esse vidit Acidalius, ibi non subsistendum Fleckeisenus, cuius ordinem supra exhibuimus. Ussingius praef. vol. 2 p. XVI: 901. 902. 903. 894. 895. 898. 899. 900. 896. 897. Langenus p. 121 Fleckeiseno assentitur, sed ut v. 901—903 ex altera recensione repetendos esse dicat Versibus 893. 894. 895 numeros 1. 2. 3 *in fine addidit Camerarius in B* 894. amabo *m.*² *ex* ambo *J* fetet *BE.* fẹtet *D* an anima foetet *Fleckeisenus* uxoris? Dem. Fufae: nauteam *LG:* uxoris tuae *(*tuẹ *BEJ)* Dem. *(om. D)* Nauteam *(*Nauseam *J) libri, ubi* Dem. Nauteam *v. 899 initio praefixum, non in exitu versus 894 scriptum est.* uxoris tuae? Dem. Fu nauteam *Bentleius.* tuae uxori? Dem. Nauteam *ex Nonio Lachmannus in Lucretium p. 200, idem nisi quod* uoxori *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 285.* uxoris tuae? Dem. Atque nauteam *Muellerus Pros. Plaut. p. 546*

895. 898. *Cf. infra post v. 906 adnotata* 895. bibere *om. Z* necessum, um *ex* e *E* sit *Pylades ex Nonio, qui* necesse sit*:* est *libri, quod def.* illanc *scribens Camerarius* oscularier *libri cum Nonio, nisi quod J* obscularier, *Nonii CD* osculari 896. illa *Bothius Dousam (*illaec*) secutus:* ille *libri (*Neille *J)* castor *Nonius* foenerato *libri (*fẹnerato *J)* fundit *Nonius* funditat haec *Acidalius.* fundit haec *Lambinus* 897. osculando *libri (*obsculando *J)* potissimum *libri* 898. *Obelo notat Guyetus* Phil. *praem. Acidalius:* Artem. *BDEJF* e castor *E* *Art. pers. restit. Acidalius: parasiti praebent libri*

Argyrippvs

Quid aís, pater?

Ecquid matrem amás?

Demaenetvs

Egone illam? núnc amo, quia nón adest.

Argyrippvs

Quíd, quom adest?

Demaenetvs

Periísse cupio.

Parasitvs

Amát homo hic te, ut praédicat.

Artemona

Áin tandem? edepol né tu hodie istuc cúm malo magnó tuo
Díxisti in me. síne reuenias módo domum: faxó scias
Quíd pericli sít dotatae uxóri uitium dícere.

Argyrippvs

Iáce, pater, talós, ut porro nós iaciamus.

Demaenetvs

Máxume.

Té, Philaeniúm, mihi atque uxóri mortem. hoc Véneriumst:
Púeri, plaudite ét mi ob iactum cántharo mulsúm date.

---

904. *Porphyrio ad Hor. Odarum I 4, 28 (p. 8, 28 ed. M.):* nec regna uini sortiere talis] hoc ad magisteria conuiuarum pertinet, quae talorum iactibus sortiri solitos et Plautus significat in Captiuis. Item in Asinaria, *ubi Meyerus adnotavit Asin. V 2, 54: cf. Act. soc. phil. Lips. t. 5 p. 334*

Quis *J* 899. *Cf. v. 894* *Arg. pers. praem. libri* Ec quid *libri* ego ne *EJ* egone illam? *primus interpunxit Pareus* adest, a *e corr. D* 900. cum *libri* perisse *libri* p̄dicat *libri* 901. Ain tu tandem *Fleckeisenus Philologi t. 2 (a. 1847) p. 84* tamdem *B.* tantum *D* ne tu hodie *Muellerus Pros. Plaut. p. 763:* ne tu *libri (*netu *D)* istac *E* magno malo *EJF* 902. inme *BDE* reuenias modo domum *LG:* uenias modo domum *libri.* modo uenias domum *Camerarius, Fleckeisenus.* domum modo uenias iam *Muellerus 'Nachtraege' p. 56.* tu uenias modo domum *Koehlerus l. s. s. p. 69* faxo scias *Fleckeisenus:* faxo ut scias *libri.* faxo scies *Madvigius Opusc. ac. vol. 2 p. 77* 903. dotatę *BEJ* uicium *DJ* 904. iaceamus *BDE.* iacemus *J* Maxume *ex* Maxime *J.* maxime *BDE* 905. philenium *libri* $\overset{1}{\text{m}}$ *E* michi *J* uxori *Pylades:* uxoris *libri* uenerium est *B(*i *s. v.)DEJ* 906. mihi *BD.* michi *EJ* obiactum *B*

ARTEMONA

Nón queo duráre.

PARASITVS

Si non dídicisti fullóniam,
Nón mirandumst. núnc in oculos éius inuadi óptumumst.

ARTEMONA

Égo pol uiuam et tú istaec hodie cúm tuo magnó malo
Ínuocauisti.

PARASITVS

Écquis currit póllinctorem arcéssere?

ARGYRIPPVS

Máter, salue.

ARTEMONA

Sát salutist.

PARASITVS

Mórtuost Demaénetus.
Témpus est subdúcere hinc me: púlcre hoc gliscit proélium.

---

910. *Nonius p. 157, 21:* pollinctores sunt qui mortuos curant ... Plautus Asinaria: 'et quis ... accersere' 912. *Nonius p. 22, 10:* gliscit est congelascit et colligitur, uel crescit, uel ignescit ... Plautus Asinaria: 'tempus ... proelium'

Post hunc v. in margine adscriptos B (lineolis delevit Camerarius; verba Dign⁹ ē — pat̄? *non in fine, sed in principio versus 907 scripta sunt) D, in ipsum contextum receptos EJ exhibent versus 895. 898, eadem qua supra scripturae varietate, nisi quod v. 898 D om. Argyrippi notam, J sic habet:*]malim; ecastor es[ ]quid 907. 908. *Verba* si — non mirandum est *interpolata putat esse Weisius* 907. Nomqueo *D.* Nā queo *E.*]ō queo, *priore* o *e corr. ut vid. J* didiscisti *D* fulloniam *Dousa:* fullonicam (follonicam *J) libri* 908. mirandum est *libri* (ē *s. v. B).*]mirand[ ] est *J* nunc in oculos eius *LG:* in oculos *BD*(os *ex* is) *JFZ.* inoculos *E* optumum est *DE.* optimum est *BJ* in oculos cuculo inuadist optumum *Fleckeisenus.* in oculos inuadi nunc est optumum *Camerarius, non libri. Fort.* nunc cuculo in oc. i. o. e. 909.]go pol & [ ]is *J* at tu *Muellerus Pros. Plaut. p. 595* tu istaec *Camerarius:* tuis haec *libri* (hęc *BEJ*), tu istanc *Acidalius* 910.] ARТ̄ & quis *J* Inuocauisti *Camerarius:* Inuocasti *libri. Dubitat de* inuocauisti *forma Muellerus Pros. Plaut. p. 597, ubi simul de* numquis *cogitari posse dicit* et quis *B*(etquis) *DEJ, Nonius* pollinctorem *Nonius:* pol lictorem *B*(pollictorem *m.*[2] *ut vid.*) *DJ.* pollictore *E* accersere *libri cum Nonio* 911.]ter *J* sat salutist *Camerarius:* sat salutis *BD.* sit salutis *EJ.* sic salutas J^2(t s. s.) E^3FZ mortuus est *libri* demenetus *BDEJ* 912. Tempus est *Aldina ex Nonio:* Tempus *libri* sub ducere *E* hinc, n *s. v. B* pulchre *libri*

Íbo ad Diabolúm: mandata dícam facta ut uóluerit.
Átque interea ut décumbamus suádebo, hi dum lítigant.
Póste demum huc crás adducam ad lénam, ut uigintí minas
Eí det, in partem hác amanti ut líceat ei poteírier.
Árgyrippus éxorari spéro poterit út sinat
Sése alternas cum íllo noctes hác frui: nam ni ínpetro,
Régem perdidi: éx amore tántumst homini incéndium.

ARTEMONA

Quíd tibi hunc recéptio ad test meúm uirum?

PHILAENIVM

Pol mé quidem
Énecauit ódio miseram.

ARTEMONA

Súrge amator, í domum.

DEMAENETVS

Núllus sum.

ARTEMONA

Immo es, né nega, omnium hóminum pol nequíssumus.
Át etiam cubát cuculus: súrge amator, í domum.

DEMAENETVS

Vaé mihi.

ARTEMONA

Vera áriolare: súrge amator, í domum.

---

cum Nonio p̄lium *BDE.* prelium *J* 913. addiabolum *B* 914.]terea *J* decubamus *J.* discumbamus *Lambinus dubitanter: cf. v. 828* litigant, ti *s. v. J* 915. Poste *libri praeter J. Cf. Ritschelius Op. phil. vol. 2 p. 543.* Post eum *J, Pareus ex Palat. VI* adlenam *B* 916. in partem *Lambinus:* inparte (in parte *D) libri* ei *om. JF* poteirier *LG:* potièrier, *dubio puncto B.* potierier *DE.* potirier *JFZ* 917. Argirippus, g *ex* r *B.* Argiripus, u *e corr. D* exoraris p opoterit *D* sper opoterit *E* 918. Se se *E* nāni *E* impetro *libri* 919. examore *EJ* tantum est *libri* 920. huc *EJFZ* ad te est, d *ex* t *D.* adte est *BEJ* meçum *J* 921. Enecauit *(sic iam* E^3 *F, Pylades)* odio miseram *Guyetus:* Miseram (miserum *Z)* odio (hodio *E)* enicabit (enecabit *JZ) libri* miseram istic o. e. *Fleckeisenus.* miseram suo o. e. *Bentleius* amator idomum *J. idem ex* amatori domum *B (item v. 923—925).* amatori domum *DE* 922. nenega *B* omnium hominum *Fleckeisenus:* omnium *DEJFZ.* omium *B* ne nega pol omnium *Reizius, Bothius* nequissimus *BD* (us *ex* is) *E* 923. amator, *alt.* a *ex* o *E* amatori domum *D* idomum *J* 924. Ve mihi *BE* ($\overset{1}{m}$) *J* (michi). Vemihi *D* hariolare *BDJ* surge surge *D* amatori domum *D.* amator idomum *J*

DEMAENETVS

Ábscede ergo paúlulum istuc.

ARTEMONA

Súrge amator, í domum.

DEMAENETVS

Iam óbsecro, uxor . . .

ARTEMONA

Núnc uxorem me ésse meministí tuam?
Módo, quom dicta in me íngerebas, ódium, non uxór eram.

DEMAENETVS

Tótus perii.

ARTEMONA

Quíd tandem? anima foétetne uxorís tuae?

DEMAENETVS

Múrram olet.

ARTEMONA

Iam súbrupuisti pállam, quam scortó dares?

PHILAENIVM

Écastor qui súbrupturum pállam promisít tibi.

DEMAENETVS

Nón taces?

ARGYRIPPVS

Ego díssuadebam, máter.

ARTEMONA

Bellum fílium.
Ístoscin patrem aéquomst mores líberis largírier?
Nílne te pudét?

925. Abscede, c *s. v. E* ego *E* paulum *BD* *Ante* istuc *parva ras. D* idomum *D* 926. Iam *corruptum esse putat Ussingius* uxor . . . *primus Bothius* meministi *J*². ministi *DJ*¹ 927. cum *libri* in me, in *ex* im *ras. D.* inme *B* 928.]tus *J* *Ante* Quid *ras. J* tandem, d *ex* t *D* fetet ne *B*(fętet)*DEJ*(fętet) tuę *EJ* 929. Mirram, *fort. alt.* r *ex* h *J* suprupuisti *E.* subripuisti *B.* sub ripuisti *J* scorte *D* 930. *Pers. Phil. restituit Pareus: Argyrippi exhibent BDE³FZ, om. E* qui: *cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 31* suprupturum, *priore* p *m.*³ *ex* b *ut vid. E.* surrupturum *B* promisi *E* 932. Istoscin *Fleckeisenus:* Istoscine *BJ.* Isto sci ne *D.* Isto scine *ex* Isto scino *E* aequomst mores *Pylades:* aequum (equum *E*) mores est *libri.* aequom mores *Guyetus.* aequom morest *duce Lambino Ussingius* liberes *J* 933. Nihilne te *B.* Nihil nete *D.* Nichil ne te *EJ*

DEMAENETVS

Pol si aliud níl sit, tui me, uxór, pudet.

ARTEMONA

Cáno capite té cuculum hinc úxor ex lustrís rapit.

DEMAENETVS

Nón licet manére (cena cóquitur) dum ceném modo?

ARTEMONA

Écastor cenábis hodie, ut dígnus es, magnúm malum.

DEMAENETVS

Mále cubandumst: iúdicatum me úxor abducít domum.

ARGYRIPPVS

Dícẹbam, patér, tibi ne mátri consulerés male.

PHILAENIVM

Dé palla meménto, amabo.

DEMAENETVS

Iúben hanc hinc abscédere?

ARTEMONA

Í domum.

PHILAENIVM

Da sáuium etiam priús quam abitis.

DEMAENETVS

I ín crucem.

---

934. *Nonius p. 333, 15:* lustra etiam lupanaria dicuntur. Plautus in Asinaria: '. . . [*lacuna est*] lustris rapit'. — *Hoc versu usus est argumenti scriptor: cf. v. 8* 937. *Nonius p. 128, 23:* iudicatum: ad uindictam (*sic nos scripsimus: libri* iudicatum atque indictum). Plautus Asinaria: 'male . . . domum'

---

nihil *libri* (nichil *E*) tui me, i *s. v. B.* tui me $m.^2$ *ex* tai me *J* 934. cuculum hinc *LG:* cuculum *libri.* cuculumne *Muellerus Pros. Pl. p. 546* uoxor *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 286* exlustris *E* 935. cẹna *DEJ* cẹnem *BJ* 936. cẹnabis *BJ* uti *ut vid.*, i *s. v. D* dignus es *Gruterus:* dignum est *libri* (n *e corr. D*). te dignum est *Camerarius* 937. cubandum est *libri cum Nonio* abducit *Dousa:* adducit *libri* (ad ducit *J*). ducit *Nonius* 938. *Post* ne *ras. ut vid. J* male, e *ex* is mo *ut vid. D* 939. Depalla *BDJ* hinc, c *s. v. E* ascedere *E* 940. 941. *Hoc ordine Fleckeisenus, inverso libri. Ussingius v. 941 delet, Guyetus v. 938–941* 940. I domum *in spat. vacuo* B^2 *Supra Philaenii notam et* Da *duo puncta* (··) *et ante* Da *in novi versus principio nota pers., quam rubricator scripsit, er. B* priusquam *J.* pius quam *E* abitis *Bothius, Seyffertus Stud. Plaut. p. 4:* abiis *BD.* abis *EJFZ* I $m.^2$ *s. v. J.* abi *Fleckeisenus* incrucem *EJ* crucem ss *B*

PHILAENIVM

Íntro eamus pótius: sequere hac mé, mi anime.

ARGYRIPPVS

Ego ueró sequor.

GREX

Híc senex siquíd clam uxorem súo animo fecít uolup,
Néque nouom neque mírum fecit néc secus quam alií solent.
Néc quisquamst tam ingénio duro néc tam firmo péctore,
Quín, ubi quicque occásionis sít, sibi faciát bene.
Núnc si deprecári uoltis huíc seni ne uápulet,
Rémur inpetrári posse, plaúsum si clarúm datis.

---

942. *Nonius p. 187, 5:* uolup pro uoluptate. Plautus Asinaria: 'hic senex ... uolup'

---

941. *Artem. pers. praem. Z* Intro eamus potius *LG:* Immo intus potius *libri.* Immo potius intro *Fleckeisenus.* Immo cubitum eamus *Seyffertus Stud. Pl. p. 4, qui etiam* Immo tu ibis potius *proponit. Possis etiam* Quin intro imus potius segre *E.* sequere, *apice supra primam* e *scripto, in accentus modum B* me hac *Z* hanc *JF* me mi *ex* memi *B.* memini *EJ* animę *DEJ* · ego uero sequor *om. Z: add. Hermolaus* *Personam corr. Bothius: Demaeneto adsignant libri*

942. Grex hic *libri praeter J, ubi* Grex *in marg. scriptum videtur esse* si quid *Nonius* uxore *B.* uxore *JF* suam *Nonius.* suo *ex* suā *E* uolup E^3 *et Hermolaus ex Nonio:* uoluptatis *libri* 943. nouum *libri* 944. quisquam est *libri* firmo, fi *ex* p *D* 945. tibi *J* quicque *DEJ, Fleckeisenus.* quaque *B.* quicquam *FZ* tibi *J* fatiat *E* 946. deprecari uoltis *Muellerus Pros. Plaut. p. 546, qui ibidem etiam* huic nos *proposuit:* uoltis (uultis *B)* deprecari (depcari *BDE) libri* sem *D* 947. Remor *J* impetrari *DEJFZ.* impetrari, *ras. unius litt. post* a *B* plausum si *Bentleius* (pote si plausum sic clarum *idem), Bothius, Reizius:* si plausum (si plasum *J)* sic *DEJFZ.* si plausum si, *alt.* si *ex* sic *ut vid. B.* si plausum *Pylades.* si plausum hic *Weisius* clar[*J* PLAVTI ASINARIA EXPLICIT· *in ead. qua praecedens v. linea B.* PLAVTI ASINARIA EXPLIC̄ *EJ* (EXPLICIT). *Vers. vacuum reliquit D*

Addendum.

V. 534 *in adn. adde* summust *BD.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT
FRIDERICVS RITSCHELIVS
SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS
GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS V
TRVCVLENTVM CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

T. MACCI PLAVTI

TRVCVLENTVS

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXI

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

CVRTIO · WACHSMVTH

PRAECEPTORI · CONLEGAE · AMICO

D · D · L · M

FRIDERICVS · SCHOELL

PRAEFATIO

Quod iam Truculentum emitto fabulamque omnium corruptissimam primam mihi recensendam sumpsi, non modo meo studio ductus institui, sed etiam eius voluntate, qui omnino huius operae nostrae auctor suasorque extitit, Friderici Ritschelii.

Id cur hoc loco praemittam, duplex mihi causa est: nam cum vir nobis coniunctissimus, cuius plurimum apud me auctoritas pollet, eas potius desiderari fabulas innuit, quas nemodum apparatu critico instructas edidisset, tum vero fuit qui publice pronuntiaret Ritschelium improbaturum fuisse studia mea in Truculento posita.[1]) Quem dignum non haberem cui responderem[2]), nisi Ritschelii nomine abusus et

1) Fridericus Schmidtius 'Götting. gel. Anz.' a. 1877 p. 959 sq.: 'Wohl niemand verurtheilte ein solches Verfahren schärfer als der, dem diese Schrift gewidmet ist, der grosse Meister um dessen Tod wir jetzt alle trauern, Friedrich Ritschl, der in seiner letzten Abhandlung in seinem Rheinischen Museum sich über den dänischen Kritiker Sophus Bugge so äussert .... Ritschl kannte als er dies schrieb die Schrift seines Schülers nicht.' Hoc contra veritatem dixit Schmidtius: nam mense Septembri — quo illam dedit epistulam Ritschelius — dissertationem Lipsiensem, quae eodem tempore iam imprimeretur, dudum novisse universitatis Lipsiensis philologum primarium et scire poterat et sciscere debebat, antequam summi viri personam indueret. Ritschelii autem iudicium de opusculo meo quale fuerit, non meum est praedicare.

2) Et inscitiam et incuriam censoris paucis statim exemplis probem. Itaque p. 950 dixit 'zur Erklärung sagt Schöll, *si qui* entspreche dem griech. *εἴ πως*. Freilich wird das dadurch nicht bewiesen, dass noch an einer zweiten Stelle ein solches *si qui* (oder genauer *nisi qui*) IV, 4, 1 conjiciert wird': ubi si adnotationes inspexisset tironum in usum conscriptas (velut Brixii ad Trin. v. 14), cavisset ne, qui de pronomine demonstrativo scripsit, pronominis indefiniti usum

huius editionis consilium et ipsam Truculenti recensendae rationem attigisset.

Nam quod Schmidtius coniecturam improbabiliorem, ex qua e. g. prol. v. 21 conclamatum et olim et nunc non tam restituere quam constituere volui, cum Buggii coniectura composuit a Ritschelio improbata idemque de utraque valere dixit, prorsus neglexit externam speciem similem esse, rationem plane diversam. Buggius enim a litteris traditis profectus, easdem vero audacissime inter se permutans eam effecit sententiam, quae nequaquam in locum quadret.[1]) Contra ego a sententia profectus sum eamque ante omnia ratiocinatione recuperare studui[2]): quod quamvis et disertis verbis saepius inculcaverim et ipsa 'divinationum' inscriptione significaverim, prorsus reticere atque neglegere maluit censor. Hanc autem viam in locis desperatis non spernendam esse Ritschelius et exemplis sat multis probavit in fabulis a se editis scriptisque suis et non semel aperte pronuntiavit[3]); id quod praeter Schmidtium nemo nescit.

---

foede ignoraret. Deinde vituperat tanquam perversum ('unmethodisch und unkritisch') quod eosdem versus et corruptos et interpolatos aut loco motos esse posse sumpserim: quasi tales versiculi semel iniuriam passi iam sacrosancti per saecula perhibeantur. Improbius egit velut p. 959, ubi arguit 'hier herrscht bei Schöll arge Verwirrung'. Nam cum versus Menandri ex corrupta librorum memoria exhibuerim — quae vel contra linguam peccet — adiciens me in re enucleanda subsistere, 'coniectando hariolari in fragmento abrupto nolle', Schmidtius disputat quasi verba tradita et tolerari possint et a me tolerentur. Haec hic sufficiant, ut et de illo iudices et de eo qui censuram 'solidam' ('gediegen') laudaverit.

1) Nam per verba *Quid multa?* cum abrumpat sermonem prologista, ex Buggii opinione meram adnectit repetitionem, quae clausulam non efficiat.

2) Cum verba in fine prologi extent, quocum concinit quae fere sola sana est *Quid multa* formula, sententiam constitui qualis ex more scaenicorum finem facere possit, praesertim cum extrema vox (*ceterit̃* = *ceterum*) cum aliis reliquiis iterum attingat sollemnem in prologis claudendis formulam (cf. Poen. prol. v. 122 sq.).

3) Adprime huc faciunt et rationem in Truculento tractanda ineundam optime illustrant verba, quibus lubricas incertasque de Varronis imaginibus suspitiones defendens dicit (in Opusc. phil. III p. 577): 'Für unfruchtbar oder verdienstlos halte ich sie demungeachtet darum so wenig wie den Versuch, aus geringen und zerstückelten Resten eines Handschriftentextes oder einer Inschrift oder selbst ohne solche

Quae ratio cur inprimis cadat in Truculentum, in propatulo est et magis etiam patebit ex eis, quae postea componam: neque quemquam quicquam aut profecisse[1]) aut profecturum esse puto, nisi incertiorum suspitionum periculum iterum iterumque subierit.

Idem valet de ea coniectura, qua Sicyonium Menandri a Plauto Truculento expressam esse posui ex vestigiis sane dubiis, quae tamen apte inter se conciliari posse visa sint. Quam opinionem cum aliis probavit Guilelmus Wagnerus[2]) neque prorsus abicere videtur Ludovicus Schwabius. Contra acerbissime exagitavit atque adeo irrisit Schmidtius. Quaestionem intricatam lubricamque nunc retractare nolim, praesertim cum 'solidus' ille censor etiam in hac re rudiorem se praebuerit.[3])

Reste nach den blossen Anhaltpunkten innerer Argumentation mittels rein productiver Conjectur ein Ganzes aufzustellen, das man als das Aechte weder verbürgen kann noch will. Wer es vorzieht sich mit der einfachen Anerkennung der Lücke zu begnügen (ob einer Lücke in der Ueberlieferung von Worten oder Thatsachen, kommt auf eins hinaus), wählt allerdings das Ungefährlichere, muss aber auch auf die Freude verzichten, auf dem Wege anschaulicher Exemplification gerade durch das Unvollkommene seines positiven Versuchs andere zum Ueberbieten desselben zu reizen, und so indirect dem Ziele näher zu führen, das nun einmal ohne die Umwege des Irrens nicht erreichbar zu sein pflegt. Von dem anfänglich weiten Kreise allgemeiner Möglichkeiten fällt denn doch, zumal wenn neue Augen mit frischer Schärfe hinzutreten, durch vergleichende Abschätzung allmählich eine nach der andern, indem sie entweder als in sich unwahrscheinlich erkannt wird oder, wenn an sich zulässig, gegen die noch berechtigtere zurücktritt; und so bleibt am Ende, während sich der Kreis immer mehr und mehr verengt, doch in der Regel das eine Wahrscheinliche selbst übrig, wenn der Process nur lange genug und unbefangen genug fortgeführt wird; wenigstens sind Ausnahmen von der Regel (da es ja natürlich auch absolute desperanda gibt) weniger häufig als Einige zu meinen scheinen.'

1) Non sine voluptate ex hac editione cognosces quas Ambrosiano debeamus emendationes plerasque non modo leviores sed ipsas graviores praeoccupasse priorum criticorum sollertiam. At magnam disputationum molem congerere possum, quibus homines docti indoctive tales coniecturas certissimas, quas iam ex Ambrosiano omnes probant, 'dubias temerarias improbabiles perversas dixerint: scilicet nunquam non existunt 'critici', quales hodie vel maxime caput extollunt, qui rationi quam traditioni diffidere malint.

2) 'Litterar. Centralbl.' a. 1878 p. 1045.

3) Dicit enim p. 956 'eine genaue oder gar wörtliche Uebereinstimmung ist nicht nöthig, ein ungefährer Anklang genügt ihm, die

Nam vel apertissima obscuravit[1]) et simplicissima pro inauditis habuit.[2])

Denique apud Alciphronem Lucianumque (vel potius Pseudo-Lucianum) quae cum Truculento consentire i. e. ex graeco eius exemplari expressa esse indicavi, solido non persuasi censori.[3]) Quae tamen cum inter alios et Ritschelio placuerint et Lehrsio 'addubitari non posse' visa sint, hoc loco iteranda duco, quippe cum vel in emendanda fabula non inutilia esse ratus sim.

Itaque in Simalionis Petalaeque mutuis epistulis (I 35. 36) non modo Simalioni eadem cum Diniarcho condicio est τὸ πολλάκις ἐπὶ τὰς θύρας φοιτᾶν καὶ τοῖς πεμπομένοις πρὸς

meisten Fragmente finden sich auch im Truculentus selbst nicht wieder, aber es genügt ihm, wenn sich die Möglichkeit angeben lässt, dass im Originale des Truc. eine solche Stelle hätte vorkommen können.' Quodsi, antequam iudicium sibi adrogaret, eas fabulas pertractasset, quorum novimus exemplaria, intellexisset quam saepe in his verba ipsa nequaquam conveniant, quin immo interdum ne locum quidem fragmentis ex fabulis versis adsignari posse.

1) Velut negavit et 'par pari respondet' idem esse atque ὅμοιος ὁμοίῳ proverbium (p. 955) et truculentum, qui principio 'examen mali' cogere minatus meretriculis mox earundem exspectet obsequentiam 'Sicyoniorum' similem esse i. e. τῶν τολμηρὸν μέν τι ποιούντων, οὐδὲν δὲ ἀνυόντων (p. 952 sq.).

2) Maxime vituperat quod fragmentum quoddam de commercio maritimo desumptum translato sensu adhiberi putaverim (p. 955 sq. 957): 'Endlich zeigt sich bei dem letzten Fragmente noch einmal, wie ein scharfsinniger Mann alles in ein Fragment hineindeuten kann .... geht es mit dem gewöhnlichen Sinne nicht, so wird ein übertragener angenommen.' Quod quam inconsiderate iecerit, ipse Plauti locus cui adhibui illud fragmentum demonstrare poterat. Nam fac nobis servatam non esse Truculentum et inter 'fragmenta' legi versum a Charisio excitatum '(nam aduorsum legem meam) ob meam scripturam pecudem cepit': iam siquis haec translate dicta esse sive coniceret sive colligeret, nugatorem dicerent Schmidtii ac re vera in Truculento publicanum egisse sobrie ac solide efficerent.

3) l. s. s. p. 957 sq.: 'wozu brauchen wir denn die Annahme, dass dieselben aus dem Originale des Truculentus entlehnt seien, da es doch viel natürlicher ist, dass sie ebenfalls aus dem Leben geschöpft sind?' Iam ut mittam ita disputare Schmidtium quasi non constet saepe ab Alciphrone atque Luciano Menandrum expressum esse, nisi probaverit etiam alias tales rerum verborumque similitudines non hic illic dispersas — quod facile invenies — sed continuo ac frequenter extare, iterum dicendus erit de eis rebus indicasse, quas non noverit ac vix attigerit.

τοὺς εὐτυχεστέρους θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι (I 35, 1 cf. 3): sed in Petalae epistula tam multa cum Truculenti de Diniarcho locis concinunt, ut casui attribuere nequeas. Itaque cum v. 165sq. cf. ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδόν, οὐκ ἐραστὴν ἔχω, cum v. 51 sqq. cf. νῦν δὲ δεῖ χρυσίων ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινιδίων, ἡ τοῦ βίου διοίκησις ἅπασα ἐντεῦθεν, cum v. 181 priore parte — nam altera plane corrupta est — ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν, denique cum v. 710: ἕτερος ἂν λοιδορούμενος ἔγραφε καὶ ἀπειλῶν, ἀλλ' ἐγὼ δεόμενος[1]) καὶ ἀντιβολῶν.

Accedit libri III epist. 50: οὐκ ἀνέχομαι ὁρῶν Ζευξίππην τὴν ἱππόπορνον ἀπηνῶς τῷ μειρακίῳ χρωμένην. οὐ γὰρ δαπανᾶται εἰς αὐτὴν χρυσίον μόνον καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ἤδη καὶ συνοικίας καὶ ἀγρούς. ἡ δὲ ἐπὶ πλέον ἐκτύφεσθαι τὸν ἔρωτα τούτῳ μηχανωμένη τοῦ Εὐβοέως ἐρᾶν προσποιεῖται τοῦ νεανίσκου, ἵνα καὶ τούτου κατασπαθήσασα οὕτως ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα κτέ.[2]) Hoc loco cum condicio universa ad Phronesium Diniarchumque quadrat — quod parum est — tum quae ad nimia amantium dona describenda adhibetur locutio συνοικίας καὶ ἀγρούς non potest non in memoriam revocare illud 'fundi et aedis' quater repetitum (v. 174. 177. 187. 214).

Eandem vero locutionem in simili sententia cum 'Lucianus' usurpet in Toxar. c. 15 (τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ καὶ θεράπαιναι καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος [Λυσίας pater est apud Alciphronem III 50] ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος ἐξήντλητο ἤδη καὶ ἐξεκεκένωτο), et eodem capite de puerperio a meretrice adsimulato agitur (ἄλλο ἐπὶ

1) Hinc cum *δεόμενος* 'precario' sit, cui 'vis' opponi soleat (ἀπειλῶν) in corrupta v. 710 parte huius notionem intuli, quam olim in *unū (animos)* quaesivi; quod cum iam ex v. 525. 543 satius visum sit *bono (animo)* interpretari, *(mo)ui* adhibui: videtur autem ex versu sic constituto aliquo modo defendi posse, de quo dubitant, *uis est experirier* v. 753.

2) Praeterea haec epistula vel senarium continet a Meinekio detectum καλῆς καλῶς ἀπολαύσομεν τῆς πλησμονῆς, qui item non alienus est a Truculenti argumento (velut v. 344—348).

τούτοις ἐπενόει καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλλυε· κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται et antea cap. 13 haec extant simillima v. 26—30: δεινὴ δὲ καὶ τὰ ἄλλα τεχνῖτις, πάρ' ἥν τινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ἐπισπάσασθαι ἐραστήν, καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα ὅλον ὑποποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ἐπιτεῖναι καὶ προσεκκαῦσαι ἄρτι μὲν ὀργῇ ἄρτι δὲ κολακείᾳ καὶ μετὰ μικρὸν ὑπεροψίᾳ[1]) καὶ τῷ πρὸς ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν καὶ ὅλη συνεκεκρότητο ἁπανταχόθεν ἡ γυνὴ καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν.

Haec data occasione partim refutanda partim repetenda duxi non mei, sed rei gratia. Iam vero accedam ad id, quod cum maxime agendum est hac praefatione, ut rei criticae subsidia quaenam adsint et quomodo habita sint, paulo accuratius explanem.

A palimpsesti dolendum est quod nil fere nisi unus quaternio LX ac ne is quidem integer servatus est. Nam et quaternio LIX Trinummi exitum inde a v. 1078 cum Truculenti initio usque ad v. 110 complectens totus periit et quaterniones LXI et LXII desunt, qui olim versus 391—946 continuisse videntur. Eius autem folii quaternionis LXIII, quod 22 qui restant versus (947—968) olim exhibuit, perpaucas lacinias Studemundi acumen agnovit de quibus ad v. 949 monui. Hoc loco unum addam — nam singularum litterarum memoria, nisi ignoti aliquid inde discimus, ad apographum pertinet, non ad editionem — duplicem fabulae clausulam et v. 967 et v. 968 in *A* quoque extitisse, ut omnino — quoad versuum computatio institui potest ratione habita et versuum bipartitorum et inscriptionum — aut

1) Hinc aliorum suspitionem stabilivi v. 29 post blanditias atque iracundias (ἄρτι μὲν ὀργῇ ἄρτι δὲ κολακείᾳ) olim ὑπεροψίας extitisse notionem, quo ducunt *supercl(amanda)* litterae. Ante omnia autem teneo neque hic inferri debere neque dein (*quid perierandum est*) ferri posse gerundivum, sed *quid perierant dum* scribendum esse (atque *perieran dum* ex *B* testatus est Loewius). Nam et quae antecedunt et quae secuntur cum demonstrent verba *quot illic blanditiae* cet. agere de meretricis blanditiis iracundiis exorabulis, locum non habet forma quae quid amanti sit exprimat: sed etiam superbiae et perieratiunculae meretricis sunt. Praeterea 'praeter munera perierare' nego sine artificiis explicari posse (cf. Act. soc. phil. Lips. t. II p. 428): immo *preter* eadem ratione corruptum est qua v. 28 *blanditer*.

eundem aut fere eundem fabulae ambitum in *A* atque in Palatinis fuisse conicere possumus. Iam quaternionis LX sex hodie membranae reperiuntur, cum eius quoque alterum folium cum septimo perierint. Servata autem haec sunt:

Vulgatae num. Mai.:	Truculenti versus:
3. 4	111—125. 126—144
0. 0	—
225. 226	178—196. 197—212
21. 22	213—230. 231—248
27. 28	248—265. 266—282
235. 236	283—301. 302—318
0. 0	—
13. 14	353—371. 372—390

Has duodecim paginas, ex quibus una p. 28 (v. 266—282) maiorem vel perito legendi difficultatem parat, nitidissime descriptas et accuratissime enarratas habeo Loewii mei diligentia. Qui, quod consentaneum erat, plerumque confirmavit Studemundi lectionem, nonnunquam ab eo discessit[1]), paucissimis tamen locis Geppertum codicem post Studemundum relegentem aliquid vidisse curiosa disquisitione effecit.[2]) Litteris quae dubiae sint punctum subscripsi, quod ad I vel E adpictum significat dubium esse utra extet, ut tamen paulo probabilior videatur, quae posita sit. Etiam ligaturas et litterarum cum formas tum deminutionem cum diligenter designatas dederit Loewius, has res ne hoc quidem loco exprimendas, sed apographo reservandas esse censui.

---

1) V. 264 cum *ut decepisti* (sic Studemundus apud Spengelium) quadrare in spatium negavit valde dubitans de ipsa lectione, non respexit antea Spengelium *dixis* pro *dixi* ex *A* enotasse.

2) 'Stud. Plaut.' II (ed. Berol. a. 1871) p. 95 sqq. Recte v. 122 et 220 ADQ· (non ATQ·) legit et v. 312 EXUNGUIMINI (non EXUNGIMINI), ubi non tam Studemundum quam Spengelium errasse putaverim. Praeterea cf. ad v. 270 et 276. V. 259 vix de MIKIST cogitari posse Loewius dicit, sed MIKIEST probabilius esse, quod eo libentius commemoro, quia EST male in adnotatione mea omissum esse sero animadverti. Contra nihil egisse Geppertum certissime affirmavit Loewius ad v. 115. 130. 132. 134. 196. 218. 248. 262. 266. 271. 380, ut in his non respiciendus sit ille.

B veterem codicem et antequam Studemundus collationem Spengelio traderet Ritschelius cum codicis *C* apographo Schneideriano contulerat et postea ab Hinckio conferri iusserat: denique Loewius excussit atque exhausit (vide infra).

C codicem Palatinum decurtatum etsi summa qua eminebat fide descripserat ac fere depinxerat[1]) C. E. Chr. Schneider (Vratisl. a. 1834), tamen non sine omni fructu iterum contuli.[2]) Ceterum cum in hac re nonnullos in ipsa Truculento (v. e. g. ad v. 571) errare videam, moneo quam C^2 dicunt correctoris manum recentissimam esse, id quod et litterae et scripturae ipsae[3]) satis ostendunt.

D codicem Vrsinianum post Ritschelium ac Studemundum item curiose lecticavit Loewius, qui potiores quasdam et huius et *B* codicis discrepantias a Spengelio aut omissas aut obscuratas in 'Anal. Plaut.' p. 186 sqq. indicavit.[4]) Vbi cum testimonia sua 'Studemundianis' opponeret, verius 'Spengeliana' dixisset; nam in editorem, non in collatorem omnes illi errores cadunt: id quod hoc loco libere profitendum esse censuimus.

---

1) Et Schneiderus expressit et Spengelius non raro enotavit *v* etiam pro minuscula *u* littera tam in principio quam in mediis vocabulis usurpatam. Quod respiciendum non erat. Atque idem in *D* cadit (cf. Loewius l. i. s. p. 191 adn.). Ceterum cf. p. XXXVI adn. 3.

2) Nam (ut mittam Schneiderum in compendiis describendis parum sibi constitisse, unde saepissime molestius Spengelius eius scripturam discrevit a *D* vel *B* ubi consentiunt) interdum vel Schneiderum aliquid fugit: velut v. 619 *teus*, non *reus* etiam *C* exhibet, v. 819 non habet miram scripturam *coptia* neque v. 836. 847 *ei* insolenter pro *ĕ* positam; sed illic *copia* incohaverat, *coitia* correxit librarius, hic *e* ex *u* emendavit. Denique quaedam, quae recte Schneiderus dederat, Spengelius corrupit, cui e. g. Bergkius, Loewius, alii credidimus v. 266 *propterue* formam etiam in *C* servatam esse.

3) Prorsus geminae sunt scripturae eis, quas in *B* Camerarii manui vindicare solemus, dubito an recte.

4) Ibidem Loewius exposuit (p. 186 adn.) quam difficile saepe sit diversas huius codicis manus inter se discernere; atque p. 194 narravit folio 305ᵛ quae contineantur v. 820 (*timeo*) usque ad v. 845, manu 1 in rasura esse, erasosque fabulae v. 872—898 (*ecastor*). Quos cum f. 306ᵛ exhibeat, apparet librarium errore duas archetypi paginas omisisse neque prius errorem animadvertisse, quam integram paginam scripsisset. Versum folii 305ᵛ vigesimum primum, ubi f. 306ᵛ D^3 titulum adiecit, scriptura carere consentaneum est.

L codicem Lipsiensem[1]) et *Z* editionem principem adieci, quibus Italorum recensionem satis cognoscimus. Qui ut multa egregie emendarunt, ita ne in eis quidem, quae parum recte mutarunt[2]), prorsus praetereundi sunt vel maxime in tanta huius fabulae depravatione, ubi vel errores criticorum usui esse possunt.

Eorum autem codicum, quibus quasi fundamento utimur, quam plenissimam volui imaginem extare, quoniam quo corruptiora verba perhibentur, eo curiosius vel in rebus minutis memoriam perscrutari solemus. Quamquam parum nos iuvari his rebus neque ex talibus salutem peti posse quis est qui nesciat?

Iam vero adeo depravata et inquinata librorum *BCD* memoria non aliunde repetenda esse videbatur, quam quod eorum archetypus ut in fine mutilatus erat Vidularia abscissa, ita iam antea sive situ sive umore sive aliis rebus labem passus fuerit.[3]) Neque negaverim hanc veram esse coniecturam. Attamen nequaquam sufficit haec ratio: immo alia in promptu est, quae maioris momenti videatur tam ad explananda quam ad expellenda vitia.

---

1) Quod *L* codicem, non *F* signavi, casu factum est, quo corrigendo operae pretium non erat operas exercere. Nam cum nemo errare poterit tum hic liber non tam personam ut ita dicam codicis sustinet, sed *LZ* vel *FZ* 'Italorum' brevis significatio est. Itaque etiam quae Geppertus protulit de Parisino codice et in editione sua et in 'Stud. Plaut.' I p. 87–111 ('*die sogenannte* [sic] *italienische Recension im Truculentus*') ad verbum consentire cum Lipsiensi non est quod moneam.

2) Quod vero nonnunquam lectiones inutiles relictae sunt, ideo exhibueram, ut essent quibus amicorum adnotationes inter corrigendum allatas substituerem: quod ubi minus processit, typothetarum labori parcens toleravi, quae ut neminem iuvant nemini nocent.

3) Cf. inter alios Kiesslingius cens. p. 609: 'freilich wird uns aber auch die ruhige und unbefangene lectüre des Truculentus durch eine verderbtheit des textes erschwert, welche ihres gleichen suchen darf. der umstand, dass das stück die vorletzte stelle in dem corpus der Plautinischen comödien einnahm, mag wohl die ursache gewesen sein, dass dieselbe äusserliche verletzung, welche die Vidularia bis auf den titel vernichtete, ihre zerstörenden wirkungen auch auf den vorhergehenden Truculentus ausdehnte. wenigstens sind die lücken in der mitte und am ende der verse, sowie die sinnlosen corruptelen so zahllos, dass man notwendig annehmen muss, die schreiber der Palatini haben ein durch löcher, nässe, moder und gott weiss was alles im höchsten grade zerstörtes original vor sich gehabt.'

Etenim quam explicationem mendorum et in ceteris fabulis et in ipsa Truculento cum alii homines docti tum Muellerus saepius adhibuerunt, eam latissime patere in Truculento magis magisque intellexi: alienis enim locis litterae, syllabae, voces illatae sunt, quae olim sive in margine sive intra versus adscriptae fuerant. Quod cum adprime valeat ad librorum memoriam recte et diiudicandam et emendandam, facere non possum quin accuratius illustrem.

Itaque praemittam locos iam sic explicatos, plerosque a Muellero.[1]) Qui et v. 195 pronomeǹ in Palatinis excurrens inde repetivit, quod idem ab isdem v. 194 omittitur[2]), et v. 238 recte huc rettulit (vide infra) et ex v. 330 *tui* sensu cassum ad versum praecedentem retraxit[3]) et v. 696 *iamne* prave usurpatum esse vidit, cum antea *anne* ex *iamne* corruptum esset, et v. 803 *inqua* ad *loquere* adscriptum perspexit proprie ad *inquĕ* v. 802 corrigendum spectare. Huc accedit quod Bergkius[4]) lenem v. 358 corruptelam sic expedivit et Seyffertus[5]) v. 454, ubi *dico* pro *dicito* reponendum erat, simul autem versus initio *id ego* pro *ego* et linguae usus et metrum commendabat, *id* ex ipso *dicito* exprompsit. Denique ego[6]) v. 74 *id magno populo in* (vel *in populo*) nil nisi *in m. p.* esse sumpsi et, 'versum' I, 1, 43 ubi expuli, quo loco verba *lenonum et scortorum plus est* libri ex I, 1, 45 (v. 64) simpliciter repetunt (*damnosorum hominum* v. 63 explicandorum causa) praemisso *faxim*, suspicatus sum

---

1) 'Pros. Plaut.' p. 524 sq. 674. 'Add.' p. 86.

2) *peperisse audiui* et *tu eam me amare A*, Reizii Bothiique coniecturas stabiliens: *tu me amare* et *peperisse eam audiui BCD*; atqui *eam* v. 195 non modo Fleckeisenus olim defenderat in ann. phil. t. LXI p. 47, sed etiam Ritschelius in Opusc. phil. III p. 343, ubi servato *eam* delevit *Ah*.

3) ubi *intro* pro *i intro* traditum est, praemissum *tu* hiatum removet; neque recte aliquis obiecit solum *i intro*, non *tu i intro* respondere usui: nam illud etsi plerumque extat, tamen hoc loco *tu i* unice verum est, quoniam antea (v. 197. 206) Astaphium Diniarchum intro ire iusserat, iam ut ipsa potius introeat flagitat amator.

4) 'Beitr.' p. 138: *auortisti — salua sis A, auortistis — salua sim BCD.* Idem Bergkius quod p. 95 cogitavit de *hoc* ex v. 687 in v. 688 transferendo, recte statim reiecit.

5) 'Stud. Plaut.' p. 30.

6) 'Anal. Plaut.' p. 54. 62.

faxim' pertinere ad v. 61 *facimus* (sic libri, *faximus* Camerarius).

Iam priusquam magnum locorum numerum enarro, qui eadem ratione mihi videantur iudicandi esse, paucis recurrendum est ad v. 238, qui gravissimi ponderis est in hac quaestione et omnino crisin in Truculento factitandam tanquam illuminat. Hoc loco ex codicis *B* memoria *qui si numquã alenos agimus* vix lenior eademque aptior coniectura potuit effici, quam qualem Camerarius excogitavit: *quaeso numqui male nos agimus.* Quam tamen pravo niti fundamento Ambrosiani ope intelleximus *qui sumus? quid est quod male agimus* praestantis. Eiusdem vero *A* virtute mirae corruptelae viam persequi possumus: qui cum v. 240 *pol nos* praebeat, ubi *pol* habent Palatini, et *neque umquam ulla,* ubi *neque ulla* tantum illi servarunt, quid certius esse potest, quam quae haec v. 240 detrimenta sarcire debebant voces, ex margine in v. 238 irrepsisse et *us quid est quod*[1]) oppressisse?

Quod si quis de mera coniectura protulisset, non deessent qui hariolari, non via ac ratione procedere criticum clamarent: iam cum antiquioris codicis testimonio confirmetur, nemo non credit. At vero via ac ratione si volumus procedere, ex talibus locis desumendum nobis est, quid suspicari liceat de locis corruptis, ubi antiquiore testimonio destituti sumus.[2]) Singulare autem non esse illud vitium ipso palimpsesto duce firmare possumus: nam non modo v. 195 accedit, quem supra ex Muelleri sententia commemoravi, sed hi praeterea loci:

V. 138 *quid iam BCD, qui A* (quod postulante metro

---

1) Non recte Muellerus l. s. s. dicit *qua* ex *quid est quod* remansisse *nos* tantum (non *umquam*) expediens ex v. 240.

2) Similiter in canticis restituendis qui nimis anxie librorum vestigia premunt, *A* ubi adest, libenter deserunt ceteros libros, quorum 'auctoritatem' ac 'fidem' saepe non minus praedicant, ubi ille deficit. Itaque v. 111 nemo non adsciscit *ecastor* ex *A*, quod deleverunt ceteri: num igitur temerarium est, quod eosdem v. 105, ubi palimpsesti nondum incipit memoria, *seruum* omisisse sumpsi? quod et versum restituit et sententiam — neque enim de 'quopiam' agi, sed de servo quopiam v. 195 sqq. demonstrant — itemque inter *sin ui* facile intercidere potuit, denique cum *adseruare* lusum efficit vere Plautinum. Atque eiusdem modi exempla haud pauca afferre possum.

iam Beckerus reposuerat): v. 134 *nunc mulier factast iam ex uiro A* (quod bene defendit Buggius), ubi *iam* om. *BCD.*[1])

V. 188 *quiduis A* (cum *LZ*), *ut quid uis BCD*, ubi *ut* inde prognatum est, quod v. 189 *ut ut aliis* deest[2]) (atque *aliis* fortasse pro *at* habuit librarius ideoque *ut* solum transscripsit).

V. 203 *tum pol isti puero quid est pater* (*quid* om. *A*) et antiquiores *quis* correxerunt (quod ut servaret *pol* deleri voluit Reizius) et cognito palimpsesti testimonio nonnulli reconditius aliquid scrutati sunt.[3]) Sed reputandum est v. 207 *A* servasse *tu quidem edepol* (*tu edepol BCD*), unde patet *quidē* ad *pol . . . est* (*ē*) olim rettulisse librarium, cum ad *edepol* pertineat.[4])

V. 265 *truculentust A*, *truculentus* (om. *est*) *BCD*; sed iidem *mihi es* pro *mihi* (*A*) habent, unde hausi quod in adnotatione suasi *truculentu's* (omisso *hic*, in quo ponendo libri ipsi variant): quod ideo praestare puto, quia *Pergin male lo-*

---

1) Levius est quod in versu antecedente *quia — non A* (cum Camerario), *qua — inon BCD* habent, itemque quod v. 197 *mamabom B* pro *amabo* praebet, ubi aut de *sentio* v. 196 ex *mentio* corrupto cogites aut de *opperire ibi* pro *opperimino* tradito (*m-m = min*).

2) Omni caret analogia, quod ex personae nota male intellecta *ut* explicarunt Brixius 'emend. Capt.' p. 21 et Geppertus 'Stud. Plaut.' I p. 104. Sic etiam v. 502 *ut uolo* explicare voluerunt, ubi *ut* potius ad *uin adeam* adscriptum esse censuerim. Aperte sic interpolatus est v. 742, unde plane apparet non posse in talibus de personae nota cogitari: cf. p. XIX adn. 4. Ceterum v. 126 quod *tute quid BCD* (*A quid*) male inculcarunt, dubito an ex v. 122 mendo pendeat, ubi *ituli* pro *et tu BCD* tradunt. Erraret certe, qui ad v. 127 explendum *tutē* (*peregre quoniam aduenis*) adscisceret, ubi constans usus *saluos* postulat.

3) Cf. Seyffertus in Philol. t. XXIX p. 410 et Dziatzko Mus. Rhen. t. XXIX p. 60.

4) V. 208 *recipisti* pro *huc recipis* et v. 209 *te apud* pro *hic apud* nescio an *ti* ex *h'* corruptum sit, praesertim cum v. 504 item *isti BCD*, *is hoc* Priscianus offerant. Addo v. 234, ubi quod Palatini praebent *quodam*(*odo cum*) vel *quodom*(*odo cum*) pro *[quoi] modo cum* fortasse cohaeret cum v. 232 corruptela, cum pro *dum amet* libri *tum amet*, Nonius *quod amet* testentur. Initio autem versus 254 cum *Is* excurrat in Palatinis (recte om. *A* cum Bothio), fortasse valet ad firmandam Gepperti coniecturam, qui v. 248 *Is* scripsit (*Sedis* libri cum *A*, *Sed* ex v. 251 repetentes).

qui mulier mihi melius quadrat, si servum increpat, non secum loquitur Astaphium.[1])

V. 266 pro *male (dico)* traditum *aut me (dico)* qui quaeso simpliciter ex litteris potuit corrumpi? Sed v. 267 *aut dicis A* (cum Bothio Goelleroque, ut *maledico* cum Acidalio), *ac dicis* ceteri exhibent, unde *aut* ad *dico* pro *dicis* adscriptum esse perspicimus.

V. 286 *ni properas grandi gradu A* (Camerarius); *ni propera grandi gras BCD*, unde elucet *(r)as* ad *propera* spectans ad *gra(du)* relatum esse.[2])

Paulo aliter comparati sunt v. 306 et 312, de quibus antequam dico, hos interponam:

V. 368 *dic A*. Camerarius, *dicat BCD* et v. 370 *uidendi (copia est) AZ*, *uidendum est (copia) BCD*: iam si *atum est* coniungimus, has syllabas versum qui intercedit attingere cognoscimus, ubi *ambulasti BCD*, *ambulatumst A* habet.

V. 373 *em istoc A*. Brixius: *utem istoc BCD*; sed v. 371 *heia hoc est A*, *ad hoc est BCD*, quod cum *ut hoc est* recte iam Bergkius interpretatus sit[3]), patet *ut* correcturam[4]) male ad *istoc* pro *hoc* adplicatam esse.

Iam v. 306 pro *tu uero* (*A*) Palatini *tu male* obiecerunt, quod ex litterarum permutatione nemo enucleare poterat. Quodsi dixero inde *male* repetendum esse, quod v. 308 verbum *facta* extet *malefacta* significans, fortasse me nugari censebis. Sed idem concedes veram hanc esse explicationem,

---

1) Ceterum hac data occasione adiungam eis, qui hoc loco *truncum lentum* amplectantur, interim accessisse doctum iuvenem Minton Warren ('American Journ. of Philol.' Vol. II, No. 5 p. 26 exemplaris separatim expressi): quem ut servet *quian me* pro *quia enim me* antea infert; meliore saltem quam ceterorum criticorum medela, sed sensu non minus perverso.

2) V. 272 *armillas* etsi non conservavit, tamen confirmavit *A*: *arme B (arma CD)*; sed v. 273 *me illi uelim mentiri* scriptura *me . . . iuelimmentiri* syllabis explet *me . . . inclementer* (*A*), at *illi* post *me* extans ad *armillas* potius in *arme* decurtatas quam ad *mihi* revocaverim.

3) 'Beitr.' p. 138, ubi ceteroqui valde errat de *lib(en)s* pronuntiatione cogitans, quasi coniuncta utriusque fontis memoria *heia*, *ut hoc est* scribendum sit.

4) Male iterum *ut* personae notam esse voluerunt (cf. p. XVIII adn. 2).

si animadverteris idem post paucos versus recurrere. Nam v. 312 *A* emendate dedit *exunguimini (exbibitis)* pro *exungulamale (uiuitis)*, cum v. 315 *haec facta* (= *haec malefacta*) iteretur[1]): contra ex ipsis *mini ex* syllabis hoc loco per *male* deiectis declarandum est, quod eodem v. 315 pro *(iam) quidem (ercle)* substitutum est *(iam) enim ex(ercere)*.

Iam cum in paucis foliis, ubi Palatinis lux affulsit ex Ambrosiani testimoniis, tot loci demonstrent hoc maxime depravationis genus grassatum esse, quisnam negabit etiam sine libri antiquioris face similia per corruptelarum tenebras indaganda esse? Quare ubi ubi commodum erit, ex hac ratione licebit proficisci. Velut statim post v. 318, quem extremum in illa scaena habemus ab Ambrosiano testatum, has invenimus verborum lacinias: *uidi equidem exinem intum domito fieri atque alias beluas.* Vbi postquam *iumentum, iuuencum, equum* frustra temptarunt homines docti, quasi hae 'beluae' sint, iam plerique omnes deleverunt disertam beluae alicuius mentionem cum Bothio *aeque* pro *atque* scribentes prioribus varie satque libere constitutis. Quod plane perversum est. Nam cum antecedat *illum spero inmutari pote*, sequi potest *uidi etiam alias domitas fieri*, non potest *aeque domitas uidi* (scil. 'atque ille domitus est', non 'atque spero domari'). Quare *atque alias beluas* utique relinquendum est et ex monstro scripturae *exinem intum* elicienda belua. Iam ipsum *intum* i. e. *Indum* epitheton ducit ad *elephantum*, quo vix facetius aliud animal cum truculento conferri potuit: neque dubium est quin iam tum temporis Romae elephanti domiti ostendi potuerint, quo alludit Astaphium. At vero *exinem* cum non possit simpliciter ex *elephantum* corruptum esse, apparet *ex in* pertinere ad *domito* ex *domitum* depravatum, ut quae syllabae *ex indomito* de interpolatoris sententia efficere debuissent, librarii culpa *elephant* (vel *eleph*, si forte *antum* ante *intum* iam interciderat) obruerint.

1) Hinc profectus v. 822, ubi libri habent *propter mala facta*, neque *malefacta* neque *malfacta* reposui, sed *mala* delevi, quo deleto pro *Video ego te* emendare possem *Video eccum reum*: nam *eccum* tam versus quam linguae usus commendat, *reum* autem tantum non necessarium est, ut acumen accipiat illud *propter [mala] facta quist patronus parieti*.

Atque statim ab initio fabulae tale monstrum tanquam τηλαυγὲϲ πρόϲωπον nos aduertit. Minus enim in forma *arcuspletis* pro *architectis* v. 3 tradita haesissent homines docti, si perspexissent *us p* litteras pertinere ad v. 1, ubi *plaudi* pro *Plautus* et *artem* extat pro *partem*.[1])

Subiungam locos, ubi singulae litterae illatae[2]) ita explicandae sunt, qui etsi plerumque minoris sunt momenti, praetereundi tamen non sunt, et quia valent ad archetypi imaginem redintegrandam et quia sic saepius quae coniectura nitantur ipsa codicum scriptura recte digesta firmantur.

V. 163 *quiescas* ex *quiescat* corruptum est: v. 164 *at*[3]) pro *an* extat.

V. 169 *similis oppidist* versu commendatur pro *similest oppidi*: itaque non neglegendum est *B* habere *loppidi*, ubi *l* ex pristino *ſimiliſ* remansit.

V. 170 *amicaet* pro *amicae* ad *am* pro *tam* traditum referri potest (vide infra p. XXXV adn. 1).

V. 252 *hacsi adgredias* pro *hasc adgrediri* ex *hac adgredi* adscriptis *as ri* correcturis repetas.[4])

1) Nam quod praeterea *B* scribit *Prerparuam* alterum *P* non ad *(p)artem* spectat, sed eodem modo iteratā initialis est quo arg. v. 2 *R Rure*.

2) Non moror locos simpliciores, ubi cum ipso vocabulo quo pertinet correctura conglutinata est, velut v. 393 *annoum* ex *ann^{o}um*; v. 404 *qui so upponantur* (*B*) ex *quis^{su} opponantur*; v. 425 *munusciuili(u)m* ex *munuscu^{li}lum*; v. 426 *mehiea uoluptas mea* ex *m^{ihi}ea uoluptas mea*; v. 448 *amamã* (*B*) ex *am^{mã}am*; v. 556 *abdibo* (sic *B*, *adibo CD*) ex *a^{b}dibo*; v. 767 *ueru i sirem* pro *uerbis i u rem*; v. 885 *amicibildem* (*B, amici ibidem* ceteri) ex *ami^{i}cibidem*; v. 935 *dedixisti* ex *^{ded}dixisti*, sim. Paulo memorabilius est, quod v. 106 *obludeant* legitur nequaquam ex *obludunt* corruptum, sed ex *oblud^{a}ent*, quippe cum terminatio olim ex *oblectent* corrupta esset, a quo postea demum male divolsum est verbum.

3) Similiter fortasse v. 429, ubi *iuuerit* ex *ait uierit* effeci — nam *attulerit* quo litterae ducunt versus respuit — litterae *at* excurrentes pertinent ad corruptum v. 431 verbum *mitta* pro *mittat̄*. V. autem 680 ubi *peculium* pro *parasitum (et)* certam habeo emendationem, cum *et* neque ferri possit neque in *te* mutari cum *Z*, aut ad *habent* referri potest aut ad ipsum *parasitum* corrigendum (ut olim velut *pa^{ec}calium* exstiterit).

4) Hoc igitur loco versum per *nostrarum* (pro *nostrum*) et *uidet*

Similiter v. 458 *adgrediar* pro *adgrediri* corruptum est ex correctura v. 462, ubi *exsequere* pro *exsequare* extat, cum v. 461 item *adgrediri* usurpetur.

V. 477 *apponiteh B*, quia deinde *e(o)* pro *eho* habet.

V. 489 *auditas* pro *audita*: eo qui in libris sequitur versu *curre* pro *scurrae*.

V. 499 *Vibet . . . iam* est *Vide . . . tam*.

V. 527 *ex medio maria*: v. 530 *exuri* pro *ex Suria*.[1])

V. 615 *cubilina* scriptura (*B*) ad *uell[egi]one* (b) trahi possit.

V. 654 *perpera* pro *pera*: v. 656 *piratus* pro *periratus*.

V. 660 vulgatam *eradicarest certum* recte correxit Ritschelius atque ipsa scriptura *eradicarem si* monstrare potest ad *certum* olim *mst* adscriptum fuisse. Similiter v. 898, ubi requirimus cum Acidalio *egone isti? atqui* pro *egon atque ne isti*, ipsa *ne* particula repetita demonstrat olim *egon* (ne isti) *atque* scriptum extitisse.

V. 685 *differt a* revocavi ad *differ* (ã) *te*.[2])

V. 696 *dulor* pro *ducor*, ubi *l* = *i* spectavit ad *nihil* antea pro *nihili* expressum.

V. 738 *ididem* et *dentidem* cohaerent corruptelae.

V. 754 *dicam* pro *dic me* possis explicare ex *ubi* pro *abi* sequente: sed multo probabilior existit ratio, si deinde

---

prope (pro *prope uidet*) corruptum *hasce* male omisso restituit *A*, cum codicum *BCD* corruptelae veram scripturam demonstrent. Ceterum ut hoc loco *hacsi adgredias* ad *hasce* ducit, supra *propera grandigras* ad *properas*, ita nequaquam veri simile est v. 713 *secundas* simpliciter ex *secundum st* corruptum esse. Iam v. 714 plane corruptum cum aliter antea constituissem, Fleckeisenus anapaesticum suasit ad hoc exemplum (*Pr. u. t. a.*) *tua ut gaudia, quom perit, percipiat*. Cui in summa re obsecutus malui scribere *ut tu* (cf. ad v. 711) *gaudia quom paris perdas*, et quia sic *das* illud adhibere potui et quia magis sententiae convenire videtur, ut 'gaudeat cum pereat' quam ut 'pereat cum gaudeat'. Aliter hoc exemplum huc pertinet ex Buecheleri coniectura (v. infra).

1) V. 527 quod *sih (plame)* habent *BCD*, dubito utrum *h* ex *si hercle me* remanserit, an ad *sis ab* v. 525 pro *sis ah* traditum spectet (ut v. 366 *abhaspersisti* ex *abaspersisti* (h)).

2) Non dubito quin recte et hoc instituerim et totum locum in adnot. explicaverim. At male me habuit habetque *caulibus* pluralis, qui acumen sententiae fere tollit. Vnde nescio an ex *cauillibus* extricandum tale quid sit velut *caule*. Ast. *Eho*, *(Sequere)*.

pro *resistatet* recte aut *tres ista amet* ego aut *si resistam* Buechelerus[1]) coniecit.

V. 764 *fio* pro *fu*: v. 765 *adest* pro *adeost*; v. 920 *adest* pro *adesto*: v. 921 *ibo* pro *ibam*.

V. 757 *alebat stri(di)a* ex $\overset{s}{\textit{aiebat}}$ *tria*.[2])

V. 762 *quadrupus* pro *quadrupuli*, v. 763 *edepol itua* illata *li* correctura.

V. 775 ad *uelĩ B* adicit *t*, quia infra v. 776 *similes* pro *sim mitis* legitur.

V. 777 *uerberantas bas* ex $\overset{am}{\textit{uerberatas}}$ *bas* prodiit.

V. 781 *ne . . . ibilinguis* et v. 782 *nesi si*.

V. 816 *diceret* pro *diceres*: v. 817 *nec[es]se*.

V. 852 ante *Sed B* ponit *s*, cum sequatur *ab se* (*eapse* Bothius): unde nescio an *sapse* recipiendum fuerit.[3])

V. 856 *intonstricem* pro *tonstricem*: v. 857 *eum* pro *meum*.

V. 859 *mans tutorem mead* pro *amans . . . med*.[4])

V. 897 *sies quid* pro *sis equid*.

V. 911 *adabitur* (sic *B*) pro *dabitur*: v. 913 *moris* pro *amoris*.

V. 921 *ad me delicia* pro *mea d.* ex *me* $\overset{ad}{\textit{delicia}}$.[5])

V. 925 $\overset{e}{\textit{Meos}}$ habet *B* (*Meeos CD*), cum v. 926 *satius extet* pro *satiust* (*satius ẽ*).

V. 933 *amplexarest am* pro *amplexari tam*: at v. 934 desideratur *est* ad *(s)citus*.

---

1) Buechelerus enim Astaphium iam abeuntem conicit ad *abi, occupatast* addere: *si resistam, frustra sim*.

2) *di* excurrens tam ex *dixti* praecepto derivari potest quam ex defectus insequentis aliquo supplemento, ubi *odi* extitisse puto: cf. v. 965, ubi sic *de* ex *uideo* remansit (cf. v. 770).

3) Eodem v. *opportuna* pro *opportune*: v. 853 *longe(m)* pro *longum*. Similiter v. 587 *esseaipsa* (*B*) ad $\overset{i\ \ a}{\textit{ess(e)eapse}}$ ducit, etsi possis etiam ad *as* antea pro *ais* scriptum litteras *ai* referre. Cf. v. 851, ubi Seyffertus *eapse* pro *ipsa et* scripsit (*ipsa id* Buechelerus).

4) V. 858 *Vidi* scripsi pro *Vbi id* i. e. $\overset{id}{\textit{Vbi}}$; v. 338 corruptum *quodiee(ss)uri* derivari poterit ex $\overset{i}{\textit{quodc̃essuri}}$.

5) At non recte v. 421 ex *Postida ego* (sic *B*, *Postid ego CD*) cum Guyeto aliisque efficeres *Postidea* ($\overset{a}{\textit{Postid ego}}$): nam simpliciter *aego* scriptum erat, ut eodem versu *aero* pro *ero*.

V. 938 *debe isi B* pro *debes*: v. 940 *delictis* pro *deliciis.*

V. 945 *iam* pro *cum* extat, *B* autem *tut uapula* habet, unde patet *cu* ad *uapula* male tractum esse.

Iam ad corruptelas paulo graviores ut transeam, iterum statim ab initio fabulae exemplum desumi potest. Nam v. 5 quin sententiam poetae recte recuperaverim non dubito, verba ipsa non spondeam: neque tamen id scrupulum movit, quod *uobis* pronomen hoc versu excurrens simpliciter eieci: hoc enim aperte ad v. 7 pertinet, ubi *inuodiis* vel *in odiis* legitur pro *in uobis.*

Idem valet de v. 710, quem restituens *mihi* (vel *mi hic B*) non respexi: nam v. 709 insanum exstat *miles quid fortunis fuat*, quo illud referri potest tanquam correctura.

Similiter v. 333 quod *Quem iam* restitui pro *Quid iam* simul *Que* (sic *B*, *quę CD*) initio versus insequentis delens, non tam duobus locis mutavi, quam alterum ex altero[1]) emaculavi.

Eodem pertinet, quod v. 587 *Tune* cum Gepperto delevi; nam v. 586 *tu* extat, ubi dudum Lambinus *tun(e)* reposuit.[2])

Item v. 558 nolui cum vulgata ex *uoltas dis* efficere *uolt aedis*, sed *uolt suas aedis*, quod cum metrum commendat — sic enim transpositis *esse sibi* supersedere possumus — tum v. 556 memoria confirmat, ubi *bona sua* extat, *bona* versus requirit.

Similiter v. 596 *milit(ē h)ic apud* $\overset{\textit{qui}}{\textit{me}}$ *erat* procreavit *qui ilitic apud me erat.*

Porro v. 617 et *quorum mihi* et *tuaque* (pro *atque* vel *atqui*) linguam versum sententiam inquinant, unde *tu mihi* in versus antecedentis apertam lacunam praemisso *hau* transtuli, quo facto omnia sana sunt.

V. 759 *ted* melius quadrat quam *tibi*, v. autem 762 *tibi* pro *te* desideratur, unde si uno loco olim peccatum erat facile ex correctura alter depravari potuit.

1) *Quid* corrupto neque ex *Quē* correcto insuper *me* intulit codicis *B* librarius verbi constructionem restituens, loci sententiam magis etiam corrumpens.

2) Versu autem 726, ubi *nouistin tun* legitur pro *no(ui)stin tu*, quod male accedit *hunc*, prava videtur *tun* formae correctura esse.

V. 539 dudum Camerarius *iam mihi* pro *iam* reposuit assentientibus omnibus, qui tamen neglexerunt proximo versu *(iam) mim* (sic *C*, *num BD*) excurrere, quod inde declaratur.

Neque aliter v. 876 cum *tum* pro *tum mihi* Spengelium secutus restituerem, simul v. 874 *(dum) mihi* hiatus causa inferendum, et ex ipso *tum mihi* inferendum esse intellexi.

Versu autem 801 ex *catu nisi quod te rogo nisi* effeci *caue mi nisi quod te rogo*, cum etiam v. 794 *nisi* et *mihi* inter se permutaverit librarius et *caue mihi* ex Asinariae loco allato probetur.[1])

Valde corruptus perhibetur v. 863, quo cum inter alia *te amitti* novarem pro *et me te amare*, non nullius momenti visum est, quod *et me* voculae hic etiam ab aliis deletae v. 867 desiderantur, ubi dudum *et me* pro *et* Camerarius scripsit.[2])

Denique v. 954 non fugit criticos *hic ego* pro *hic* requiri, sed illud fugisse videtur hoc ipsum latere in eiusdem versus corrupto exitu[3]) *meos nego* (vel *non ego*) *ambulo*, ubi *ergo* ex *ego* Spengelius, alii alia effecerunt: itaque nil respiciendum est in hac parte emendanda nisi *meos n ambulo*, unde

ego
meo su(big)am (bu)bulo enucleavi.

---

1) Quod vero v. 82 *mihi* ante *exinde (immouit)* traditum delevi, nescio an adhibere possim ad coniecturam, ex qua *inhiauit* pro *immouit* dedi, ut *mihi* ex *inhi* adscripto natum sit. Similiter v. 619 *te us* syllabas in fine adiectas ita explicare possis, ut *te* ad v. 614 referas, ubi iam Itali pronomen addiderunt, *us* autem ipso v. 619 *odiosees* in *odiosus* mutandum poterat designare: sed incertior est huius versus emendatio (vide infra). Denique v. 827 quod extat *ut* $\overset{tu}{}$*istuc* (sic *B*, *ut tu istuc CD*), ubi *tu* nullo modo ferri potest, fortasse *te* potius valet: nam hoc versu *te genua* pro *genua* certa est Langeni emendatio.

2) Valde mirum est complures hoc loco voluisse *nec — uis nec — postulas* scribere, quasi cum praecedat *scio quid uelis, postules* addi possit *quid nolit, non postulet*!

3) Eodem modo fortasse v. 480 corruptus est: nam *tus* recte negans ferri posse Buechelerus ex *mi(hi)tus* fecit *intus*; sed non minus probabiliter cogitari potest de *ubi tu's* pro *ubi est* ineunte versu. V. autem 535 *tu* interpolatum ex v. 536 videtur repetendum esse, ubi *attolli* pro *attuli* exhibent; tum *istam* aut ad *eccam* pertinet aut ad *perulam* adscriptum est (ut v. 290 *istas* ad *bucc(ul)as* sim.): neque enim recte *istam* servarunt homines docti deleto *puere*, quod vel allitteratio tuetur.

Tot versus congessi, quibus pronomina suis locis mota alienis illata sint. Accedant cetera huius interpolationis exempla.

Atque v. 62 quod *un(a) anteparta* protuli pro *unne* (sic *B*, *unde CD*), *ne* pro prava correctura *un* litterarum habeo, quae cum ad *unne* conflatae essent, crevit in *CD*, ut saepius, interpolatio.[1])

Eadem *ne* particula saepius turbas dedit. Velut v. 440 *ne uiuat* extat pro *dum uiuat*, quod qui oriri potuit nisi inde, quod *ne* v. 443 desideratum post *ego*[2]) locum *dum* particulae occupavit?

V. 508 *iam magnust iamne le(c)tat legionem* particulam alteri membro adiunctam vix recte retinueris: quare aut pro interpolata habebis aut, si recte *letat (legionem)* verbum magnificentius militi glorioso tribui, ex $\overset{\textit{nec}}{\textit{letat}}$ derivare poteris, ut *necat* interpretamentum sit.[3])

V. 547 plerique ex *adhuc cubitum* (sic *B*, *huc cubitum CD*) effecerunt *ad te huc*: sed cum antecedat *ire ad cenam*, consentaneum est *ad* praepositionem male in *B* ad *cubitum* additam esse, non intercidisse in *CD*.

V. 559 pro *Quandoquidem* ut *Quando equidem* inferrem, non solum ratio et Trinummi memoria v. 559 suasit, sed etiam huius ipsius versus memoria: nam praeter rem metrumque sequitur *hercle equidem*, ubi *hercle ego* requirimus.

1) Velut loco quem antea attuli 938 ex *debe isi* illi *debet nisi* effecerunt, v. 596 ex *ilitic illic*, v. 911 *addabitur*, sim.

2) Bis enim *egone* antecedit in quaestionibus parallelis cum *ut* coniunctum; iam v. 443 cum etiam *ut* desit, contra *isti* offendat — nam in quaestionibus parallelis *ille* pronomen adhibitum est — ex *isti* effeci *ut(i)*.

3) Talem certe interpolationem v. 402 in *B* locum habere puto, qui pro *iam decimus* praebet *non decimus* — quod nequaquam licet cum Bothio *nunc* interpretari: nam Gellii caput III, 16 si respexeris, non improbabile videbitur grammaticum aliquem *nonum* desiderasse mensem ($\overset{\textit{non}}{\textit{decimus}}$). Neque absimile est, ni fallor, quod v. 736 *argentari* pro *conmentari* traditur; nam sequitur v. 738 *rem accipere identidem*, ubi *rem* per *argentũ* interpretari poterant (sicut v. 734 satis inepte ad *qui dant* explicationis causa *operam* addiderunt). Atque eodem v. 738 quod *interim* excurrit, fortasse *ididem* deinde corruptum temptarunt corrigere. Denique v. 495 *pro(prae)fecta* non est simplex *praefica* nominis corruptela, sed illatum est grammaticorum veriloquium (cf. Varro et Paulus).

Similiter v. 815[1]) *Idem* (*De* libri) *istuc ipsa . . . reapse* (*reab* libri) *experta intellego* magna est suspitio *ipsa* pertinere ad *reab* corrigendum: quo remoto si *Idem ego istuc* restitueris, quantopere augeatur color sermonis Plautini senties (cf. Ritschelii Opusc. phil. II p. 418). Ceterum cf. v. 891 corruptelam.

Item v. 876 quoniam longior est versus, delevi *puerum* ad v. 878 spectare ratus, ubi *puero* ex *puerum* depravatum est.

V. 579 *ad te ferre me haec iussit tibi* et ob v. 580 ferri nequit (*Dona quae uides illos ferre*) et ob *ad te* — *tibi* intolerabiter coniuncta: quare *aggerere* ex *atteme* (sic *B*) effeci et *ferre* ad v. 580 rettuli, ubi *fere* corruptum est.

V. 825 *dicis ponderas* ex *desponderas* factum est, cum praecedat *Dicin an non.*[2])

Luculentius vero huius generis exemplum v. 551 extat. Frustra desudatum est in *muliereidamnigeruli*: unus Acidalius perspexit nihil aliud latere quam *muneridamnigeruli*; neque tamen hoc ipsum 'compositum' suadere debuit sive 'commixtum' rectius dixeris; quod tam lingua respuit quam versus: immo delendum est *muneri* illud in *mulierei* corruptum, utpote quod ex synonymo *munerigeruli* (Pseud. v. 181) adscito repetendum sit: nam ipsum *damni-* hoc loco, ut saepius, 'muneris' 'doni' notionem induit vel potius servavit. Non minus autem quod sequitur *foras gerronis* male habuit criticos, ubi iterum nihil valere puto quam *gerronis*: nam *damnigeruli gerronis* cum bacchiacos optime continuant tum verborum coniunctionem praebent allitteratione insignem: *foras* autem et versum et sonum deturbans interpolatum erit aut ad *bonorum exagogae* (*macagoce B*, *acagoce CD*) quod statim sequitur aut ad ἔξω v. 558.[3])

---

1) Magna suspitio est etiam v. 813 corruptelam *adstuni* pro *abstulit* cohaerere cum versus insequentis lacuna, unde cogitare possis de ⟨*ibi una*⟩ *idem adtulit.*

2) Vnde nescio an v. 755 rectius altero *redin* deleto scripserim: *Rédin an non?* ‖ *Si uócat me, qui in me plús potest quam tú potes.*

3) Similiter cum Buechelero v. 621 *offatim* delevi ex v. 613. 626 translatum, quod ut servarent alii *iam iam* (*iam*) particulas accommodatissimas expulerunt. Sed *offatim concipulabo* per se offendit, si quidem ipsum *concipulare* verbum secundum glossographos significat 'minutatim [i. e. offatim] concidere', quod ipsum olim *offatim* (*offigam, conficiam*) huc adscito significatum est.

Iterum verba intolerabiliter coniuncta extant v. 539 *mali pendit addit,* ubi plerique *addit* removerunt, alia Fleckeisenus temptavit: omnia perspicua sunt, si quidem recte *mali* interpretatus sum *malli* i. e. 'flocci'; nam *mali pendit* qui parum poterat explicare, *mali addit* correxit vel potius corrupit.[1])

Similis, sed minus simplex versus 880 condicio est, ubi *saltem amicus mi esto consiliarius* suadente sententia scripsi pro *s. a. m. e. manubinarius*: quod non adeo temerarium videbitur, si reputaveris proximo versu desiderari *me non* vel *me nocñ,* unde *manu* illud defluxisse conicio.[2])

Eodem referam v. 713: *dum habet* cum alii deleverint non sine sententiae detrimento, verius *iubet* vocem omitti arbitror: nam *dum iusti (iubet)* vix lenius aptiusque emendes quam per *dum instat* — *isti* enim (sic alii) abundat post *istum (exinani)* —, ut *iubet* aut verbi *instat* interpretamentum aut pravum corrupti *iusti* supplementum sit.

Neque aliter versum 458 expedio: nam *tantundem (dolum)* quamvis possit aliquo modo ex *tandem* (tum) derivari, tamen malui ad *tant(ã fr)udem* deleto *dolum* revocare, cum sic

---

1) Infelicius corruptus est v. 54 *aut uasum ahenum aliquod,* ubi et metrum et repetitionis molestia docent ex v. 53 *aliquod* irrepsisse: quare cum minus veri simile sit ex *empta (ancilla)* praecedente *emptum* iterum iterumque supplendum esse, de *raptum* cogitavi coll. Pseud. v. 655 sq.; poteram etiam *ablatum* ponere coll. Aulul. v. 96 sq.

2) Item v. 833 nescio an sub corruptela manifesta lateat antiqua correctura. Nemo enim expedire potuit, unde ortum sit *timidus est improbus*; quare aut cum *temeto* vocabulo antea obscurato in libris cohaerere puto aut cum corrupto in versu antecedente *iam probus est*: cui cum et versu et sententia suadente *animi inpos* substituendum fuerit, nescio an *timidus* ex *t impus* profluxerit ad *improbus* pro *iam probus* adscripto. Praeterea fieri potuit — quamquam non ausim contendere — ut v. 485 monstrum vocis *Ethomeronidam* — ex quo *Homeri* aliquam mentionem frustra extricasse criticos teneo — inde prognatum sit, quod *homo* in v. 487 margine suppletum irrepserit. Neque illud reticendum est, cum in v. 88 corrupto *or* syllaba fluctuet, v. 85 desiderari *or(at).* Deinde v. 21 omnium corruptissimo voces *cum anima* cum sensu cassae sint, cogitari potest de lacuna v. 20 male expleta: *Quid multa? (cum anima istic) superet mulieri.* Denique huc pertinet exemplum quod Buecheleri acumini debeo: qui cum v. 628 *si belligerandumst tamen* restitueret pro *siquidem belligerandumst tecum* — quod verum puto: nam vix ferri potest octonarius — *tamen* illud vidit et *tecum* et *quidem* parere potuisse.

melius numeri fluant, *dolum* autem inter v. 456 (*dolus*) et 461 (*dolose*) molestam exhibeat repetitionem.

Non minus moleste v. 594 *homost* ex v. 593 repetitur (*humost* libri): quare flagitante ipso versu *animo hercle humost* revocavi ad *hercle* $\overset{\textit{animo}}{\textit{humost}}$.[1])

Eadem ratione nolui v. 612 *eto* litteras (sic *B*, *et* (*D*) simpliciter delere, sed *tu ero improbe eto* derivavi ex *tu improbe* $\overset{\textit{ero}}{\textit{eto}}$.[2])

Similiter v. 726 *tacedum* pro *diu taceto* ($\overset{\textit{dū}}{\textit{taceto}}$) scripsi; v. autem 761 *nos* ex *nouos* depravato *omnis* prava correctura accessisse videtur.

V. 957 et *dedisti* pro *dedi* desiderari et *distinxi* vitiosum esse alii viderunt: non viderunt utrumque vitium explicari ex *dedi* $\overset{\textit{disti}}{\textit{ut}}$ *extinxi*, unde *dixtinxi* fortasse remansit in *B* (etsi *x* et *s* litterae saepissime inter se permutantur).

V. 718 (*ludin istos*) et *ludere* requiritur et *istos* sensu cassum est neque ab aliis probabiliter correctum: quidni igitur utrumque vitium simul tollamus *ludere intus* scribentes i. e. *ludere* $\overset{\textit{in}}{\textit{istos}}$?

V. 751 *Vin eam intro* certum puto: quod libri praebent *inea mitto intro*, patet per pravam distinctionem *ea mitto* corruptum ac dein adscripto *intro* correctum esse.[3]) Atque etiam quod v. 750 *accipiamur* extat pro *accipitur* huc trahi potest ($\overset{\textit{am intro}}{\textit{ea mitto}}$).

Confidentissime huc traho versus 656 et 658. Nam priore loco senarium fulciri potuisse *Mauors* forma in ad-

1) Etiam v. 501 corruptela ad syllabas male repetitas ducit.

2) Huius versus memoria simul stabilitur quod v. 584 *quaehera* interpretatus sum *hequaetā*. Quod vero v. 603 *iram ex pector e(t)iam* revocavi ad *ex pectore iram*, valde dubium est, siquidem anapaesticos cum Buechelero efficere debebam (vide infra). Atque eadem ex ratione non teneo suspitionem, ex qua v. 607 *hoc homine* ex v. 606 *[hoc] non ego te* supplevi simul huc adsciscens *non ⟨hercle⟩ ego te* ex v. 611 (*quae hercles* = *quae res*).

3) Antea v. 747, ubi *obsoni* restitui pro *do obsoni*, in quo frustra antea laboravimus, fortasse *doni* librarius aut incohaverat aut adscripserat.

notatione monstravi: nihilo minus malui scribere *fuit hodie pol* (pro *edepol*), non modo quia *hodie* optime quadrat, verum etiam quia v. 661 *hoc deferam* corruptum est in *hodie* (sic *CD*, *hoc die B*) *efferam*, ut *hodie* correctura ad *deferam* pro *edepol* depulsa videatur.[1])

Versu autem 658 postquam *urbanos* vocis *mundulos* explicationem esse cum aliis intellexi, conieci *Nunc hercle ego istos m. a.* (nam saepius *hercle* ante *ego* omitti constat); at nuper cum ex eadem sententia Iordanus proponeret *nunc ego pol istos*, statim perspexi verum hoc esse[2]) neque aliunde explicari, quod *B* ex *amasios* effecit *amaspos*. Quae corruptela ut aliqua indigebat causa, ita nequaquam veri simile visum est v. 706 *prit* simpliciter ex *erit* depravatum esse: quocirca *pruriet (priet)* praeeunte Bothio eo libentius intuli[3]), quia cum exempla confirmant locutionem tum simul altera corruptela sic explicatur, quod proximus versus eodem pede *uriem* (vel *urient*) praebet sensu cassum.

Sed multo certius eius modi exemplum idem canticum praebet, ubi mirum est tam diu homines doctos tolerasse v. 700 sq.:

Neque gnatust neque progignetur neque potest reperirier
Quoi ego nunc ⟨*aut*⟩ *dictum aut factum*:

nam *ego nunc* plane pugnat cum *neque progignetur*. Recte igitur *nunc* (tacite) omisit Seyffertus, non recte Muellerus (tacite) reduxit ceteroqui faciens cum Seyfferto. Iam vero proximus versus mancus est[4]), qui non modo bene *nunc* recipit — quin immo dudum Guyetus inseruerat idem v. 701 transponendo servans — sed item *ego nunc* locum habet, unde manifesta est rei ratio.[5])

---

1) V. 958 *mecum* pro *me post* extat: v. 959 *posterior* pro *post ero tecum*.

2) Omnino moneo me rarissime ex talibus vitiis aliorum locorum emendationem petisse, sed potius ex emendationibus vitia explicata invenisse.

3) deleto *miles* quod facile ex versu antecedente cogitatione suppleri potest nec minus facile addi potuit a librario. Cur autem minus veri simile sit *p* litteram ex *prit* ad *uriem* illud corrigendum (velut *perierim*) pertinere, non est quod dicam.

4) Multorum plausum tulit Spengelii supplementum *(laete) laetus*, quod tamen fere nimium est, cum insuper addatur *et laetitia differor*.

5) Similiter quod v. 831 *(uiri) uino* corruptum est in *uim non* fortasse cohaeret cum v. 829, cui *quod n̄on quit* pro *quod* vel *quid*

Itemque v. 888 quod *Verum quom* reposui (*Quę cum* libri) aliquid praesidii inde accipit quod proxime praecedit *auferue* mire depravatum ex *aufero*.

Minus etiam audaciae crimen vereor, quod v. 927 syllabas *manu ui* (sic *C*, *manu ui in* i. e. $\overset{in}{\textit{ui}}$ *BD*) simpliciter eieci, cum frustra ceteri studuerint ita *mea manu* cum *machaera* coniungere, ut consuetudini respondeat locutio. Quid enim? proxime praecedit v. 926 *abstine hoc mulier manu*, ut in *manuui* lateat vel iam non lateat *manum* correctura.

Iterum coniuncta cum vera scriptura interpolatio extat v. 109, ubi cum *pars* vox (*et pars spectatorum*) ad alteram personam pluralis referenda aut esset aut videretur, aliquis adscripsit *et (ec B, haec CD) uos*[1]).

Agmen claudant v. 74 et 172. Ac priore loco quod post *in magno populo* extat *mulierhominibus*, mirum est omnes *hominibus* servasse correcto (*in*) *multis*: quod languidissimum est ad *in magno populo* additamentum. Contra in *mulier* vocabuli memoria veri aliquid latere sententiarum conexus demonstrat: nam in verbis *amare oportet omnes qui quod dent habent* obiectum necessario *omnes* est, ut subiecti i. e. meretricis significatio desideretur. Iam cum proximus versus 75 terminetur verbis *uictis hostibus*, non dubito quin *hominibus* i. e. *omnibus* sive scriptura discrepans (*uictis omnibus*) sive additamen-

---

vere Luchsius reddidit. Versu autem 723 cum auctore Buechelero creticos affectans *mussem* temptarem pro *non musset*, particula negativa non minus bene addi potuisse videbatur ex interpolatione quam ex correctura: nam v. 721 *nobis usust nobis* corrigendum erat *non usust nobis is*; ipsum vero *mussem?* significat *non mussem*.

1) Omnino autem quod in hac parte ad spectatores se convertit Astaphium, sic demum acumen accipit, si inter ipsos spectatores illius modi gerronis congerronisque adsidere innuit ex 'aurea Romae urbis iuventute': quare ex *scistis poli* (*pol CD*) effeci *scis tis* (i. e. *tuis*) *spoliis*. Quamquam nescio an v. 109—112 omnes catalectici sint, quales in adnotatione proposui. Totam autem hanc particulam ad harpasti similitudinem spectare teneo, unde optime et cetera explicantur et *fartores* (*fectorum*) ad *factores* revocantur. Quod vocabulum scio nuper addubitasse Ribbeckium in egregiis ad Curculionem coniectaneis p. 88 illic v. 297 *captores* suadens (ut Guyetus Trucul. v. 571 *captrici*). Sed alia ut mittam, revera illi 'faciunt' ludum, quem *datores* excitant, neque aliena est 'factionis' notio.

tum sit (*uictis hostibus omnibus*): quo reiecto ad *mulier(em)* supplevi *inclutam* coll. Pseud. v. 174: *uos qui in munditiis mollitiis deliciisque aetatulam agitis Viris cum summis inclutae amicae.* Poteram etiam *bellam mulierem* vel tale quid.

Versu autem 172 (*certe hercle quam ueterrimust*) *amomini optumus amicus* pro *amomini* Spengelius ac Studemundus *tam homini* dederunt: optime ad litteras, ad sententiam non item. Neque enim hoc loco de cuiusvis 'hominis' amico agitur (ut Bacch. v. 386), sed de meretricis amico disputant. Praeterea redditur haec Diniarchi sententia ad Astaphii verba v. 175 *quam primum expugnari potis. tam id optumumst amicae*: unde v. 172 unice accommodata est scriptura *tam is optumust*[1]).

Id ubi in contextum intuli, nequaquam scrupulum iniecit quod vix ac ne vix quidem *(t)am is* transire potuit in *(t)amomini.* Namque cum mancus sit qui in libris insequitur versus *Non hercle* * * *occidi.* dudum ex locis parallelis *(ego) omnino* supplevit Brixius, unde patet *omnin(o)* ante *optumus* illatum esse, quod ad *occidi* spectaret.

En habes magnam locorum et copiam et varietatem: ex quibus etsi haud pauci suapte natura incertiores sunt, longe plurimi tamen dubitari nequit quin ea quam dixi ratione oblimati sint. Quare de singulis etsi scrupulus remaneat, de re universa nemo, ni fallor, litem movebit.

Itaque certum est codicum *BCD* archetypum transcriptum fuisse ex libro inquinatissimo, qui et in margine et inter versus omnis generis correcturas coniecturas supplementa interpretamenta adscripta habuit, quae cum saepissime non intellegeret librarius qui archetypum illud conficeret, male inseruit, alienis vocibus adhibuit, magis magisque corrupit.

Quae cum ita sint, quis non intellegit, quam importuna in hac potissimum fabula eorum ratio sit non ratio, qui fere unice litteras scrutentur ex eisque quid effici possit anqui-

1) Iam ad *tam is optumust* quoniam addi nequit *amicus*, eo confidentius correxi *amicae*, quia non solum v. 170 similitudo diserte affectata commendat, sed etiam gravior causa quam in adnotatione explanavi.

rant? Qui quam saepe correctorem pro Plauto amplexi sint litteras quae aliorsum spectant versibus emendandis adhibentes, et supra nonnunquam significavi et multo magis ipse perspicies, si singulis locis observationes nostras cum apparatu critico contuleris. Ceterum ad id vitiorum genus, quod cum maxime enarravi, plus quam solitam accedere librariorum neglegentiam inscitiam temeritatem non est quod fusius exponam.

Saepissime igitur quae vel paululum vel multum a traditis litteris recedit aut recedere videtur coniectura, propius ad mentem manumque scriptoris accedere potest, quam quae externa specie lenior sit. Saepissime quem nugari ac ludere putant, cum nil nisi sententiam spectans aliquid quod Plautus scribere potuerit comminiscatur, is minus ludit, quam qui librorum 'fidem et auctoritatem' diligentissime servant: quam accurate observare, non anxie servare criticorum officium est. Quamquam nos periculosae plenum opus aleae sic tractare quis est quin videat? Quod tamen aut fortiter, aut omnino non subire debeas periculum.

Verum enim vero quo minor in tali librorum memoria singularum litterarum ductuumve fides est, eo maior cautio adhibenda est, ubi ex corruptelis de orthographia antiquiore aliquid haurire voluerunt homines docti, quamvis verum sit eius aut non pauciora aut plura vestigia quam ceteras hanc maxime fabulam reliquisse. Itaque fateor me in his rebus ne amicis quidem suadentibus interdum obtemperasse: pauca adhibui, pleraque ne commemorare quidem volui. Quod cur fecerim, paucis exemplis explanare mihi liceat. Itaque v. 508 cum pro *spolia rettulit* libri *spoliaret uelit* prodant, Fleckeisenus olim *retuleit* scripturam extricavit. Sed patet male coniunctis disiunctisque syllabis post *spoliaret* cum *ulit* verbum ortum esset, librarium demum *uelit* correxisse — neque enim Kochii inventum notum habuit —, ut *retuleit* ad pristinam memoriam nequaquam propius accedat, quamvis ipsum Plautum sic scripsisse credibile sit. V. 249 Loewius ex vitiosa *transiliuit* forma non tam *transiluit* quam *transuluit* efficere voluit: sed haec corruptela numqui differt a *saluitis* pro *salutis* v. 249, *pal(l)iuiam* pro *pallulam* v. 271, *sauiuium* pro *sauium* v. 368 al.? Multi ubicunque

a littera pro *ī* extat, de *ei* cogitant[1]): quamquam eiusmodi permutationes non minus reperies et in vocabulis quae respuant diphthongum (velut v. 752 *pati* pro *peti(s)*, v. 766 *mittiar* pro *mittier*, sim.) et in eorum scriptorum memoria, quibus talis omnino tribui nequit orthographia: apud quos si haud raro *satis* extat pro *sitis* vel *foras* pro *foris* sim. cum voces formasque inter se permutatas esse[2]) intellegamus, quo iure apud Plautum, Catullum, alios ad *seitis*, *foreis* sim. trahimus? Item si *Venerem*, *uirtutem* sim. legimus pro *Venere* vel *Veneri* sim., non est quod ad *Venerei*, *uirtutei* descendamus; nam non minus saepe *facerem* pro *facere*, *inuiderem* pro *inuidere* similia extant, ubi de *ei* cogitari nequit. Itaque talia verius ad casus posteriore tempore permixtos et ad librariorum in transcribendis obscuris notis neglegentiam quam ad orthographiam vetustiorem referimus.[3]) Denique (de *ĕ* et *ĭ* inter se confusis ut taceam) non recte Ritschelius Opusc. phil. III p. 141 v. 360 ex *cenabist ubi* Palatinorum memoria *cubi* formae vestigium elicuit. Nam prorsus eodem modo v. 114 habemus *procurast* pro *procuras*, v. 860 *sum profectust*, v. 687 *uoluptast*, alia non pauca, ut *cenabist* illo non magis ad *cubi* quam ad *ubi tu*[4]) abuti debeamus.

Sed tales sane quales postremo commemoravimus scripturae ad aliam rem nos deducunt. Admodum enim mirum est, quam saepe in Palatinis in ipsis sermonum interstitiis aut *i* aut *l* aut *t* littera excurrat. Nam ad quattuor quae modo exhibui exempla haec accedunt: v. 120 *mane(l)*, 123 *tu(li)*, 151 *trobcidem* (pro *probe* [*id*]*em*), 170 *amicae(t)*, 194 *ama-*

---

1) Cf. Loewius in 'Anal. Plaut.' p. 213 sq., ubi inter alia v. 486 *pugneis* suasit, etsi *pugnas* aperte ex v. 482 illatum est: atque v. 489 *auditas* extat pro *audita*, ubi frustra circumspicias rationem orthographicam (cf. p. XXII). V. 574 *bones B*, *bonas CD* habent, al.

2) Similiter v. 19 quod *auferat* pro *auerrat* extat, nequaquam facilius ex *afuerrat* explicatur quam sive ex notioris verbi cum reconditiore permutatione sive ex corruptelae alicuius correctura.

3) Facile patior, si quod Goetzio meo nuper accidit mihi quoque accidat, ut eiusmodi res praetermissas is opprobrio faciat, qui Plautum quam bene noverit velut *en* forma illata prodidit.

4) Hoc Bergkius grammaticum efficere voluisse credidit 'Beitr.' p. 138. Ceterum *ubí cenabis úbi tu* ipso versu commendari Buechelerus monuit.

re(t), 204 *expetit(i)*, 208 *recipis(ti)*, 290 *habeost* (pro *habes*), 424 *(i)censeo*, 427 *abstuli(t)*, 531 *abisti* (pro *ubist* [?]), 585 *iube(t)*, 586 *cuames(t)*. 680 *haben(t)*, 690 *dicista* (pro *dicis* ĩ*a*), 726 *(t)eloquar*, 790 *dedi(t)*, 791 *accepi(t)*. 794 *(t)uae*, 805 *filiol[o(t)]on(i)*, 837 *(i)amabo*, 896 *appella(t)*, 898 *(l)egon*, 938 *debeis(i)* (pro *debes*: vide supra p. XXIV).

Haec exempla partim aliam explicationem[1]) excipiunt: attamen restant quae vix aliter expedias, quam ut olim sumas sermonum interstitia per lineolam significata esse, quam pro *i l t* litteris sumpserit librarius.

Ceteroqui de eiusmodi notationibus codicum non habeo quae Ritschelii commentis addam, nisi quod una res singularis restat. Etenim ad II, 1, 1 (v. 210) Spengelius adnotavit: *V͂I Ha ha ha B*. cum *V͂I* illud ad *ZASTRAPHIV͂C·* adscribendum fuerit: nam rubricator scripsit, qui *ZASTRAPHIV͂C·* adplicavit versui praecedenti (I, 2, 106 = 209). Iam quid sibi velit *V͂I* nemo dixit neque dicere potuit, antequam Loewius agnosceret non tam *I* extare, quam lineolam, quae eodem iure pro *i* aut *l* haberi possit. Quod ubi audivi, statim in mentem venit in Trinummo eundem *B* codicem in fine scaenae II, 1 subscriptum habere *lx*[2]), ubi Ritschelius (edit. II p. LXV) computationem stichometricam relictam esse coniecit, ex qua sexaginta versus canticum illud complexum sit: neque tamen reticuit Ritschelius, quid obstet huic coniecturae. Iam vero cum alterius cantici exemplum accedat, cui numerus cum *l* littera adscriptus sit, neque de *L* numero ex litterae collocatione altero loco cogitari possit, alia circumspicienda est ratio, ex qua utrumque explicetur. Quae sponte sese offert. Namque celeberrimum illud excerptum de notis, quod post alios Reifferscheidius edidit in Suetonii reliquiis p. 137 sqq., haec docet:

1) Nam talia velut *habent* pro *haben*, *abstulit* pro *abstuli*, sim. saepe simpliciter peccant librarii; dein *trobeidem*, *dicista* inde explicari possunt, quod pronomina male inculcaverit librarius; denique *recipisti*, *amicaet*, *debeisi* ex correcturis potuisse procreari supra indicavi: atque etiam *icenseo* eo versu extat, qui *fleri* pro *fieri* praebeat.

2) De hac subscriptione nemo cum Spengelio dubitabit post ea, quae Loewius in Fleckeiseni ann. t. CXI (a. 1875) p. 526 sq. communicavit.

> — diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos.[1]) — < auersa obelismene, quotiens strophe et antistrophos infertur.

Iam cum et *Xl* illud et $\widetilde{Vl}$ ad mutati modi cantica adscripta sint, *l* illam ex diples obelismenes nota derivandam puto. Itaque in Trinummi cantico decem, in Truculenti quinque periodos olim distinxerunt metrici: quae distinctio si utriusque cantici ambitum decursumque revolveris, satis videbitur consentanea[2]), etsi ipsam periodorum distinctionem vix recuperare poterimus: cum neque verborum contextus ex illorum metricorum temporibus prorsus intactus ad nos pervenerit nec qualem illi doctrinam et rationem in versibus distribuendis professi sint nos sciamus.

In codicibus autem *A* et *B* quinam versiculi distinguantur[3]) in mutati modi canticis etsi in adnotatione critica indicavi, tamen quo commodius qui volent uno conspectu comprehendant, ex *B* terminationes hic repetam: nam ab *A* non discessi nisi in contrahendo v. 113, adhibendo *requieui* in versum 210, denique in discribendis versibus 225—227 et 246—251, quibus quin in *A*, non in *B*, manum admoverit corrector, non negabit nisi qui careat iudicio.

1) Ex hac maxime nota apparet antea in verbis 'his solis in adnotationibus Ennii Lucilii et *historicorum* usi sunt' cet. — ubi quam importuna sit 'historicorum' mentio in propatulo est — recte de scaenicis inferendis cogitasse L. Muellerum. Qui cum *scaenicorum* scripserit ex corruptelae genere non prorsus improbabili, sed tamen intricatiore, nescio an synonymum potius scaenicorum olim extiterit *histrionicorum*, quod quam facile in *historicorum* corrumpi potuerit vides.

2) Exempli gratia talem fingas distinctionem: in Trinummo I v. 223—232; II 233—235; III 236—241; IV 242—243; V 244—251; VI 252—256; VII 257; VIII 258—263; IX 264—275; in Truculento: I 210—212; II 213—223; III 227—236; IV 237—245; V 246—255.

3) Versuum distributionem in *CD* expressam etsi per aliquam fabulae partem cum Spengelio indicavi, tamen prorsus facio cum eo, quod ista nihili esse iudicat. Item de dirimendis vocabulis sociandisque vel dissociandis syllabis Ritschelii verba mea facio (praef. Trin.^{2} p. XLVII): 'etsi in apparatu critico saepe ac fortasse saepius quam opus erat commemoravi, tamen exhaurire nec volui nec potui.' Denique commemoro non solum illud distinctionis genus, ex quo codicis *C* (atque ut puto etiam *D*) librarius puncto adscripto modo recte modo prave metrum notavit, nequaquam constanter me indicasse, sed etiam plane omisisse alteram huius generis rationem, ex qua aut idem aut corrector aliquis antiquior lineola (pallidiore) idem efficere voluit.

B autem v. 95—130 sic claudit: *aedis — adueniat — ad nos — mores — quinei — congerones — aduenerunt — agant* — [CLEPTAE] — *oblectent — faciunt — mentiri — capere — nr̃is — bona loqui — ad nos — adecessi — adducã — scies — quis est — respice — pessimã — odiosus es — manum — inperis — quid agis — dicis — ais — archinam.*

In altero cantico non discessi a *B*, nisi quod v. 250 clausulam separavi.

V. 448—464: *solliciteq; — male — perhibemur — dicito — capio — pueri — uite — causa — supposiui — aetate — accurateq, exsequere — puer perio — adsimulo.*

V. 551—630: *gerronis — maca goce — inprouisse — fac̃ — amator — metuit — mundissimum sit — exo — equidem — illũ adiutabo — peribit — modo — Herculaneam — sibi — mare — grãm — capio — ut est — abundat — apparet — acceptrice — suablanditia — intulit — amicis — loqui — puerum — geta — uales — ualeat — tuus* (*fero ... tuus* in spatio versus praecedentis extant) — *fere — minas — operare — tibi — introichiame — auferant* — '*mestegori — fide — flagitii — dona — miserit — honorẽ — ueniat — ilicet — malis — nequid est — illic est — obseruabi — illic est — intimo — dentibus — ipsus — seuerucrat — promam — dicere — Iubido est — facio — lubitunt — causa — cincinnatum — que hercles — uiti & — iam hercle — agnum — at ego — incuses — ingrataq; — peri — omnib; teus — modo — concipilabo — noctio est — uiceris — uicerim — optumum est — hec est — belligerandum — domum — sed ego — licet.*

V. 711—728: — *ut tutum — exinani — secundas — cũ peis — faciat — ad uos —• ludin istos — amabo — magis — molestus — uolom — intus — quispiam — te loquar — quidni — solus summam — nobis — ego idem.*•

De personarum notatione sufficiunt quae in apparatu critico addidi. Sed de ipsis personarum nominibus quaedam paulo fusius exponenda sunt. Quamquam de C u a m i nomine Spengelius et post eum Kiesslingius cum aliis satis dixerunt, item de (A)s t a p h i i nomine Fleckeisenus, neque est quod

Bergkii de Strabacis nomine errorem iterum refellam (cf. 'Anal. Plaut.' p. 16 adn. 32).

Iam Diniarchi nomen pro Dinarcho tralaticio Ritschelium restituisse notum est (cf. Opusc. phil. III p. 343), de cuius formae ratione 'parum sane expedita' cum alio loco quid sit statuendum dicere vellet, neque nactus est locum neque in schedis quicquam reliquit. Sed partem veri Bergkius dixit l. s. s. p. 120: ita Plautum nomen composuisse, ut Δεινίας cum Δείναρχος confunderet. Neque tamen Plautus hoc instituisset, nisi analogia nominis Καλλίαρχος menti obversata esset: atque Callias et Dinias nomina etiam hac re continentur, quod utrumque 's' finalem retinet — in Vidularia hoc, illud in Trinummo —, cum Clinia, Demea, Hegea, Leonida, alia omittant.

Plura sunt quae de Strabacis servo dicam. Ac primum quidem Bothio vindicanda est laus nominis restituti, quam Bergkio tribuunt.[1]) Ille enim in editione qua a MDCCCXL Pseudolum Rudentem Truculentum complexus est[2]) p. 133 haec adnotavit: 'STRATYLLAX. Libri: *Stratilax*, quod nomen inusitatum est. Cic. Epist. ad Att. 16, 15 de Antonio: *Leptae litterarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur* στρατύλλαξ *ille deiectus de gradu*, ubi Bosius annotavit, στρατ. esse deminutivum, ut νέαξ, πλούταξ, et ex eodem fonte manasse mulieris nomen Στρατυλλὶς apud Aristophanem Lysistrata. Scilicet a στρατὸς derivantur στρατύλος, στράτυλλος, στρατύλλαξ, sicut ab αἶσχος Αἰσχύλος, a μικὸς (μικκὸς) Μικύλος, Μίκυλλος, a βαθύς Βάθυλλος, a φάος Φάϋλλος. Quo pertinent etiam deminutiva qualia sunt εἰδύλλιον, μειρακύλλιον. Est igitur στρατύλλαξ *pugnax, litigiosus*, qualem hunc servum facit Comicus.' Iam cum praeeunte et Bothio et

1) Cf. Bergkius in Diurn. ant. a. 1848 p. 1126 et Ritschelius Opusc. phil. III p. 342 sq.

2) Hanc recensionem etiam aliis locis iniuria neglectam esse non una pagina editionis meae ostendit, etsi raro indicavi quid ex illa, quid ex aliis petiverim. Hoc loco lubet adnotationem de 'umbraticola' subicere, quam ad v. 611 indicavi (p. 148): 'MSS.: *Vmbraticolum* i. e. Vmbraticulum a primitivo Vmbraticus, quod sonat hominem in umbra educatum ac viventem domi, non foris in sole et pulvere, ut viri strenui, praesertim militares. Talis est ille Sybaris apud Hor. Od. 1, 8. Analogia caret vulgatum *Vmbraticolam*.'

Bergkio et Ritschelio omnes *Stratullax* probaverint, Ritschelius tamen recte praemisit: 'cum in promptu sit aut Στράτυλλος aut Στρατύλος, unde comico hypocorismo aut Στρατύλλαξ fieret aut Στρατύλαξ . . . . *Stratullax* an *Stratulax* nomine Truculentum suum esse poeta voluerit, ex ipsa fabula non apparet, ut in qua proprium servoli nomen nusquam hodie legatur.' At vero id ipsum quod nusquam legitur nomen quoniam certam notamque legem violat (cf. Hauptii Opusc. II p. 139), recte Fleckeisenus circumspexit, ubinam potuisset intercidere, minus recte, ut puto, commendavit v. 251:

Sed únus uiolentíssumus est huíc Stratullax séruos

pro:

Sed ést huic unus séruos uiolentíssumus.

Ac primum quidem verisimile non est aliter hoc dixisse Plautum atque in Most. v. 983 'unus istic seruos est sacerrumus', cum additum nomen notionem 'unus' vocis invertat. Deinde verum est senarium probabilem non esse inter septenarios: at idem optime praecedit septenarios: quare cum nequaquam certum sit ante v. 251 illos iam incipere, non tam ex septenario antea constituto in suspitionem vocandus est senarius, quam ex senario optime tradito concludendum alios anteire versiculos. Idque codicis *B* discriptio confirmat, qui omnino per hanc partem Ambrosianum virtute atque integritate vincit. Vetus autem codex cum complectatur:

Sed is clam . . . . . illac

Per hortum . . . ad nos eum uolo conuenire

non minus certum est extrema tria vocabula, proxima a senario illo iambica esse quam priora anapaestica, qui numerus unice et 'illac' (et 'ad nos') pedem extremum excipiat et ipsi rei narratae respondeat. Iam qui soli minus quadrant pedes feliciter accidit ut in ipsa librorum memoria corruptelae vestigia prae se ferant. Etenim pro 'patrem' iambico (sic *A*) in *BCD* extat 'pater (etiam)' quod ad 'laterè (etiam)' ducit[1]) — atque maceriae illius notionem coll. v. 304 sq. iam

1) Itaque 'clam' sine accusativo extat, sicut Asin. v. 741 sq.: 'angiporto | Illac per hortum transiit clam' al.

Lambinus desideravit — tum 'Per hortum' neque versum explet neque cum 'laterem clam transiluit' coit: unde ex 'Por' codicis *B* scriptura effeci 'Porro', quod apte hortum lateri adiungens describendae viae inservit. Sed ad servum ut redeamus, quonam loco aptius ille appellari potuit, quam ubi primum in scaenam prodeuntem Astaphium salutat? Quod re vera factum esse aliunde probatur. Extat enim v. 259:

Salue ⸢ Sat(is) mihi est tuae salutis . . . . .

Aegrotare malim quam esse tua salute sanior,

quod etsi omnes tolerarunt, ferri nullo modo potest. Nam cum nolit Astaphii 'salute' sanior esse, non habet eius salutis satis[1]), sed omnino salutis: unde patet non aliter quam in Asinariae v. 911[2]) servum dixisse 'Sat salutist' ac 'mihi est tuae' verba in quibus *BCD* cum *A* consentiunt (cf. p. XIII adn. 2) ex versu insequente interpolata esse: qua ipsa interpolatione qui archetypum utriusque recensionis redegit versum explevisse censendus est per nomen servi interceptum deficientem. Atque *Stratulax* ante *Sat salutist* et ob litterarum similitudinem potuit intercidere et — id quod magis etiam probatur — pro personae significatione haberi. Quodsi recte restituimus:

Salue, Stratulax. ⸢ Sat salutist,

simul apparet eam ipsam nominis formam amplectendam esse, quam spreverunt homines docti.

Quae si recte disputavi, hic versus pariter in utraque recensione corruptus eis accedit, quibus olim demonstravi Ambrosianum et Palatinos ad unum eundemque archetypum redire[3]) neque de diversis histrionum exemplaribus cum

1) Quod Spengelius scripsit 'sat mihist tuae salutis, h. e. non curo tuam salutationem neque ea indigeo' reddidit vim verborum 'nihil moror, sat salueo', ea quae cummaxime explicare voluit omnino non curavit.

2) In apparatu critico 'Asin. v. *511*' operarum vitium est.

3) 'Anal. Plaut.' p. 1 sqq. Etiam ordinem verborum iam in archetypo illo saepius turbatum esse certis exemplis constat: inter quae certissimum est v. 213, ubi cum aliter *A* aliter *B* aliter *CD* verba collocent, unice versui satisfacit Muelleri transpositio; nam alii liberius mutarunt neque tamen satis bonum effecerunt septenarium. Eodem pertinet, quod supra p. XXII adn. 1 de v. 252 dixi. Itaque v. 258 et 300, ubi ita inter se differunt codices, ut neuter prorsus sufficiat ordo, ab utraque recensione recedendum esse putavi.

Bergkio cogitari posse. Idem vero versus 259 eos locos auget, quibus integriorem Palatinorum memoriam quam Ambrosiani esse eadem opera probare studui. Nam illi hoc loco *non salueo* servarunt cum Sacerdote: quod cum non intellegeret qui Ambrosianum redegit, *sat salueo* scripsit pingui interpolatione. Niemeyero sane haec potius scriptura 'egregia' videtur, etsi non explicat quid egregii insit in mera tautologia[1]): at negatione quod 'everti' sententiam dixit[2]), eundem cum Ambrosiani correctore sensum et errorem prodidit. Nam parum percepit — id quod aperte vel Sacerdos innuit 'irridenter' verba dicta esse agnoscens — *non* i. e. *nonne* quaestionem efficere ironicam. Non melius Niemeyerus de aliis versibus iudicavit, de quibus tamen nolo longior esse, cum sententiam meam et olim exposuerim plerisque probantibus et nunc in adnotationibus significaverim.

Item quas interpolationes dittographias lacunas aut ipse indagasse mihi videor aut cum aliis statui, in adnotationibus paucis adumbrasse satis habeo.

Neque is locus huic praefationi concedi potest, ut fusius agam de tot locis difficilioribus, de quibus amplissima sit disputandi materia.

Praeterea sunt res, de quibus ideo nihil dicam, quia non habeo quae apte proferam. Velut quod recte non plus quam quattuor actus constituere possumus, offendit sane, neque tamen offensio ita tollitur, ut cum Schmitzio statuamus quintum actum deesse integrum vel cum Spengelio aut ante tertium aut post tertium intercidisse totum actum. Nam illud

---

1) Similiter nuper Vahlenus in Ind. lect. Berol. aest. a. 1878 p. 8 'versum' I 1, 60 *phronesi[u]m: nam phronesis est sapientia* non modo tolerari posse, sed 'perutilem' esse contendit: cur vero 'perutilis' sit inanis nominis planissimi explanatio, non magis dixit quam qui *phronesim* scriptura ex *Z* recepta recte defendi possit: quam versu si quidem Plauti esset postulari, sententia respui quis non videt? Novo igitur exemplo Vahlenus ostendit audaciorem esse neminem quam criticum iusto timidiorem.

2) Niemeyerus 'de Pl. fab. rec. dupl.' p. 9: 'nam si Stratullax dicere voluisset: quamquam aegrotus sum, tamen tua salute sanior esse nolo, et orationem aliter formare debebat neque coniunctivus *malim* intellegi posset.' Deinde dicit negationem qui intulerit 'coniectura sat inepta' illam sententiam efficere voluisse, quam ipse antea recte negavit in verbis inesse posse.

quam perversum sit in oculos incurrit, hanc vero non minus inanem esse suspitionem ipsa quae datur optio demonstrat. Verius suspicati sunt critici tertium actum admodum contractum perhiberi.

Summas autem huius fabulae difficultates optime illustrant diversa et saepe inter se contraria hominum doctorum conamina. In quibus afferendis eo minus parcus esse volui, quia saepissime vel reiectanea commenta aut aliquid tamen veri continent aut aliis rationibus emendantem enarrantemque iuvant: ubi cuinam quid quando utile aut esse aut videri possit, saepe non facile dixeris. Neque tamen ab animo impetrare potui, ut omnia quae in promptu essent congererem, maxime ubi plura verba afferenda erant. Illud vero studiosissime affectavi, ut suum cuique redderem, praesertim cum Spengelius in hac re neglegentiorem se praebuerit.[1]) Atque complures ubi eandem sententiam pronuntiaverunt — id quod saepissime accidit —, auctorem principem plerumque solum nominavi, nisi alter alterius sententiam aut novisse omnino non potuerit[2]) aut aliqua ratione auxerit. Nam quod plerique dicunt quodque fere in proverbium abiit veritatis indicium esse, si ultro plures in eandem sententiam inciderint, id secus esse cum semper putavi tum hac editione cognovi. Nam dici nequit quot locis improbabilia atque adeo intolerabilia duorum vel etiam plurium criticorum consensu 'probentur'. Iam in afferendis sententiis hominum doctorum, si qui variis locis disputarunt (ut Seyffertus, quem honoris causa nomino, Buggius, alii), accuratius locum indicavi: contra ubi eadem saepius scriptio respicienda erat (ut Muelleri 'Pros. Plaut.', Bergkii 'Symb.', Boeckelii Brugmani Niemeyeri aliorum dissertationes), plerumque locos significavi potius quam indicavi. Kiesslingii 'censuram' quam simpliciter dixi editionis Spengelianae bo-

1) Exempli gratia v. 533 vel Hauptius parcissimus aliorum laudator 'perbene' emendasse Spengelium dixit: at emendatio, quam totam sibi tribuit ille, Gulielmii est et tanquam Gulielmiana laudatur cum ab aliis tum a Goellero, cuius editionem et adhibere debuit et aliis locis adhibuit Spengelius. Sed omnino non multa folia recensionis meae erunt, quin eius rei aut unum aut plura exempla invenias.

2) Nam alioqui etsi non vituperes quod non norint, tamen non laudes atque efferas.

nae frugis plenissimam satis notum est extare in Fleckeiseni ann. phil. t. XCVII (a. 1868) p. 609 sqq., itemque Brixii 'epistulam' appellavi, quam docte, ut solet, ille ad Spengelium dedit in progr. gymn. Liegnitz. a. 1868. ℱ nota meas coniecturas signatas esse vix est quod moneam.

Iam vero praeter editionum commentationumque subsidia, quae omnibus patent, non defuerunt quae fautores operae meae vel amici conferrent.

Atque Loewio meo quid haec quoque fabula debeat in propatulo est; neque alterius socii benigna voluntas me deseruit.

Sed prae ceteris praedicanda est duumvirum liberalitas iam antea de Truculento optime meritorum, quorum monitis et adiumentis egregie auctus sum: ALFREDI FLECKEISENI atque FRANCISCI BVECHELERI: qui quod tot negotiis distenti tamen mihi meaeque operae opitulari non dedignati sunt, dicere nequeo quam grato animo grataque memoria prosequar.

FLECKEISENVS enim non modo ut purior et elegantior libellus prodiret effecit, sed etiam adnotationem criticam saepius emendavit, supplevit, denique inventis suis ornavit. Qui praeter ea, quae v. 709. 723. 797. 848 recepi, v. 276. 484. 565 et supra p. XXII adn. 1 ad v. 714 commemoravi, his locis sententiam adscripsit.

V. 749:

Nám item ut Accherúnti[1]) hic una (*vel* sola) rátio accepti scríbitur,

scilicet: non item 'expensi' ratio (cf. v. 73). Quod si amplectaris — et admodum placet coniectura —, nescio an v. 750 molestius adnectatur.

V. 795 *falsus* (sic Angelius) dubitat an recte emendatum sit, cum *fassis* (sic libri) facile ex versu antecedenti [*fass(a)e*] inferri potuerit expulso *dubius* vel simili adiectivo.

Versum autem insequentem transposito *ego* sic emendat:

Nísi quia timeó tamen, ne quód ego peccauí sciat.

Denique v. 817 proponit:

quóm adest nec sepse índicat.

1) De hac scriptura quam recepi cf. Ritschelius praef. Trin.² p. LXII.

Iam BVECHELERVS summum splendorem huic editioni adiecit, cum tales mihi committeret observationes, quales in aureis eius coniectaneis admirari solemus. Quas v. 177. 585.[1]) 658 sq.[2]) 704.[3]) 721. 723 sq. 737.[4]) 752. 761.[5]) 806.[6]) 869. 875.[7]) 893. 897. 920. 926. 927.[8]) 928. 960 recepi (quarum nonnullas, velut v. 177. 928 al., plane palmares esse videbis), in adnotationibus autem[9]) adscripsi v. 10. 29. 33.[10]) 54. 56. 264. 266. 297. 330. 343. 402. 483. 508. 513. 519. 526. 580. 596 sq. 628 (cf. supra p. XXVIII adn. 2). 676. 753; denique cf. quae supra p. XXII sq. ad v. 754 et p. XXIII adn. 3 ad v. 851 commemoravi.

Sed vel sic restant multae coniecturae aut verae aut probabiles aut memorabiles saltem, quae huic loco reservandae erant.

V. 224—226 ἐκ παραλλήλου adscripta esse ad v. 227 sq. probans v. tamen 225 ex traditis *adridere ut quisque* (vel *quisquis*) *ueniat* elicuit *adripere* cet. 'aptum dentibus hoc verbum,

1) Spretis ceterorum interpretum nugis sic locum explicavit: 'vasa, quibus esculenta potulentaque attulerat Cuamus, rursus secum domum recipere cupiens a Phronesii familia tantum vacuari ac desiccari vult.'

2) Cohaerent aperte v. 657 et 660, versus autem 658 sq. alius recensionis sunt, ubi olim parem aut posteriorem locum obtinuisse videntur illa sententia *nunc deferam argentum.*

3) Nam *mellinaest* (*melliniaest* ego scripseram) latet in *mellinie* (i. e. *mellinęẽ*) et solum recte figuratum est.

4) Sic tamen distinxit: *Quid erit interea magistrae, dum tu commentabere?* Fortasse vere, si aliter constituas v. 738, velut *Illa itidem uolt commentari.*

5) Pugnat enim cum v. 759 hic versus: ille modus antiquior est, recentioris recensionis est in ius vocatio.

6) Cum scripsissem: *ut facilius alia quam alia eundem puerum nunc parit*, priora probavit, sed augendam vim antitheti per *unum* vidit (*ut nũ* libri).

7) Coll. Trin. v. 1066 cogitavi de *Boni si quid in ea re habebo.*

8) Scripseram: *nisi simitu mea machaera ted et hunc uis emori*, ac nescio an praestet: *nisi si te mea machaera et hunc simitu uis mori* (*uis et hunc una mori* cum Buechelero dedi).

9) Etiam eorum commentorum, quae in adnotationes aut in praefationem selegi, non unum libenter ipsi recensioni adhibuissem, si res integra fuisset: sed quamvis eorum indulgentiam exercuerim, aliquid dandum erat typothetarum ipsiusque redemptoris honestissimi commodis, praesertim si aliqua tamen dubitatio relicta esset.

10) Quam hoc loco extitisse conicit *lact* formam Plautinam, eandem v. 903 in libris esse observavit atque adeo in *CD* emendatam ad modum volgarem (*[l]actute* ex *[l]actut*, *attut B*).

adridere factum, cum male proxumus versus contaminatus est, commissuraque inserta *blandeque adloqui*: ergo *bonis — ueniat* Plautina, *male — loqui* item comicus versus, *blandeque adloqui* miseri interpolatoris.'

V. 314 interim servandum censet iocum fortasse de Graeco translatum:

Neque istuc i n s e g e s t i t e r g o coget examen mali,

'nec senex istuc quod nuntio consequens erit examen verberum coget tergo nudo intecto, sed in publico, segestrica veste involutus qualis decet rusticos Plautinos, διφθέραν ἐνημμένος aut potius σισύραις ἐγκεκορδυλημένος, accedam ad illum tutus ab incommodo tergi: *insegestri* fictum ut 'investi' 'imberbi' 'implumi' al., forsitan ne *r* quidem necesse sit inseri.'

V. 531 sq. iniuria me deturbasse vidit, quae optime hac explicatione serventur[1]: 'miles *is te dono*, sed illa tacet quasi nihili faciens, itaque miles adduci iubet, collaudat donum suum et praedicat; cum illa pergat tacere, iterum ingerit *his te dono*: iam illa etiam irascitur.'

V. 556 sq. proponit:

Quí bona sua pro stércore habet ⟨et iám⟩ foras ferrí iubet:
Metuít pol ne apúd nos non múndissumúm sit,

in quibus incerta cetera, *apud nos* (pro *publicos*) certum habet.

V. 565[2]) interpolatum esse iudicat (adscriptum ad v. 563).

V. 603 sqq. omnes anapaesticos habet (cf. supra p. XXIX adn. 2), unde v. 604 nihil nisi *lubitumst* mutat, insequenti versu *tu* inserit (*istúc ne tu mihi résponsis. | hoc: nón ego te f. f.*), v. 607 idem pronomen bis ponit (*quid tú? tu quor ausá's alium te dícere amare hominém? | lubitumst*), v. 611 ex *quę hercles* non *quae res?* efficit, sed *néquam hercle's* Stratophani continuat, v. 612 sic scribit:

Eho tú, meon' audes, ínprobe, ero male dícere fons uiti et péiiuri?

---

1) Item recte addidit nequaquam haerendum esse in *domi / Suae* sic separatis, cum pronominalia adiectiva sola a substantivis suis divellantur, alia adiectiva fere nulla (*filium / Meum* sim. sat saepe, *filium / Bonum* nusquam).

2) V. 578 mecum communicavit, fuisse qui *ualeas* pro *ualeat* coniceret: cuius coniecturae non malae auctorem non potui indagare. Fortasse ipse olim sic emendavit.

Inde a v. 618 catalecticos incipere statuit v. 619 coniciens:

Quid núnc ergo hic nobís odio's? confóssu's omnibus télis,

v. autem 620 exitum per *(accéde huc modo, adi huc) ád me* efficiens.

V. 639 librorum scripturam abiecta priore sententia sic interpretatur:

Num quippiam aura[1]) *(i. e.* πνεῦμα*)* mutat mores mulierum,

quae sententia quoniam minus bene coeat cum sequente versu, sane turbasse diasceuastam videri.

V. 651 sq. de *cruminam* verbo pro glossemate habendo cogitans sic versum contraxit:

Quid eúm uelit: homo síbi de collo détrahit
Minás uiginti, míhi dat, accipió lubens.

atque sic satis lepide narratur rusticus de collo argentum sibi destringere.[2])

V. 713 sqq. sic constituit:

Nunc dum ísti lubét, dum ‹rem› habét, tempus eí reist.
Venústatem amánti tuám prome cúnctam[3])
Vtí gaudeát quom per‹ít. foribus nóstr›eis
Ego híc interím restitáns praesidébo,
Istíc dum sui fáciat domum á te exagógam,

quamquam v. 716 dubitat an praestet sibi, sed certam habet sententiam: 'dum ille a te abeat'.

V. 719 baccheos sic continuat:

Quis ést iste, Astáphium, indicá, qui períbit?
Amábo, hicine uéro ‹nunc tú es, Diniárche›?

V. 743 *melius est*, non *mauelim*[4]) latere in *meis* per-

---

1) In hanc coniecturam me quoque incidisse fateor, quam tamen ob sententiarum conexum reieceram: quodsi pro interpolato versum habeas, non intercedam, dummodo concedas simul alium versum hac interpolatione depulsum esse: nam aliquid vinculi inter v. 638 et 640 desideramus.

2) Hac una ratione concedo 'clausulam' contrahendo sic removeri, ut nihil detrimenti oratio capiat: quamquam quod coniunguntur 'cruminam detrahit' et 'condo in cruminam' ut ineptum esset, si cruminam tradiderat ille, ita ex liberiore narrandi genere ferri potest, si illius cruminam a sua non diserte discernit Strabax.

3) Itaque *secundas* ad *(rei)st cunctam* trahit: cf. supra p. XXII adn. 1.

4) Itaque hoc loco, etsi quam in 'Anal. Plaut.' proposueram coniecturam, postea in exemplari illo Reiziano ab ipso G. Hermanno

spexit, v. autem 744 coll. Ter. Andr. v. 427 *tibi malle esse miseriamst* peracute legit, denique v. 746, ut qui olim exceperit statim v. 742, sic constituit:

Stultus es: equidem perire pol quam inuideam mauelim.

V. 817 sic claudit: *quom necessest indicem.*

V. 821 nil mutandum censet, totum proscribendum versum: coniungendos esse v. 820 et 825, ceteros 822. 823. 824 item altera recensione illatos videri, certe inter 825 et 826 suum locum habere.[1])

V. 832 turbatum glossemate sic corrigit:

uerum nequam si uinum bibit.[2])

V. 842:

Egon dem? pol te iudicasse pridem *cet.*

V. 856:

meam quae simulaui male,

Ea dixe et *cet.*

V. 863:

Me uidere uis, tuam rem a me postulas, p. p.

V. 866:

Ét tibi uxorém ducendam, iám animum esse alibí tuom,

cetera ut Lambinus: nec enim opus esse *a me esse alienum animum tuom.*

V. 870:

Quia nisi, unum dum obsidetur, aliud perfugiumst, perit.

V. 880 *manubiarius* cum Camerario admittendum esse iudicat, cum sic continuetur bellica imago (cf. *fugito ad me*) et captiva haec pecunia solita sit consumi in exornanda urbe: ceteri amatores quasi praeda, hic privatus amicus quasi manubiae Phronesii.

V. 886 *hodie tactum iri iterum militem* vehementer desiderat.

---

praeceptam vidi, ne tali quidem consensu probari veritatem puto (cf. supra p. XLII).

1) Sic hunc locum putavi explicari posse, ut ancilla iterum iterumque oculos ad Diniarchum adiciat expectans illum ipsum proditurum esse, ideoque sermonem diutius trahi.

2) De *nequam* optime cogitari concedo, sed *siue adeo caret temeto* ne *uinum* quidem antea admittere mihi videtur.

Post v. 887 unum versum intercidisse putat huius sententiae:

Nám quantumuis dént amantes, sémper id nobís parumst
(Quaé quom multum abstúlimus, tamen hau *cet.*)

V. 898 (cf. supra p. XXII) Phronesio dat: *Atque ego isti etiam p.*

V. 906, quem additicium esse nescio an recte sumat, leniter ita supplet:

Óleo opust, opúst farina, pórro opus est totúm diem.

V. 910:

Ad omne mína istuc plus satis ést. ⌈ Parumst.

V. 921 cum v. 923 sic coniungit (versum 922 ut διττόν ex altera recensione removens):

Strab. At hércle uero sério:
Nám quamquam bellá's, malo *cet.*:

at hercle enim nullam offensionem habere, utpote propriam adseverationem flagitantis instantius.

V. 939 *nunc. salutem tuam si amas* emendat atque versu insequenti *unum quid pausillulum.*

Versus 941—944 sic constituit atque distribuit:

Phr. Quíd id amabost quód dem? Strat. Dic tu té meam sempér fore.
Strab. Cáue, si dicat, ín tuam uitam sít consultum istúc, mi homo.
Strat. Cáue faxit uolnús tibi iam, quoí sunt dentis férrei.
Strab. Vólgo ad se omnis íntromittit. Strat. Ábstine istac tú manum.

V. 954 *nec meo nec ambulo* proponit, denique v. 965 ceteroqui mecum faciens *Rem bonam* ex *Romabo* efficit.

His Buecheleri commentis non habeo quibus melius et magnificentius finem imponam huic praefationi atque huic editioni: cui ut non licet subscribere EXPLICIT FELICITER, illud tamen subscribere possum EMENDAVI VT POTVI.

Scr. Heidelbergae m. Oct. a. MDCCCLXXXI.

F. S.

Tot loci cum per hanc praefationem tractati, non nulli etiam retractati sint, haud abs re visum est eorum indicem subicere, quo commodius legentes apparatum criticum ex hac praefatione suppleant.

T · MACCI · PLAVTI

T R V C V L E N T V S

Cicero Catonis maioris de senectute 14, 50: quid in leuioribus studiis, sed tamen acutis: quam gaudebat bello suo Punico Naeuius, quam Truculento Plautus, quam Pseudulo!

ARGVMENTVM

Tres únam pereunt ádulescentes múlierem,
Rure únus, alter úrbe, peregre tértius;
Vtque ísta ingenti mílitem tangát bolo,
Clam súpposiuit síbi clandestino éditum.
Vi mágna seruos ést ac trucibus móribus,
Lupaé ni rapiant dómini parsimóniam:
Et ís tamen mollítur. miles áduenit
Natíque causa dát propensa múnera.
Tandém compressae páter cognoscit ómnia
Vtque ístam ducat quí uitiarat cónuenit
Suómque is repetit á meretrice súbditum.

PLAVTI TRINVMNVS (*sic*) EXPLICIT | INCIPIT TRVCVLENTVS TRVCVLENTVS · | ARGVMENTVM · *B*. PLAUTI (LAVTI *C*) TRINVMMVS EXPLICIT INCIPIT TRVCVLENTVS ARGVMENTVM *CD* (INCIPIT TRVCVLENTVS ARGVM̄TV̄ *add.* *D*³). PLAVTI. POETE. CLARISSIMI. TRVCVLENTVS. INCIPIT. ARGVMENTVM. *L*
1. res *D cum spatio initiali* perunt *B* 2. R Rure *B* 3. polo *C* 4. supposiuit sibi *Scaliger, Lambinus.* sibi supposuit *libri* (sibi *Camerarius iam traiecit*) 5. Vl *B* ac trucibus *LZ.* at crucib; *B.* attrucibus *C.* a^t^trucib; *D* seruos restat trucibus *Scaliger* imorib; *B* 6. Lupae ne *Pylades.* Lut poeni *B.* I poeni *C.* It poeni *D.* It peni *Z.* Vt inopem *L.* Lenae ne *Saracenus* Lupaene . . . . parsimoniam? *Acidalius p. 530* domiparsimoniam *C* parsimonia *B.* patrimonium *Scaliger* 7. Et (& *D*) is *CD.* Edis *B* mellitus *LZ* 8. Natimq; *B* 9. Tandem *LZ.* Tamen *BCD* cõpresse *BL* paıer *ras. ex* pater *B* cognoscit *ex* connoscit *B* omā *C* 10. istam *S.* litā *BD.* litam *C.* natam *LZ.* illam *Camerarius* Vitiatam ut *Goellerus* uiciarat *BCD* 11. Suumque *libri* is *del. Guyetus*

PERSONAE

DINIARCHVS ADVLESCENS
ASTAPHIVM ANCILLA
STRATVLAX SERVOS
PHRONESIVM MERETRIX
STRATOPHANES MILES
CVAMVS SERVOS
STRABAX ADVLESCENS
CALLICLES SENEX
ARCHILIS TONSTRIX
ANCILLA

PROLOGVS

Perpáruam partem póstulat Plautús loci
De moéris magnis átque amọenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.
Quid núnc? daturin éstis an non? — ádnuont!
Meo óre aio equidem me ádlaturum síne mora.

1—3. *Priscianus de metris Terentii p. 421, 12 K.:* igitur in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo: 'perparuam . . . conferat' — *Apuleius Florid. 18 p. 28 Kr.:* ut poetae solent hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus . . . . item ille comicus 'perparuam . . . . conferat': non secus et mihi liceat nullam longinquam et transmarinam ciuitatem hic, sed enim ipsius Carthaginis uel curiam uel bybliothecam substituere

4. 6. *Placidi glossae p. 1, 8 D.:* abnuere est recusare, abnegare. cui contrarium est adnuere id est dare uel concedere

---

PROLOCVS. *B.* EXPLICIT ARG · PROLOGVS · INCIPIT *C.* PROLOG' D^3 *(quae manus omnes titulos addidit).* PROLOGVS. *L*

1. Prerparuã *B (altera* P *erasa)*· erparuam *cum spatio initiali D* partem *L, Priscianus.* partim *Apuleius.* artem *BCD* Plautus loci *Priscianus, Apuleius.* plaudi locu *BCD.* Plautus loqui *LZ* 2. De moeris *Lipsius Ant. lect. V, 3: cf. 'Anal. Plaut.' (ed. Lipsiae a. 1877) p. 41 sq.* Deũ eris *B.* deum eris *CD.* de uestris *LZ cum Prisciano et Apuleio* mẹnibus *D* 3. quos in *Apuleius.* quis sine *Scaliger* architectis *Priscianus, Apuleius.* arcus pletis *BC.* arcus-$\overset{1}{\text{petis}}$ *D* (l *suprascripsit* D^3). arcu (arcus *Z*) peltis *LZ. hariolantur Petitus, Colvius, Lipsius, Vossius, Bothius, alii* conferam *Apuleius*

4. daturi nestis *B* estis *ex* ostis *D* $\overset{N}{\text{ad}}$ *D* adnunt *B et cum vacuo spatio C.* ad nunc *D.* at nunc *LZ.* abnuunt *Guyetus deletis versibus 5. 6* 5. Meo ore aio equidem me 𝕾: *cf. 'Anal. Plaut.' p. 43 sq., ubi paulo violentius sententiam recuperavi.* Melior me quidẽ (melior me Quidem *CD.* meliorem quidem *LZ*) uobis me *libri. initio versus* Meditor equidem *Camerarius,* Minor equidem *Geppertus assentiente Buggio in Fleckeis. ann. phil. t. CVII (a. 1873) p. 401,* Credo

Quid sí de uostro quíppiam exorem? — ábnuont!
Heu hércle in uobis résident mores prístini,
Ad dénegandum ut céleri lingua utámini.
Sed hóc agamus quóia huc uentumst grátia.
Athénas traloco íta ut hoc est proscaénium —
Tantísper dum transígimus hanc comoédiam.
Hic hábitat mulier nómen quoist Phronésium;
Haec húius saecli móres in se póssidet:
Nunquam áb amatore póstulat — id quód datumst,
Sed rélicuom dat óperam — ne sit rélicuom

---

12. *Pompeius comm. artis Don. p. 162, 14 K.:* enuntiatione neutra, intellectu feminina, ut 'Phronesium mulier' uel Glycerium et illa quae in comoediis legimus. *Cf. testim. ad v. 323*

---

equidem *Spengelius, nec plus profecerunt neque Kiesslingius cens. p. 618 neque Seyffertus Philol. t. XXVII (a. 1868) p. 461* adlaturum 𝕾 *cum Saraceno.* abiaturum *BCD.* oblaturum *L.* ablaturum *Z* *Dziatzko Mus. Rhen. t. XXIX (a. 1874) p. 60 versum delet praeter rationem*
6. uostro *B.* urõ *CD* exorem 𝕾. orem *BLZ.* ore *CD.* oret *Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 536.* aere orem *Buechelerus in Fleckeis. ann. t. CV (a. 1872) p. 569* abnuunt *Camerarius.* abduunt *BCD.* abducunt *L.* abducere *Z* 7. Heu *Buechelerus l. s. s.* Eũ *B.* eum *CD.* me(hercle) *L. om. Z.* en me(hercle) *Camerarius.* enim *Bothius.* eu *Spengelius* in uobis *Camerarius.* inuodiis *B.* in odiis *DLZ.* inodiis *C* more *B* 8. negandum *Z* ut animi *B* 9. quoia *Bergkius 'Beitr. z. lat. Gramm.' I p. 62 sq.* quia *D.* qua *BCLZ.* quad *Ritschelius Exc. n. Pl. I p. 65 sq.* huc qua *Camerarius* uentumst *CD.* uentum est *L.* uen^{tu}st *B* 10. Athenas traloco 𝕾*: cf. l. s. s. p. 44, ubi* trastuli *proposui.* Athenis (Athinis *B*) tracto *libri.* Athenae istae (istaec *Studemundus Hermae t. I [a. 1866] p. 303*) sunto *Camerarius.* Athenis haec sunto *Spengelius.* Athenae haec urbs (*vel* hoc astu) est *Muellerus l. s. s. p. 510.* Athenae sunt haec *Buechelerus. alia Petitus, Palmerius Spicil. p. 708, Bothius* hoc ubist *pro* ita ut hoc est 𝕾 *l. s., fortasse recte* proscinium *B.* proschenium *C.* ^{s}pchenium *D.* proscenium *LZ* 11. Tantisper dum *D.* Tantis per dum *C.* tantis perdunt *B* transicimus *B* comediam *libri* *Versus 10. 11 item temere proscripsit Dziatzko l. s. s.* 12. nomen cui est *Z.* nomine cui est (ẽ *B*) *libri.* nomine quae est *Camerarius* phonesium *B.* phrosenium *D, corr.* D^3 13. hec *BDL.* Hec *C* secli *BC.* scti *D.* seculi *L.* sęcuti *Z* inse *C* 14. nũquã *B.* Numquã *C.* numquam *DL* amatore *Weisius.* amatore suo *libri. ante* id *traiecit* suo *Bothius* datumst *CDZ.* datum est *BL* 15. reliquum *Z.* reliquam *libri* reliquũ *BCD.* reliquum *LZ*

[Poscéndo atque auferéndo, ut mos est múlierum;
Nam omnís id faciunt, quóm se amari intéllegunt].
* * * * *

* * * *
Ea sé peperisse púerum simulat míliti,
Quo cítius rem ab eo auórrat cum puluísculo.
Quid múlta? si quid réstat super hac múliere,
His rúminandumst, qui ád eam aduenient, céterum.
* * * * * *

---

16. mulierum· *C* 17. cum *libri* Intellegunt· *C* *Versus 16. 17 damnavi l. s. s. p. 40, post quos maiorem extare lacunam Kiesslingius perspexit cens. p. 618 itemque Dziatzko l. s. s. p. 61* 19. cicius *B* auerrat *Weisius.* auferat *libri, unde cascam formam* afuerrat *prologistae tribuit Loewius Act. soc. philol. Lips. t. IV p. 348.* aufert *Bothius. Cf. G. Hermannus in ann. philol. t. XXXV a. 1842 p. 192* puluisculo· *C* 20. si quid restat (*vel* superest) super hac muliere 𝔖*: cf. l. s. s. p. 38 sq.* . . . . . Stuic superet muliere *B.* Super& mulierẽ *C.* Superẽ mulierẽ *D.* superest mulierem *L.* Superem mulierem *Z.* aetas huic si superet mulieri *Camerarius.* tris uicissim pereunt mulierem *Spengelius assentientibus Muellero 'Plaut. Pros.' p. 510 adn. et Buggio in Fleckeis. ann. phil. t. CVII (a. 1873) p. 401, nisi quod* tris simul unam *ille, hic* tris ut dixi *praetulit.* si quid superest de ista muliere *W. W(agnerus) in 'Litter. Centralbl.' a. 1878 p. 1045* 21. His ruminandumst qui ad eam aduenient ceterum 𝔖. hiscum anima ad eum habenti erce teritur *libri, nisi quod* erceterit̃ *D,* erteterit̃ *C,* euorterit *LZ.* is cum anima ad eam habentiam omnem euerrerit *Scaliger, neque probabiliora Palmerius Spicil. p. 700, Lambinus, Scriverius, Bothius, Rostius, alii coniecerunt.* His cum animo, dum habent, res exenterabitur *Spengelius.* Hisce unam dum habent minam eam amicae deferunt *Buggius in 'Opusc. philol. ad I. N. Madvigium a discipulis missis' (ed. Hauniae 1876) p. 186 (cf. Ritschelius Opusc. phil. III p. 168).* Hic qui amat argumentum ad narrandum ecce adest *W. W(agnerus) l. s. s.*

Prologum in fine mutilum esse post G. A. B. Wolffium de prol. Pl. p. 11 atque Osannum Anal. p. 180 multi dixerunt (cf. ad v. 17); desideratur autem sine dubio sollemnis spectatorum adlocutio velut

Tantumst. ualete, adeste cum silentio

vel tale quid

ACTVS I

DINIARCHVS

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
[Amánti, dum id perdíscat, quot pereát modis]
Neque eám rationem eápse unquam educét Venus,
Quam pénes amantum súmma summarúm redit,
Quot amáns exemplis lúdificetur, quót modis
Pereát quotque exorétur exorábulis:
Quot illíc blanditiae, quót illic iracúndiae,

---

22. *Varro de l. l. VI § 11:* aeuom ab aetate omnium annorum; hinc aeuiternum quod factum est aeternum; quod Graeci αἰῶνα; id ait Chrysippus esse ἀεὶ ὄν. ab eo Plautus 'non omnis . . . . satis'
22—24. *Priscianus de metris Terentii p. 421, 17 K. (cf. ad prol. v. 1):* in eiusdem prima scena 'non omnis . . . Venus'

Act. I Sc. 1. DIMARCHVS · DV · *B.* DINARCHVS · DV · *CD, nisi quod* Λ (*non* λ) *ante* DV *manu rec. add. est in D.* DINARCHVS. *L* 22. on *cum spatio initiali D* satest *BC.* sat est *DL, Priscianus.* ẽst sãt *L.* est satis *Varro* 23. amanti dum *Priscianus.* Nã antidũ *B.* nã anti dum *D.* nãantidum *CZ.* Nam antedum *L* id *BCD.* is *LZ.* hic *Priscianus* quot *LZ.* quod *Priscianus.* ad quod *B.* Ad quod *D.* Adquod *C* modis *L, Priscianus.* motus *BCD* *Versum interpolatum esse demonstravi in Act. soc. phil. Lips. t. II p. 428* 24. eam rationem ea ipsa *Priscianus.* ea ratione me abse *BL.* earatione me absq'se *CDZ* unquam *CLZ.* umquã *BD* educet *BDL.* Educ& *CZ, bene defensum a Luchsio in Studemundi Stud. t. I p. 34 et a Buggio l. s. s. p. 401.* edocuit *Priscianus.* edocet *Camerarius.* ediscit *Spengelius.* subducet *Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 237 adn. 488* uenus · *C* 25. penis *B* Amantem *L* suũ masum marum *B* 26. Quđ *BD* ludific&ur · *C* quod *B* 27. Quotque *CD.* quoq; *B* exoretur *LZ.* exoritur *BD.* exoriter *corr. ex* exoritur *C* exorabulis · *C* 28. *utroque loco* quot *CDL,* quod *B* blanditiae *Z.* blandiciae *L.* blanditer *BD.* blanditer · *C* iracundie *B*

Supérbiae, laméntae — di vostrám fidem! hui,
Quid périerant, dum elíciant pretia múnera!
Primúmdum merces ánnua: is primús bolust:
Ob eám — tres noctis dántur! intereá loci
Auctárium orat, uínum aut oleum aut tríticum:
Temptát benignusne án bonae frugí sies.
Quasi ín piscinam réte qui iaculúm parat —
Quando ábiit rete péssum, adducit líneam,
Si iníerit rete píscis, ne effugiát cauet,

---

29. Superbiae lamentae 𝕾 *(seclusis* sunt quot *vocibus coll. Stichi v. 657—659).* sunt quot (quod *B*) sui (sunt *L Z*) perclamanda *libri.* sunt, quotque pericla uianda *Camerarius, ac retentis* sunt quot (*vel* quot sunt) pericla *vocibus* obeunda *Scaliger,* m(e)anda *Meursius,* amanda *post Gruterum Weisius et Maehlyus,* adeunda *Kampmannus* 'res militares Pl.' *p. 25,* amando *Goellerus (ad sequentia trahens),* damna *Brixius ad Trin. v. 302.* quot sunt periclamenta *Handius Turs. III p. 109.* sunt quot superba facta *Spengelius.* quot sunt perfidiae amanti (amarae *W. W. l. s. s.*) *Kiesslingius cens. p. 619.* quot sunt sublectamenta *Buggius l. s. s. p. 401. olim* quot insuper lamenta *et* sunt quot superbimenta *proposui.* sunt, quot supplicia danda *Buechelerus* hũi *D* (˜ *a manu rec.*) 30. perierant, dum 𝕾 *l. s. s.* perieran dum *B.* per ierandum *C.* perierandum *D.* peierandum *Z.* perferundum *L.* proiectandum *Buggius l. s. s.* eliciant (*vel* exleciant) 𝕾. est etiam *libri* pretia 𝕾. preter *B.* prȩter *C.* praeter *D L Z* *Vnius versus lacunam post v. 30 statuit Brixius epist. p. 6* 31. merces *Gronovius.* miros *B.* miror *C D* (omī res *in C margini adscr. m. rec.*). meret *L.* moeret *Z.* domi res *Salmasius. ineptit et Palmerius et Petitus nec recte iudicavit Seyffertus Philol. t. XXV (a. 1867) p. 462 sq.* annua is *B.* annuus *C D.* animus *L Z* primos *B.* premii si *L.* premium si *Z* bolust *Camerarius.* ebolust *B C D.* obolust *Z.* obolus est *L* 32. obeunt *L Z* dantur *Bothius.* dutor *B.* Tutor *C D Z.* ducunt *L.* utor *Camerarius.* duco quom *Geppertus* 33. Auctarium orat 𝕾 *l. s. s. p. 58.* aut ara (aera *L Z*) aut (ut *B*) *libri.* Aut aurum aut aera aut *Spengelius.* Orando (*vel* Poscendo) aut aera aut *Seyffertus l. s. s.* Aut orat aera aut *Brixius epist. p. 4 sq.* Lact orat aut *Buechelerus* oliuom *Bothius* meret *post* triticum *cum 'editione Basil.' Palmerius l. s. s.* 34. tentant *L* nean bone *C D.* neambo ne *B.* anne bone *L* sies· *C* 35. Rete *C D* recte qui iacit uim parat *Camerarius; cf. Turnebus Adv. XVIII, 26* datat *Palmerius l. s. s.* 36. persum *C, quod e dixi l. s. s. p. 45* abducit *Z* lineam *Studemundus.* finfa *B.* infra *C D L Z* tum (atque *Palmerius l. s. s.*) adducit sinum *Lambinus* *Versum proscripsit Guyetus* 37. Si inierit *Buechelerus l. s. s. p. 569.* Siniecit *B.* sinietit *C D.* si non ierit *L.* si iniecit *'quidam' apud Lambinum, Scaliger. inutilia protulerunt Palmerius Spicil. p. 620, Turnebus Adv. X, 25. XXI, 20, Bothius, Kiesslingius cens. p. 620, Maehlyus in 'Bl. f. bayr. Gymn.'*

[Dum huc dum illuc rete or impedit
Piscis usque adeo dolium foras eduxit,] —
Itidem ísti amator, si íd quod oratúr dedit
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae.
Addúntur noctes: ínterim ille hamúm uorat;
Si sémel amoris póculum accepít meri
Eaque íntra pectus sé penetrauit pótio,
Extémplo et ipsus périit et res ét fides.
Si irátumst scortum fórte amatorí suo,
Bis périt amator, áb re atque ab animó simul;
Sin álter alteri ódiost, idem a fíde perit;
Si ráras noctes dúcit, ab animó perit,
Sin crébras ducit, ípsus gaudet, rés perit.

---

t. IX (a. 1873) p. 114, ego l. s. s. p. 429, alii r&ę *D* effugiant *Camerarius* cauet · *C* 38. 39 *Versus quamvis corruptos cur (post Guyetum) subditicios habeam exposui l. s. s. et 'Anal. Plaut.' p. 57 sq.*

38. tum hic tum (modo *utroque loco Lambinus,* tumque *Bothius*) illic irretitos *Scaliger.* dum huc dum illuc rete uortit *Spengelius.* dum huc illuc rete circumuortit *Buechelerus* ore *Z.* ȯr *om. L* 39. Discis *B* doliũ *BC.* donicum *Saracenus* eduxit foras *Camerarius*

40. Itidem *LZ.* Ibidem *BCD* isti *Buechelerus.* est *libri* si *LZ* (sei *Gruterus*). set *B.* sed *CD* 41. bone *BL* *Hunc versum in suspitionem vocavit E. Boeckelius 'Exercit. Plaut.'* (*ed. Carlsr. a. 1872*) *p. 28, quod refutavi l. s. s. p. 56* 42. hamam *B* 43. simel *D* meri *Bothius.* mere *libri* 45. Extẽplo *B.* extemplo *DLZ.* exemplo *C* periit *Camerarius.* perit (Perit *CD*) *libri* 46. iratum scortum fortest *libri, corr. Lambinus* 47. perit *Pareus, Hermannus El. d. m. p. 132.* periit *libri* re atque ab *Lambinus.* re atque *libri.* red atque *Guyetus, Ritschelius l. s. s. p. 65 sq.: cf. Muellerus in 'Nachtr.' p. 78* ammo simul · *C* 48. alter alteri odiost 𝕾 *coll. v. 381.* alter (alit̃ *C*) alteri potius est *BCD (cf. v. 41).* alter potior est *L.* alter alteri potior est *Z*, *quod plerique defenderunt, nisi* alter autem *cum Acidalio praetulerunt (debebant saltem* alter eius *scribere).* alter altri propitiust *Buechelerus l. s. s.* idem a fide 𝕾. idem *libri.* itidem *Camerarius* Si aliena re potitus est, perdit fidem *Ribbeckius in fragm. com. R.*[2] *p. XI simul v. 49. 50 subiungens versui 45 (sed sic cum 'amatoris' notio v. 46 sq. expressa non recte se haberet, tum v. 51 sqq. minus bene sese adplicarent). 'fidei' notionem desiderari Kiesslingius primus animadvertit cens. p. 620 itemque Luchsius sensit in Studem. Stud. t. I p. 55. 59, ubi etiam de* altri *syncopa a plerisque admissa dubitationem movit* 49. ratas *L* perit *LZ.* periit *BCD* 50. Sin crebras ducit *Spengelius cum Studemundo Hermae t. I p. 303.* Sin crebrauit *B.* •i increbrauit *D*[1]*L.* siincrepauit *CD*[2]*Z*

Gaud& *C.* gaudit *B* resperit *BCD* *Secuntur in libris verba:*

Priusquam únum dederis, céntum quae poscát parat:
Aut aúrum periit aút conscissast pállula
Aut émpta ancilla aut áliquod uasum argénteum
Aut uásum ahenum ráptum aut cleptus léctulus
Aut ármariola Graéca aut — aliquid sémper est,
Quod déferat dedátque amans scortó suo.
Atque haéc celamus clam ómnis summa indústria,
Quom rém fidemque nósque nosmet pérdimus:
Ne quí parentis neú cognati séntiant,
Qui nóstrae aetati intémpestiuae témperint;

---

52. *Porphyrio ad Horatii epist. I, 17, 55:* nota refert meretricis acumina] hic locus de Truculento est Plauti fabula, ubi adulescens dicit 'aut perit . . . pallula' et cetera *scholiasta Cruquianus l. s. s. (p. 572):* acumina] astutias et meretricum impudentiam. sic & Plaut. in Truculento 'aut petit . . . . argenteum' &c.

---

ita et (ita & *D.* Iteca *B*) in aedibus (ędib; *D*) lenosis (lenoniis *L Z*), *unde* ita est disciplina *Camerarius,* itast amica *Spengelius cum Brixio, alii alia ad versum sensumque explendum coniecerunt. sed interpretamentum esse* ita est in aedibus lenonis *eo rectius iudicavi l. s. s. p. 59, quia 'lenonis aedis' perperam Diniarchus inferret: cf. ad v. 224 sqq.* 51. centũq; *B.* centum que *L* 52. aurum periit *Camerarius.* perit (petit *L Z cum schol. Cruq.*) aurum *libri* aut conscissa *Porphyrio.* quod conscissa *L cum schol. Cruq.* conscissa *B D.* concissa *C, Spengelius* est pallula *Porphyrio.* pallula est *B L, schol. Cruq.* Pallulaest *C D* 53. Aut tempta *B* aliquod *ex* aliquot *D.* aliquid *L* 54. aenum *C D.* aeneum *L Z* raptum 𝕾 *l. s. s. p. 31.* aliquod *B C D Z.* aliquid *L.* antiquom *Buechelerus* aliquod u. a. *Goellerus* cleptus lectulus 𝕾 *l. s. s.* electus laptiles *B.* lectus laptiles *C D.* lectus dapsilis *L Z, quod Kiesslingius refutavit cens. p. 620.* electus lapis *Buechelerus* 55. aut *C cum spatio* aut a^r^mariola *D* greca *vel* Greca *libri* est *om. libri, add. Camerarius* 56. deferat dedatque 𝕾 *l. s. s.* petra debeatque *B C D.* pereat debeat (debet *Z*) *L Z.* expetat ematque *Kiesslingius l. s. s.* dare dehibeat usque *(!) Buggius l. s. s. p. 452.* praestet debeatque *Buechelerus* scorta C^1 57. haec (hec *L*) celamus *D L.* haec cęlamus *C Z.* heccelumus *B* clam omnis summa 𝕾 *l. s. s. p. 60.* clãmina *D.* nos clammina *B C* (nos *ex v. 58*). nos Damna *L Z.* nos damna una *Camerarius.* nos clam mira (*vel* summa) *Gronovius.* damna nos *Bothius.* nostra damna *Spengelius* 58. Qũo *B.* quoniam *C.* quoniã *D.* cum iam *L Z.* Qua *Buggius Philol. t. XXXI (a. 1872) p. 259* 59. Ne qui *Buggius 'Tidsskr. f. Philol. og Paedag.' t. VII (a. 1866) p. 30.* Neq; *B.* neq' *C D.* neque *L Z.* Ne quid *Camerarius* neu *B.* neque (neq' *C D*) *ceteri* cognatis *B* 60. 61 *inverso ordine praebent libri, quod correxi l. s. s.* 60. nostre etati *B* intempestiuae *Spengelius in adnot.* tempestiuo *B C D.* tempestiue *L Z* temperent *Sarace-*

Quos quóm celamus sí faximus cónscios, 40
Vna ánteparta démus postpartóribus 42
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt siet. 44
Nam núnc lenonum et scórtorum hic plus ést fere 45
Quam olím muscarumst, quóm caletur máxume. 65
Nam sí nusquam alibi súnt, circum argentárias
Scorta ét lenones quí sedent cotídie,
Ea nímiast ratio: quíppe qui certó scio
Heri plús scortorum fuísse iam quam pónderum. 50

nus. temperant *LZ, G. Hermannus Opusc. t. VIII p. 424: cf. Luebbertus 'Grammat. Stud.' I p. 40. 94* 61. cum *libri.* ut *Goellerus.* nunc *Seyffertus Philol. t. XXV (a. 1867) p. 464, Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 486 et 'Nachtr.' p. 71 sq.: cf. Luebbertus 'Grammat. Stud.' II p. 118 sq. 249 sq.* sic *LZ* faximus *Camerarius.* facimus *libri.* faceremus *Saracenus* conscios *LZ.* conscias *BCD* 62. Vna *𝔉: cf. l. s. s. p. 62 (ubi* Et *scripsi).* Vnne *B.* unde *CDLZ.* ut ne *'vetus codex Pistoris' apud Barthium Adv. XXXII, 11* anteparta *Saracenus.* anteparata *libri* ante parat ademus *B* pospartoribus *Ritschelius Opusc. phil. II p. 550.* postraptoribus *Hermannus l. s. s. Post hunc versum secuntur in libris verba* faxim lenonum et scortorum plus est, *ubi* faxim *ad corrigendum* facimus *v. 61 pertinere, cetera ex v. 64 repetita ad* damnosorum hominum *esse docui l. s. s. Pro* plus est *Acidalius* posthac minus, *Camerarius praeeunte Saraceno* ut plus est minus, *Meursius* multo minus, *alii alia coniecerunt* 63. minos *B* dãnos horum *B.* dampnosorũ *CD Post* sunt *ras. in C* est siet *Lambinus.* sunt sient *Spengelius* 64. hic *inseruit Ritschelius Opusc. phil. II p. 386* lenonum est et scortorum p. f. *Bothius.* lenonum plus et scortorumst f. *Goellerus* ferre *CD.* foro *Kiesslingius cens. p. 621: cf. Ribbeckius 'Beitr. z. L. v. d. lat. Part.' p. 7* 65. 66 *inverso ordine praebent libri, quod Camerarius correxit* 65. quã *CD.* Quã nus *B* muscarũ est *B.* Muscarum est *CD* cum *libri* maxime *libri* 66. quam *L* si nusquam alibi *Ritschelius l. s. s.* nusquam alibi si (sic *Z*) *BCDZ.* usquam alibi *L.* si alibi nusquam *Goellerus* argentarios *L* 67. Scorta et lenones *Scaliger.* scorti lenones *libri* qui sedent *Buechelerus l. s. s.* quasi sedent *libri (nisi quod* Quasi *CD et* sedens *C ante corr.), quod post Scaligerum Bothiumque male defendit Fuhrmannus 'de partic. comparat usu Plaut.' (ed. Gryphiswaldae a. 1869) p. 39 sq.* Scortă lenonesque assident *Wagnerus in Mus. Rhen. t. XXIII (a. 1868) p. 379* sq.* Scorta ibi lenonesque ads. *Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 13.* lenones scortaque ads. *Spengelius.* Quasi ⟨muscae in lacte de⟩sident *Ritschelius l. s. exempli causa. nihil egerunt Palmerius Spicil. p. 664, Osannus Anal. p. 188, alii* cotidie *CDZ.* cottidie *B.* quotidie *L* 68. ea nimia est *CDL.* Fanimia est *B* natio *Goellerus. cf. Barthius Adv. l. s. s.* certe *Z* 69. Heri *𝔉 cum L.* Eri *vel* eri *BCD.* Aeri *cum Z* (aeris *Saracenus*) *post alios Lipsius Ant. lect. V, 3.* Triplo *Camerarius.* Triplo ibi *Ritschelius.* Ibi *Seyffertus Philol. t. XXIX (a. 1870) p. 408.* Foro *Spengelius.*

Quos équidem quam ad rem dícam in argentáriis
Reférre habere nísi pro tabulis néscio,
Vbi aéra perscribántur usurária —
Accépta dico, expénsa ne qui cénseat.
Postrémo in magno pópulo mulierem ínclutam 55
Re plácida atque otiósa uictis hóstibus
Amáre oportet ómnis qui quod dént habent.
Nam mi hércle haec meretrix quae híc habet Phronésium
Suom nómen omne ex péctore exmouít meo. 59
Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntumum, 61
Quod amántis multo péssumumst pecúniae:

Fere *Kiesslingius cens. p. 621* fuisse 𝕾. esse *libri* iam *LZ.* eam *BCD* ponderunt *C* plus scortorum *nescio an e glossemate sit, ut tale quid olim extiterit velut* Heri maiorem fuisse eam (*scil.* ratio nem) *Hunc versum cum antecedente Bergkius delet l. s. s. p. 49 sq. assentientibus Boeckelio Reinhardtoque* 70. Quas *Ritschelius* equidem *Brixius epist. p. 7.* quidem *libri. cf. Muellerus l. s. s. p. 752.* quam quidem *Guyetus.* quidem quamnam *Bothius, Ritschelius* 71. haberi *Bothius* Resides haerere *Guyetus* tabulis *ex* talibus *C* 72. aera *Camerarius.* ae *B.* hę *CDZ.* he *L* 73. accepta *Acidalius.* Accipiat (*vel* accipiat) *libri* accipiat illico *Lambinus. cf. Turnebus Adv. X, 25* expensa *priore* e *ex* p *correcta B* ne qui *Acidalius.* neq; *B.* neq' *CD* *Post hunc versum lacunam statuit Brixius l. s. s.* 74. in magno (*vel* magno in) populo *Bothius.* id magno populo in *B.* id magno in populo *CDLZ.* in magno populo in *Camerarius* mulierem inclutam 𝕾. mulier hominibus (omnibus *L*) *libri.* multis hominibus *Camerarius.* innumeris hominibus *Bergkius l. s. s. p. 84* 75. placida *LZ.* plagida *BC.* plaida (g) *D* ociosa *BLZ* 76. amare *ex* amore *D* oms̃ *B.* Oms̄ *CD* *Cf. Visseringius 'Quaest. Plaut.' I p. 23 et Goetzius in Mus. Rhen. t. XXX (a. 1876) p. 165* *Post hunc quoque versum lacunam statuit Brixius l. s. s. Cf. 'Anal. Plaut.' p. 54 sq., ubi paulo liberius locum correxi* 77. mi hercle haec 𝕾. mihi hec *BL.* mihi hęc *CD.* mi haec nunc *Muellerus l. s. s. p. 710.* mi istaec *Bothius* Nunc haec mihi *Guyetus* meretrixq; *B.* meretrix Quę *CD* ꝑnesium *B* 78. Suũ *B.* suum *CD* omne *Camerarius.* oms̃ *BD.* omnes *C.* omnem *Z* suum nom̃ oms̃ *D in ras.* emouit *DZ* *Secuntur in BCDZ verba, quibus in B* glossa *adscr. man. rec. (Camerarii),* phronesium (phronesim *Z*) nam phronesis est sapientia, *quae in L sic cum versu 78 in unum compressa sunt:* omnem ex pectore euomit phronesim. *Glossema apertissimum Lambinus, Canterus Nov. lect. VII c. 10, alii deleverunt. Etiam qui antecedunt v. 77. 78 cur vix Plautini sint exposui l. s. s. p. 51 sq.* 79. atq' *ex* adq' *corr. C* intumum *BCDZ.* intimum *L* 80. amanti (!) *Maehlyus l. s. s. p. 114 sq.* amanti est mulso *Scaliger* pessimum est *libri* pecunie *BL.* *hariolatur Palmerius Spicil. p. 716*

Eadém postquam alium répperit qui plús daret
Damnósiorem, exínde inhiauit ílico,
Quem antehác odiosum síbi esse memorabát mala, 65
Babylóniensem mílitem: is nunc dícitur
Ventúrus peregre; eo húnc nunc conmentást dolum: 85
Peperísse simulat sése, ut me extrudát foras
Atque út cum solo pérgraecetur mílite. 69
Mihi uérba retur dáre sese: an me cénsuit 72

---

81. aliud *L* repperit *LZ.* repperi *CD.* reperit *B* plus *LZ.* pius *B.* prius *CD* 82. Dã nosi orẽ *B.* dampnosiorẽ *C.* dampnosiorem *D* *Addunt* mihi *BCD,* me *LZ, quod cum* danosiorem — *sic enim voluit* — *I. Brantius coniunxit, ceteri* exinde *particulae praemittunt repugnante usu linguae, ego delevi* exinde inhiauit ilico 𝔖. exine immouit loco *B.* exinde (ex inde *C*) Immouit loco *CD.* exinde amouit loco *LZ.* exin exmouit loco *Spengelius.* exim demouit loco *Kiesslingius cens. p. 621.* d. amantem, me mouit loco *Kochius in Fleckeis. ann. t. CV (a. 1872) p. 832.* d., illum exin summo habuit loco *Buggius ibid. t. CVII (a. 1873) p. 403.* exinde amauit (*vel* exim deamauit) ilico (*om.* me) 𝔖 *l. s. s. p. 55* *Post hunc versum graviter distinxit Acidalius cum aliis*

83. Quem antehac odiosum *Buechelerus l. s. s.* Qui (qui *CD*) manifesta ac odiosum *BCD.* quem infestum ac odiosum *LZ.* quem infensum odiosum *Lambinus.* quem senium ac odium *Acidalius.* quem manifesto (*vel* manifestum) odium *Bothius.* quem impense odiosum *Fleckeisenus ann. t. CI (a. 1870) p. 710 sq.* quem ista antehac odio *Muellerus 'Nachtr.' p. 29 adn.* quem infeste odiosum *Seyffertus in 'Stud. Plaut.' (ed. a. 1874) p. 23* 84. Babiloniensem *BCD.* babilloniensem *L* *Verba* quem — militem *ab* is nunc *dirimenda esse Buechelerus vidit* 85. peregred *Ritschelius l. s. s. p. 89* ea *L* hunc *add. Muellerus 'Plaut. Pros.' p. 486 adn. 'Nachtr.' p. 108* con menta est *B.* cõmenta est *D.* commenta est *CL* 86. Peperisse *Z.* Reperisse *B.* reperisse *CD.* repperisse *L* *Post* foras *graviter distinxit Acidalius itemque Dombartus Philol. t. XXVIII (a. 1869) p. 731 sq.* *Secuntur in libris verba* cum (Cũ *B,* eum *LZ*) esse simulant (simulat *L, Acidalius*) militem puero (puerũ *B*) patrem, *quae proximo versui subiecit Dousa, subiunxit Acidalius cum Dombarto. Vide infra* 87. Atq; *B.* Atq› *D.* Adq› *C* pergraecetur *Z.* pergrecetur *L.* peregre getur *BCD* militi *BCDZ.* milite *L* *Secuntur in libris verba* eum (Eũ *B.* eo *L, Bothius*) isti suppositum puerum (Puerum *CD*) opus pessime (pessum *C.* pessima *LZ*), *quae varie correxerunt Acidalius, Palmerius, Guyetus, Lomanus 'Spec. crit. in Plaut. et Ter.' p. 74, Spengelius, alii: velut* opino(r) *pro* opus *scribendo Buechelerus Dombartusque. Sed neque hunc versum neque alterum illum ullo modo tolerari posse demonstravi l. s. s. p. 48 sqq. reiectis simul vanis Dziatzkonis, Reinhardti, aliorum suspitionibus. Ceterum de versu priore Guyetum, de altero Weisium dubitasse video* 88. berba *B* uerbaretur *C* sese *Lambinus.* se *libri.* sed *Ritschelius l. s. s. p. 51* an me *LZ.* ame *BCD.* nam me *Bergkius l. s. s. p. 42*

Celáre se potésse, grauida sí foret?
Nam ego Lémno adueni Athénas nudius tértius,
Legátus quo hinc cum público inperió fui.
Sed écquid melius ést * * *
* * * Ástaphiumst ancíllula:
Cum eá quoque etiam míhi fuit commércium.

ASTAPHIVM. DINIARCHVS

ASTAPHIVM

Ad fóres auscultáte atque adséruate hasce aédis

---

92. *Camerarii scriptura decepti huc maxime rettulerunt Halmius verba [Iulii Rufiniani] de schematis lexeos § 43 (Rhet. lat. min. p. 58, 19):* Figura per pronomina, ut . . . 'quis mulier' *itemque Keilius Marii Plotii [M. Claudii] Sacerdotis p. 449, 24:* (soloecismus per immutationem generum) Plautus 'sed quis illaec mulier est' pro 'sed quae illaec'*: quae spectant ad Mil. glor. v. 361*

95—99. *Priscianus de metris Terentii p. 425, 27 K.:* (Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic conuenit, quem puto ut imitetur

---

89. se *om. L* potesse *CDLZ.* potest. se *B* 90. adueni *Geppertus.* aduenio *libri* tercius *B* 91. quo hinc *Bothius.* hinc quod (quo *LZ*) *libri, unde* cum *delet Spengelius, quod perperam defendit Bergkius p. 74 sq.* inperio *B.* Imperio *CD* 92. ecquid melius est 𝕾. hec (hęc *C.* haec *D*) quibus melius est *BCDZ, nisi quod in D man. rec.* li *lineola inducens* meus *efficere voluit.* quibus melius est *om. L.* haec quis mulier est *Camerarius, unde prius* est *del. Bothius, traiecit Fleckeisenus l. s. s. p. 184, alterum traiecit Spengelius, del. Goellerus.* haec quidem eius est Astaphium ancillula *Seyffertus l. s. s. p. 26 sq., vulgatam ferri non posse probans. alia temptavi l. s. s. p. 53 sq. Sed nunc non dubito quin recte* (ecquid) melius est *servaverim cum lacuna sic fere explenda:* quam ut hoc pultem ostium? Sed modo concrepuit*: cf. Pseud. v. 1121* 93. astaphium est *libri* 94. cum ea *LZ.* cum ergo *BCD.* quam erga *Seyffertus Philol. t. XXV p. 465, quod non admittit* quoque comertium *B.* commertium *CZ.* cõmertium *D*

Act. I Sc. 2. ASTAPIVM ANCILLA DIMARCVS IDEM · *B.* ASTAPHIVM ANCILLA · DINARCVS IDĒ · *C itemque (nisi quod* ASTAPHIV̄ *et* DINARC̄ IDĒ) D^3. Ascaphium ancilla. Dinarchus *L*

Codicum B et A discriptio ubi discrepat a nostra adnotavi. Versibus huius cantici restituendis praeter editores peculiarem operam navarunt G. Hermannus de metris p. 96. 202, Studemundus in Act. gymn.

Ne qui áduentor gráuior abaétat quam aduéniat
Neu, quí manus adtúlerit sterilís intero ád nos,
Grauidás foras expórtet. —
Nóui ego hominum móres: ita nunc ádulescentes súnt morati:
Quinei aút senei aduéniunt
Ad nós congerrónes consúlto consílio:

hanc confusionem rythmorum facit. sunt autem et trimetri et hoc plus minusque, et habent paenultimam uersus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam breuem, ut in Andria . . .) similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii 'ad fores . . . noui ego hominum mores' 101. *Placidi glossae p. 30, 1 D.:* consulta consilia: placita *(cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XXXV [a. 1880] p. 403 sq.). ubi cod. C (Corsianus) praebet:* consulta concilio plena*: vide infra*

Berolin. t. XVIII (a. 1864) p. 533 sqq. 544. 550, Brixius in Fleckeis. ann. t. XCI (a. 1865) p. 62. 68. 70, Muellerus in 'Plaut. Pros.' passim, Christius in 'Metr. Bemerk. zu d. Cant. d. Pl.' et 'Metrik d. Gr. u. R.' passim, alii. Quorum commenta singillatim percensere infinitae operae esset, perparvae utilitatis. Saepius in solis pedibus dimetiendis occupati artem criticam ipsamque grammaticam atque omnino artem neglexerunt. Velut v. 96 qui abaetat *spreverunt, vel v. 103 qui* dum illi agunt *tolerarunt, vel v. 99 qui* noui hinc *proposuit, alia eiusmodi. Quare Ritschelii exemplum et in constituendo cantico et in adnotando secutus sum* 95. Ad *CL, Priscianus.* d *cum spatio initiali D.* ꝺ· Aut *B.* Aput *Spengelius* foras *B* auscultato *LZ* adq? *CD* adseruate hasce aedis 𝕾. adseruate aedes *Priscianus.* adseruas (seruas *C*) aedis *BCD.* asseruabis aedis *L.* adserua has aedis *Z* 96. qui *Hermannus.* quis *libri cum Prisciano* abaetat *B.* abeat *CDLZ cum Prisciano Post* quam *spatium in C.* qua *B* 97. qui *BCDL.* quis *Priscianus* attulerit *libri cum Prisciano* sterilis *Priscianus.* steriles *libri* intero 𝕾*: cf. Buechelerus in Fleckeis. ann. t. XCIX (a. 1869) p. 486.* intro *libri (C cum spatio).* ad nos intro *Bothius* 98. fores (a superscr.) *D* exportet *Priscianus, Z.* ex ort& *C.* exortet *BD.* asportet *L* 99. noui — mores *versui 98 adplicat B, reliqua cum* quinei *versum faciunt Post* ego *spatium in C* sunt morati *Bothius.* morati sunt *libri* 100. *Ante* quinei *spatium* in *C* quin ei *DLZ* aut senei *Schneiderus in praef. 'Trucul. e cod. Heidelb. expressae' p. 4.* Aut senec *BC.* Ause (t superscr.) nec *D.* aut se, nec *LZ.* ut simitu *Camerarius.* ut semel *Bothius* 101. ad nos 𝕾*: cf. v. 97. 107. 111. 112. 114 al. neque umquam se ipsa scorta dicunt scorta.* ad scorta *libri (cum spatio C).* ad scortulum *Brixius a* senei *novum bacchiorum ordinem incipiens.* ad scortum congerrae *Kiesslingius cens. p. 622*

Quando íntro aduenérunt,
Oenús eorum aliqui ióculum amicae usque óggerit, dum
illi hárpagant
* * *
Sin séruom uidént quempiám se adseruáre,
Qui [cústodem] oblúdant obléctent,
Per ióculum et ludúm de nostró specimen édunt,
Quod fáctores fáciunt.
Fit pól hoc et pars spectátorum scis tís spoliis me haud
méntiri:

---

cum versu 100 tetrametrum efficiens congerones *BCD* consulto consilio *Kiesslingius l. s.* consulta concilio *Placidi cod. C.* consulta consilia *ceteri codd. Placidi.* Consulta sunt consilio *BCD.* consultassunt consilio *LZ.* consulta sunt consilia *Camerarius.* consultis consiliis *Brixius* 102. adueniunt *LZ* *In B hic non est interstitium* 103. Oenus *B.* Vnus *CD* aliqui ioculum 𝕾. aliquis oculum *libri.* aliquis osculum (osclum *Brixius*) *Camerarius, quod ferri non posse Kiesslingius cens. p. 637 demonstravit* amicae (amice *L*) usque *LZ.* amicensq; *BCD* aggerit *L* harpagant 𝕾. agant *libri.* tagant *Gulielmius Verisim. II, 3.* agunt quod agunt *Lambinus.* agunt rem suam *Scaliger.* *varia temptavit Spengelius* 104. *lacunam unius versus significant BCD, in quo rubricator cod. B verbis* S̃S CETERI CLEPTAE *pronomen* illi *explicavit.* sunt ceteri cleptae *Camerarius.* ceteri cleptae lurcantur uel harpagant *Lambinus, Dousa.* suam rem agunt ceteri cleptae *Spengelius, cui tamen glossema suboluit. Et metricis rationibus et Plautinae consuetudini talis responderet versiculus:* Clepúnt rapiunt fúgiunt 105. Sin seruom 𝕾. Sin *BCD.* cum *LZ* uideant *Camerarius* adseruare *CDZ.* adueruare (s *supra* u) *B.* asseruare *L* 106. *versui 105 adplicat B, item v. 108 versui 107* Qui obludant oblectent 𝕾. obludeant (obluunt *L.* obludunt *Z*) qui (dum *Camerarius*) custodem oblectent (Oblettent *C*) *libri* 107. deñro *BC* specimen edunt 𝕾. sepe (sępe *D.* saepe *Z*) aedunt (ędunt *D.* edunt *LZ*) *libri.* saepe rapiunt *Spengelius.* saepe clepunt *Seyffertus Philol. t. XXIX (a. 1870) p. 408. Improbabilia comminiscuntur Kiesslingius cens. p. 622 sq., Bergkius l. s. s. p. 59 adn., inepta Maehlyus l. s. s. p. 115* 108. factores 𝕾 *coll. Curcul. v. 297: aperte enim tanquam sphaeromachia describitur v. 106—110, suppilatis nimirum (non pilis) instituta.* Fartores *CDLZ.* fector̃ (*i. e.* fectorum) *B.* lepido ore *Spengelius.* furtum *Buechelerus l. s. s. anapaesticum ex v. 107 cum 108 constituens. de* furtum *iam Seyffertus l. s. cogitaverat* 109 *sqq. Anapaesticos numeros Studemundus agnovit l. s. s. p. 535; ex parte alios constituit Seyffertus 'de bacchiac. vers. usu Plaut.' p. 29 assentiente Vsenero in Ind. schol. Gryphiswald. a. 1866 p. 11. Cf. etiam Lachmannus in Lucr. p. 262*
109. scis tis 𝕾. scistis *BDZ et cum spatio C.* scitis *L, Camerarius* spoliis 𝕾. poli *B.* pol *CD. om. LZ* *an:* scitis probe? *Sequitur*

Ibúst ibi pugna et uírtust de praedónibus praedam cápere.

At ecástor nos rusúm lepide referímus gratiam furíbus nostris.

Nam ipsí uident quom eorum ádgredimur bona atque étiam ultro ipsi adgerúnt ad nos.

DINIARCHVS

Me illís equidem haec uerberát uerbis: nam ego húc bona mea degéssi.

ASTAPHIVM

Conmémini: iam pol eúmpse ad nos si dómi erit mecum addúcam.

DINIARCHVS

Heus mánedum, Astaphium, príusquam abis!

---

in B ec uos *i. e.* et uos (*scil.* pars spectatorum scistis), *quod delevi: vulgo cum CD efficiunt* haec uos (Haec *C.* Hęc *D.* hec *om.* uos *L*), *quod ferri non posse Spengelius, Kiesslingius, alii monuerunt* haud *CD.* aut *B* 110. Ibust ibi pugna 𝕾. Ibi sib; pugne *B.* ibi usibus (usib; *D*) pugnȩ *CD.* ubi usus pugnae (pugne *L*) *LZ.* Ibi est ibus pugnae *Camerarius.* Neque ibist opus pugna *Buechelerus l. s. s. p. 570 hunc versum cum Goellero post eum qui sequitur collocans* uirtust 𝕾. uirtuti *libri* 111. ATECCASTOR *A.* At *BCDLZ* rusũ *B.* RVRSVM *A cum CDL* grãm *BD* nr̃is *B* *Ceterum vix dubito quin de horum anapaestorum asperitate recte suspitionem moverit Brixius: ac potuit Plautus dare* redhostímus furibus nóstris*: cf. Festus p. 270 M.:* redhostire] referre gratiam 112. cum eorum *BCDLZ.* EORUMCUM *A* adgredimur 𝕾. ACCERIMUS *A.* aggerimus *ceteri (et ipse fortasse A).* egerimus *Gesnerus.* auferimus *Spengelius.* auortimus *Fleckeisenus ann. t. CI (a. 1870) p. 712 alios numeros constituens.* abgerimus *Seyffertus in 'Stud. Plaut.' p. 28* ATQ· *A.* loqui *BCDZ. om. L.* alioqui *Valla.* quin *Camerarius* aggerunt *libri cum A* *Forsitan praestet:* ultro adgerunt ad nos *Verba* etiam . . . nos *in B versum occupant* *Personarum significatio ubi extat in BCD adnotabitur* 113. *Dirimuntur cola in A* illis equidem 𝕾. illis quidem *libri cum A.* quidem illis *Buechelerus l. s. s.* hec *BL* UERBERANT *A* KUCBONAMEADEGESSI *A.* huc done adecessi *B.* huc dona concessi *CD. cf. Studemundus Hermae t. I p. 303 sq.* huc (huic *L*) dona congessi *LZ.* huic dona accongessi *Camerarius* 114. Cõmemini *B.* Commemini *ceteri cum A* POL *A.* pol ego *ceteri* eumpse *Bothius.* EUMIPSUM *A, Camerarius.* um sum *BC.* uñ sum *D ante ras.,* ui sum *post ras.* uisam *LZ* ADNOS *A. om. ceteri* ERIT *A cum LZ.* erat *BCD* MECŨ *A* 115. *In B interstitium est post* scies (*v. 116*) ASTAPKIUM *A.* adstaphius *B.* astaphius *CD.* ascaphium *L* ABIS *A.* auis *BCD. om. LZ*

ASTAPHIVM

Quí reuocat?

DINIARCHVS

Scies: réspice huc!

ASTAPHIVM

Quis est?

DINIARCHVS

Vóbis qui bona multa ésse uolt.

ASTAPHIVM

Dato,
Si ésse uis!

DINIARCHVS

Fáxo erunt: réspice huc modo.

ASTAPHIVM

Ódio med énicas míseram quisquis es.

DINIARCHVS

Péssuma, mané!

ASTAPHIVM

Óptume, odió's! —
Díniarchúsne illic est? átque is est, is est!

---

120. *Priscianus de metris Terentii p. 422, 19 K.:* utitur etiam monometris ut in Truculento 'pessima — odio es'. *Cf. Studemundus in 'Festgruss d. philol. Ges. zu Würzburg' (ed. a. 1867) p. 47*

---

116. QUIREUOCAT *A.* qui reuoca *B.* reuocat *CD.* quis reuocat *LZ* 117. *In B interstitium post* respice (*v. 118*) qui bona multa 𝕾. qui multa bona *libri cum A.* qui multa dona *Spengelius cum Studemundo (at cf. Poen. V, 4, 46, al.).* qui omnia bona *Vsenerus l. s. s.* qui multa duona *Bergkius l. s. s. p. 134.* multa qui bona *Fleckeisenus l. s. s. p. 712* uolt *L.* uult *ceteri cum A* 119. Odio med enicas *Fleckeisenus l. s. ex parte secutus Kiesslingium cens. p. 623.* io tenicas me *BCD.* io enicas me *LZ.* OK (*in fine versus antecedentis*) ENICASME *A* esi *B* 120. PESSIMAMANE *A cum LZ et Prisciano.* pessimā Anel *B.* pessimam anel *CD cum spatio initiali ante* anel, *unde* maned *Pareus,* mane. I (, optume) *Gruterus effecerunt* 121. optume *C.* optune *B.* OPTIME *A cum Prisciano. om. DLZ* odio es *Priscianus.* ODIOEST *A.* odiosus es *ceteri (inter spatia C, cum personae spatio post* es *D)* 122. DINIARCKUSNE *A.* Dinarchus ne *B.* dinarchus ne *CD.* Dinarchusne *LZ.* sed Diniarchusne *Fleckeisenus l. s. Interstitium in B post* manum (*v. 124*) ille *Vsenerus l. s. s.* ADQ· *A* is est is est 𝕾*: cf. Trin. v. 1071 sq.* Isestis *C.* is estis *D.* isertis *B.* Is est is *LZ.* ISEST *A.* is est. it (ad nos) *Camerarius*

DINIARCHVS

Sálua sis.

ASTAPHIVM

Ét tu.

DINIARCHVS

Fer cóntra manum et paritér gradere.

ASTAPHIVM

Tuis séruio atque audiens sum ínperiis.

DINIARCHVS

Quid agís?

ASTAPHIVM

Valeo et ualidúm teneo.
Saluós peregre quóniam aduenís, cena détur.

DINIARCHVS

Benígne dicís, bene uocás, Staphium, —

ASTAPHIVM

Amábo

---

ullasatis *C* poposcit *cum spatio C* *Versus 241—243 non dubitaui secludere, cum uersus maxime 243 post uersus 239 sq. intolerabilis sit: augeretur molestia, si post ipsum uersum 240 v. 243 collocaretur, quodc Spengelius cogitauit* 241. nã *D* namquando *C* ABDATIS *A.* adatis *B.* Datis *CD.* datis *L.* Satis *Z* *Lacunam post* datis *statuit Camerarius, ubi* improbus est *addidit Lambinus* 242. sinegat *CD* habere *Geppertus.* se habere *libri cum A* (sehabere *CD*) QUODDET *A cum LZ.* qd & *BD.* quod& *C* soli hau credimus *S.* SOLICREDIMUS *A.* soli *BDCZ (unde* pernoctandum est *addidit Lambinus,* esse huic licet *Bothius,* cubitio est *G. Hermannus in ann. phil. t. XXXV [a. 1842] p. 190).* sin *L.* solae (*vel* solae ei) credimus *Brixius epist. p. 9* 243. nec *CD* accepimus *C* Satis *CD* cum *libri cum A* (cũ *B*) nonhab& *C* 244. Sēp *B.* semper *CD* Oportet *CD* QUAERERE *A.* querere *ceteri* 245. Qui dethen auris *B.* quindethensauris *C.* quin dethensauris *D.* qui de thesauris *LZ.* DETKENSAURIS *A* demus danunt (Danunt *CD*) *BCD, quod uerbis, non argumentis impugnauit Niemeyerus l. s. s. p. 41 sq.* dona danunt *LZ.* DEMUMOCCERUNT *A ex v. 103. 112.* demunt danunt *Pistoris: cf. Langenus l. s. s. p. 305.* domuis danunt *Bothius.* dempta *vel* dona oggerunt *Brixius.* plenis danunt *Buggius l. s. s. p. 407, rectius tamen* demus (*vel* demum), *quod perperam explicauit Bergkius l. s. s. p. 132 (cf. Fleckeisenus in ann. phil. t. CI [a. 1870] p. 843), cum Placido p. 32, 15 D. per* tum, tum deinceps *reddens, quocum concinit Festus Pauli p. 70 M.* post *adhibens: cf. Bacch. v. 270 sq.* 246. UELUT *A, Camerarius.* Vi ut *B.* ui ut *CD.* hui ut *LZ* adolescens *DL* quihic *C* habet *LZ cum Placido.* habit *B.* abit *CD* *Versum glossematis dilatatum sic in A habemus:* UELUTKICESTADULESCENSQUIKABITANTKICAGRESTISRUSTICUS, *quod recto iudicio cum alii tum Studemundus in 'Festgr. d. philol. Ges.' p. 46 sq. Kiesslingiusque cens. p. 628 respuerunt, perverse defendit Niemeyerus l. s. s. p. 49 sq. Etiam in sequentibus versibus variis mutationibus tres septenarios effecit A:* nimis .... patrem, etiam .... uolo, conuenire .... uiolentissimus 247. pol *om. A* NIMISQ· *A* pb; *B.* probus *cum spatio C* dator *LZ.* datur *BCD.* AMATOR *A ex v. 236*

Is clám laterem etiam hac nócte illac,
Porro hórtum transiluít ad nos:
Eúm uolo conueníre.
Sed ést huic unus séruos uiolentíssumus,
Qui ubi quámque nostrum própe uidet hasce aédis adgredíri,
Item út de frumento ánseres clamóre absterret ábigit:
Itást agrestis. séd fores quidquést futurum fériam.
Ecqui huíc tutelam iánuae gerit? écquis intus éxit?

Versibus 248 sq. aperte ad anapaesticos 'transilit' poeta, cum clausula iambica, unde senarius ad septenarios transitum parat. Violentius Muellerus l. s. s. p. 326 adn. post Bothium senarios continuavit itemque Fleckeisenus l. s. s. p. 850 septenarios antecedente dimetro 248. Is *Geppertus.* Sed is *libri cum A* (Sedis *CD*) *ex v. 251.* Satin *Bothius.* uel is *Seyffertus in Philol. t. XXIX (a. 1870) p. 410*

laterem 𝕾*: cf. v. 304 sq.* pater *BC.* pat̃ *D.* patre *LZ.* PATREM *A, Dousa* hac nocte illac *L.* KACNOCTEILLA *A.* hac noctem (noctẽ *D*) illac *BCD.* hanc noctem illac *Z. lacunam post* illac *statuit Camerarius, ubi* illam maceriem *addidit Lambinus* 249. Porro 𝕾. Por *B.* Per *ceteri cum A* transiluit *Bergkius l. s. s. p. 133.* transiliuit *BDLZ et cum spatio C.* TRANSIT *A* (transiit *[!] Spengelius*), *quod optime refutavit Fleckeisenus contra Muellerum aliosque* adnos *C* eum *BCD* Satin étiam hac nocte clám patrem per hórtum illac transíluit ad nos: eúm uolo conueníre *Fleckeisenus legem violans quam postea ipse recte constituit in ann. phil. t. CVII (a. 1873) p. 504* 250. conuenire *del. Bothius* 251. huic *cum spatio C.* KIC *A* seruus *libri cum A* UIOLENTISSIMUS *A cum DLZ.* uiolentis simus *C.* uiolentissimũ *B* sed únus uiolentíssumus est huíc Stratullax séruos *Fleckeisenus* 252. QUAMQ· *A.* quãq; *B.* quãque *D.* quenque *L* nostrum prope uidet 𝕾. nostrarum (ñrarũ *BC*) uidet prope *libri cum A* aedis *CL.* ędis *D.* edis *B.* AEBIS *A* hasce *Z, quod ante* aedis *transposui.* hac si *BCD.* ac si *L. om. A* ADGREDIRI *A.* adgredias *B.* agredias (hacsiagredias *C*) *CD.* aggrediens *L.* egrediens *Z.* adgredier *Bergkius, quod cum et Fleckeisenus probaverit et ego l. s. s. p. 3 et Niemeyerus l. s. s. p. 51, refutavit Langenus l. s. s. p. 82 sq.* 253. UTDE *A cum Z.* uide *BC.* ui de *D.* de *L* et abigit *L* 254. ITAEST *A cum Bothio.* Is item (itẽ *B*) est *ceteri ex v. 253, unde* ita *iam Guyetus restituit* quidquest 𝕾. QUIDQUIDEST *A.* quicquid est *ceteri: cf. Mil. glor. v. 311* futurũ *BC* quicquid futurum est *Bothius* 355. Ecqui *Fleckeisenus.* Ecquis *libri cum A* tutulã (e *supra* u) *B* ianue *BCD* gerit (g *ex* r *ut videtur*) *D* ec quis *BCD* *In fine* ancilla *add. BCD*

STRATVLAX. ASTAPHIVM

STRATVLAX

Quís illic est qui tám proterue in nóstras aedis árietat?

ASTAPHIVM

Égo sum: respice ád me!

STRATVLAX

Quid 'ego'? nón inuideo té tibi.

Quíd tibi ad hasce accéssiost prope aédis aut pultátiost?

ASTAPHIVM

Sálue, Stratulax.

STRATVLAX

Sát salutist: níl moror! non sálueo?

---

259. *Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos p. 433, 5 K.:* sunt uerba quae et modis et omnibus temporibus et personis deficiant et haec tantum modo habeant 'salue saluete saluere', quamuis Plautus in Truculento posuerit 'non salueo', sed inridenter: nam de persona rustici dixit. *Idem p. 490, 20 K. (= Probus cathol. p. 38, 18 K):* nam

---

Act. II Sc. 2. TRUCULENTUS AS . . . KIUM *A.* ASTAPHIUM TRVCVLENTVS *B.* Stratilax seruus Ascaphium ancilla *L. om. CD (nisi quod in C m. rec. in marg. add.* Actus 2 : 2) 256. quitā *C* PROPTERUE *A: cf. Bergkius in Fleckeis. ann. t. XCIX (a. 1869) p. 479 sq. et Loewius in Act. soc. phil. Lips. t. II p. 468.* proterue *BLZ.* proter ue *C.* proteruȩ *D* in nostras *Bentleius in Cic. Tusc. V c. 39 p. 298 Or.* nostras *libri cum A* (nr̄as *BC*)*: cf. Accius praet. v. 24 R.* AEDIS *A cum BCLZ.* ędis *D* erietat *C* 257. Egosum *C* RESPICADME *A cum pers. spatio* adme *C* quidego *C.* Quid *L* non inuideo te tibi 𝕾. nonne ego uideor te tibi (tetibi *CD*) *BCDZ.* NONNEUIDEORTIBI *A.* Asca. Non ego uideor tibi *L.* nonne ego uideo? uae tibi *Camerarius.* AST. non nego. STR. Video: uae tibi *Acidalius. Non minus improbabilia Geppertus, Spengelius, Brixius epist. p. 5, Boeckelius l. s. s. p. 7 sq. coniecerunt, quos tamen omnes superavit artificiosa Buggii audacia* núm 'ne-ego' uideór tibi *serio tribuentis rustico* 258. ADKASCE *A cum LZ.* abhasce *C.* ab hasce *D.* ab asce *B* accessiost prope aedis aut pultatiost 𝕾. accessio est aedis (ędis *D.* edis *B*) prope aut pultatiost (pultatio st *C.* pultatio est *L*) *BCDLZ.* ACCESSIOAEDISEST-PROPEAUTPULTATIO *A, Bothius* 259. Salue, Stratulax. STR. Sat salutist 𝕾*: cf. Asin. v. 511.* SALUE ⌗ SATMIKITUAESALUTIS *A.* Salue satis mihi est (mihiest *C.* est mihi *Z*) tuę (tue *BL*) salutis (saluitis *B*) *ceteri* nihil *libri cum A* miror *B* non *libri praeter A cum Sacerdote.* SAT *A, quod perperam post alios defendit Niemeyerus l. s. s. p. 9 sq.*

Aégrotare málim quam esse tuá salute sánior!
Séd uolo scire: quíd debetur híc tibi nostraé domi?

ASTAPHIVM

Cónprime sis eiram.

STRATVLAX

Éam quidem hercle tú, quae solita's, cónprime!
Ínpudens ut pér ridiculum rústico suadét stuprum!

ASTAPHIVM

Eíram dixi: usú cepisti, démpsisti unam lítteram.

'cedo' quod significat 'da' sine uerbi totius substantia solum reperitur numero singulari 'cedo', numeri pluralis 'cette': sic Plautus et antiqui comoediographi, sicut est 'salue saluete saluere': nam quod Plautus in Truculento posuit 'non salueo' inridenter posuit pro persona rustici 262. *Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos p. 453, 19 K.:* aeschrologia est uerborum turpitudo, non intellectus: 'reprime sis iram' etc. *Idem p. 461, 25:* (astismus fit . . .) per cacemphaton, ut est illud Plautinum 'reprime sis iram', nam rem turpem sonat utpote a meretricis ancilla dicta oratio, *ubi etsi codex utroque loco* reprime *praebet, grammaticum tamen* conprime *dedisse recte contendit Keilius, quoniam* reprime *'turpitudinem' non habeat*

---

260. AEGROTAREMALIMQUAM *A cum LZ.* Egrotarē aliquā *BD.* Egrotarem aliquā *cum spatio C* ISSETUA *A.* esse tua *L.* cēm suā *B.* essem suam *cum spatio C.* eē suam *D.* esse tua in *Z* saluior *post Pareum defendit Doederlinus in 'Lat. Synon. u. Etym.' t. I p. 31* 261. SED *A.* Ad *B.* At *DLZ.* Aut *C* uoloscire *C cum spatio* quiddebetur *C* nr̃e domi *B.* nr̃ę domi *CZ.* nrē (*ex* nr̃a *ut videtur*) domi *D.* nostre domi *L.* INNOSTRADOMO *A* 262. Con prime *B.* COMPRIME *A cum LZ.* cōprime *CD.* reprime *cod. Bob. invito Sacerdote* sis eiram *Geppertus.* SISIRAM *A cum Sacerdote.* spero (Spero *CD*) *ceteri.* istam eiram *Spengelius coll. Amph. v. 348 (ubi* istam linguam *habemus!)* EAM *A.* meam *CDZ.* meā *B.* me *L.* eram *Spengelius* QUIDEMERCLE *A* TUQUAESOLITASCONPRIME *A.* tuq; solitas c̃primas *B.* tuqꝫ solitas comprimas *CD.* tu solita es comprimi *L.* tu quem solitas comprimas *Z.* te qui solitust comprimat *Lipsius Lect. ant. IV, 6, quo meliora assequi frustra temptavit Rostius Opusc. p. 172 sq.* Eram? quin hercle te quae solita's comprimi *Spengelius in adn. An:* Eram quidem hercle? tua era solitast conprimi! 253. INPUDENS *A cum LZ, quod reduxerunt Lambinus Bentleiusque.* Inprudens *BCD* ut per ridiculum 𝕾. per ridiculum ut *DLZ.* ꝑ ridiculū ut *BC.* QUAEPERRIDICULUM *A.* per deridiculum ut *Dousa* rusticos uad& *B* SUADES *A* *Versum delevit Bothius* 264. Eiram *Geppertus.* iram

Nímis quidem hic truculéntust.

STRATVLAX

Pergin mále loqui, muliér, mihi?

ASTAPHIVM

Quíd tibi ego maldíco?

STRATVLAX

Quia enim mé truculentum nóminas. 11

Núnc adeo nisi ábis actutum aut dícis quid quaerás cito,

Iam hércle ego hic te, múlier, quasi sus cátulos pedibus próteram.

---

268. *Nonius p. 457, 11 M.:* (Catuli non solum canum diminutiue, uerum omnium animalium appellantur . . .) Plautus Truculento 'iam . . . . . proteram' *Praeterea perperam cum Burmanno huc traxerunt Plauti fragmentum a [Servio] ad Aen. II, 357 servatum* et ego te conculcabo ut sus catulos suos, *qui plenus est senarius*

---

libri cum A usu cepisti 𝔖 *coll. Amph. v. 375. 845. Stich. 241. Bacch. 284 sq. al.* SUTDECEPISTI *A* (UTTEDECEPISTI *Loewius dubitanter enotavit*). ut esse cepisti (cepisti *CD*) *ceteri.* ut tu accepisti *Muellerus l. s. s. p. 26.* tu clepsisti *Christius.* 'i' tu excepisti *Buechelerus. alia Geppertus, Spengelius, Brixius epist. p. 5* DEMSISTIUNAMLITTERAM *A.* sidem sistun alteram *B.* fidem (fidè *CD*) si est (ē *D.* siest *C*) una altera *CDLZ. Vana temptarunt Palmerius, Lambinus, Pareus, Salmasius, Gronovius, Bothius, Goellerus, Geppertus* 265. NIMISQUIDEMKIC *A, Bothius.* Nimis (nimis *CD*, m *ex* si *facta in B*) hic quidem (Quidem *CD*) *ceteri* TRUCULENTUST *A, Brixius in progr. gymn. Hirschberg. a. 1854 p. 11.* truculentus *ceteri An:* Nimis quidem truculentu's? MIKI *A· cum LZ.* mihi es *BD.* mihies *C* 266. Quidtibi *C* MALEDICO *A, Acidalius.* aut medico *BCD.* autem dico *LZ* quiª *D* TRUNCUMLENTUM *A, quod ut servarent Spengelius* enim *particulam delevit Plautinissimam, Dombartus l. s. s. p. 753* me *pronomen prorsus necessarium, cum Fleckeisenus in ann. philol. t. CI (a. 1870) p. 782 adstipulante Boeckelio l. s. s. p. 20* ego *removens versum certe non meliorem reddat. Insulsam scripturam, quam tam metrum respuit quam sententia, ex* TRUCULENTUM *prognatam esse scite observavit Buechelerus, quod in cuiusvis folii fronte exhibet A lineolis nomen proprium notans* NOMINAS *A.* nomines *ceteri* 267. AUT *A, Bothius Goellerusque.* ac *ceteri* (acdicis *C*) DIC.S (DICAS *ut videtur*) *A* QUEM *A* QUAERAS *A.* q; ras *B.* queras *ceteri* CITO *A, Camerarius.* scito *ceteri* 268. Iamhercle *C* ercle *D* (hercle *D*²) mulier quasi sus catulos (su scapulos *B*) *BCDLZ cum Nonio.* QUASISUSCATULOSMULIER *A* PEDIB·PROTERA *A (quanquam · evanuit).* pede poteram *Leidensis Nonii* Proterã *cum spatio C.* Poterã (Proterã *D*³ *ut videtur*) *cum spatio D*

ASTAPHIVM

Rús merum hoc quidémst.

STRATVLAX

Pudendumst uéro clurinúm pecus.
Áduenisti huc te óstentatum cum éxornatis óssibus:
Quía tibi insuaso ínfecisti própudiosa pállulam, 16
Án eo bella's? quía clepis tibi ármillas, an eó's ferox?

---

269. *[Servius] ad Aen. I, 435:* Plautus 'clurinum pecus' simiam dixit. *Arnobius p. 123, 17 Reiff.:* . . . clurino cum pecore nescio quis auctor voluit esse commune *Glossas quibus* clura: simia *explicatur post alios composuit Loewius in Act. soc. phil. Lips. t. VI p. 359 sq.*

271. *Festus p. 302, 12 M.:* Suasum colos appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in uestimento albo. Plautus 'Quia . . . . . pallulam'. quidam autem legunt insuaso. nec desunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo suasum uocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire. *Cf. Paulus p. 111, 9 M.:* Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. *Philoxenus*

269. rus *D* rusmerũ *C* hic *LZ* QUIDEMST ⌗ PUDENDUMESTUEROCLURINUPECUS *A.* quidem (quidē *BD*) est (ē *D*) pudendum et (& *BD*) uero clurinũ (Clurinum *CD*) pecus (u *litterae priore parte ex* t *facta D.* pucus *C*) *ceteri* clurinum *vanis suspitionibus temptarunt Saracenus, Anselmus, Turnebus, Matth. Klockius, Acidalius, Doederlinus, alii Versus 269—272 perperam tractavit Rostius Opusc. p. 204 sqq.* 270. aduenisti *CD* TEOSTENTATUMCUM *A, Acidalius Guyetusque.* sistentatũ *BCD, quod placuit Doederlino l. s. s. t. III p. 306.* sustentatum *LZ.* nos tentatum cum *Camerarius (quod ipsum A fortasse praebere Studemundus notaverat obloquentibus Gepperto Loewioque).* os dentatum *Dousa.* sic tentatum *Bothius.* te extentatum *coll. Most. v. 594 Kiesslingius cens. p. 628* (*allitterationis gratia, quae tamen non minus elegans est in* ostentatum exornatis ossibus). *cf. Boeckelius l. s. s. p. 9 sqq.* oribus (= auribus) *Salmasius Praeter rationem Spengelius coniunxit* aduenisti . . . . ossibus, quia . . . . pallulam 271. Quiatibi *C* insuaso '*quidam*' *apud Festum.* SUASO *A cum Festo.* resuasu *BCD.* rei suasio *L* tibin suaso *Acidalius cum Meursio* Quiane (Quian *Muellerus*) tibi suaso *Brixius epist. p. 9* PALLULAM *A cum LZ et Festo.* pali uiã *B.* palliuiam *CD* 272. ANEOBELLAES *A cum Z.* Ane obella est *B.* aneo Della est *C.* an eo Bella ē *D.* eo bella es *L* QUIACḶEPISTIBI *A* (quia clepsisti *coni. Bothius*). quiaccepisti *BC.* qui accepisti *DL.* quia cępisti *Z.* quia accepisti *Camerarius* armillas *Salmasius.* ARṂILịA *A* (*de* MI, *non de* AR *et de* A *extrema dubitat Loewius;* ạrmiliạs *Studemundus apud Spengelium dedit*). arme *B.* arma *CDLZ* an eo's ferox 𝕾: *cf. l. s. s. p. 4 sq.* ANEAS (E *supra*) *A, in marg. add.* AẸṆẸẠS, *quod non recte recepisse Spengelium cum Studemundo Kiesslingius monuit cens p. 614.* aduenias *BDLZ*

ASTAPHIVM

Núnc places, quom mi ínclementer dícis.

STRATVLAX

Quid hoc quod té rogo:
Máncupion qui accípias gestas técum ahenos ánulos?
Pígnus da, ni lígneae haec sint quás habes Victórias.

ASTAPHIVM

Ne áttigas me!

STRATVLAX

Téne ego tangam? íta me amabit sárculum, 21

---

p. 122, 2 insuasum: εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων *V. Loewii Prodr. p. 277 sq. et G. Curtius in 'Stud. z. lat. u. griech. Gramm.' vol. V p. 243 sqq.*

---

et cum spatio C, unde ar me aduenias = ad me aduenias *haud pauci cum Scaligero defenderunt repugnante loci sententia sanaque ratione.* ac uirias *Salmasius.* argenteas *Kiesslingius temptavit, desperavit Muellerus l. s. s. p. 283 adn. 589 adn. Partem veri Buggius vidit in Fleckeis. ann. t. CVII (a. 1873) p. 408, artificiosius tamen* an eo Venu's (*vel* Helena's) *proponens, post quem Kochius ibid. p. 772* an eo te amas *suasit. nec metro nec sententiae satisfacit Loewii transpositio in 'Anal. Plaut.' p. 214* quia clepisti ahenas armillas tibi, *ubi etiam* clepisti *forma perdubia est. Quid Geppertus sibi velit in 'Plautin. Stud.' I p. 72 nemo facile perspiciet Versus 272—275 proscripsit Guyetus cum Lambino* 273. nunc *CD* CVMMIKIINCLEMENTER *A.* cũ me illi uel inmentiri *B.* Cum me (Cũme *C*) illi uelim mentiri *CDLZ. nihil effecerunt Scaliger, Palmerius, Lipsius, alii* dices *Z Personae spatium om. A* q^i^d *B* K^c^OQVODTE *A, Scaliger.* qđ te *BD.* quodte *CLZ* 274. MANCIPION *A.* Mancupiũ *B.* Mancupium *CDZ.* Mancipium *L.* Mancupio *Lambinus* qui *om. L* GESTAS *A.* gesta *ceteri* AENOSANVLOS *A, Turnebus Adv. X, 25 Lambinusque.* henos anuos *B.* ^h^ẹnos anuos *D.* he nos (henos *L.* hẹ nos *Z*) an uos *CLZ* 275. Pignus da ni ligneae hae (haec *Buggius l. s. s. et Schmidtius 'de pron. demonstr. formis Plaut.' [Berol. a. 1875] p. 44 sqq.*) *Studemundus.* PIGNVSDAL..NEAEKAE *A* (*inter* L *et* N *Loewio* IR *potius quam* IG *locum habere visum est*). Dignus dant lauinie (lauinię *D.* lauimę *C*) hic *BCD.* Dignos dant Lauiniae Sic *LZ. an* Lau(e)rniae *latet? Incredibilia olim excogitaverunt Turnebus, Alciatus, Bosius, Passeratius, Palmerius, Meursius, Bothius, Goellerus, Geppertus alii* SINT *A.* sunt *ceteri* uictorias *libri cum A* 276. Ne atticas (Neatticas *B*) me *BCD.* NEATTINGASM. *A.* Ne attingas (actingas *L*) me *LZ* Tene ego tangam *S.* tangam (tangã *B*) *libri cum A, sed in A ante* TANGAM *nova lacuna, in quam* EGONTE (Tangamne ego te *Camera-*

V́t ego me ruri ámplexari máuelim patulám bouem
Cúmque ea noctem ín stramentis pérnoctare pérpetim,
Quám tuas centúm cenatas nóctes mihi donó dari.
[Rús tu mi opprobrás: ut nancta's hóminem quem pudeát probri!
Séd quid apud nostrás negoti, múlier, est aedís tibi? 26

---

277. *Paulus Festi p. 221 M.:* Patulum bouem Plautus appellat, cuius cornua diuersa ac late pateant *(cf. Festus p. 229, 4 M.:* Propatulum late patens atque apertum, et patuli boues, quorum cornua in diuersum super [supra *Paulus*] modum patent) *Cf. Philargyrius ad Verg. Georg. III, 55*

---

rius scripserat, Tene tangam *alii*) *sine personae spatio quadrare olim visum est Studemundo: cf. ann. phil. t. XCIII (a. 1866) p. 51, improbantibus et Gepperto et Loewio. quare cum* Ne áttigas med. ⁋ Égon te tangam *Ritschelius l. s. s. p. 50,* Ne áttigas me. ⁋ Egón te tangam *Muellerus l. s. s. probaverint, ita locum emendavi, ut simul et detrimenti causa in Palatinis appareat et hiatus in caesura evanescat. De* Ne attigas. ⁋ Ego tene ut (*vel* Tene ut ne) tangam *nemo malit cogitare cum Spengelio nec de* utine te tangam *cum Muellero l. s. s. p. 589. at perbene Fleckeisenus commendat* ... med. ⁋ Egone te tagam? itame *C* med *Bothius* amassit *Guyetus* 277. UTEGOMERURIAMPLEXARIMAUELIM *A, Seyffertus in Philol. t. XXV (a. 1867) p. 466.* meruriã exarma ueu *cum parva rasura post* ã *B.* me ruriam exama uelim *C.* me ruriam examaueum *D.* me ruri iam examauerim *LZ.* me ruri hamaxari mauelim *Camerarius* PATULAMBOUEM *A.* patulum (patalem *Scaliger*) bouem *Festus.* patulũ uoueri *BC.* patulũ moueri *DZ.* sarculum mouere *L* 278. CUMQ· *A.* Cũq; *B.* Cumqꝫ *CD.* Tuquod *L* EA *A.* ita *ceteri.* eo ita *Camerarius.* eo *Goellerus* instramentis *CD* PERNOCTARI *A* perpetim *BCD.* perpetem *LZ.* PERPETIMTOTA˜ *A* (PERPETEM *Studemundus dedit*) 279. mihidono *C* DARI *A, Camerarius.* patri *BCD.* pati *LZ.* parari *Saracenus* 280. *Hunc versum post v. 269 collocavit Bothius, ad amissum post v. 279 Astaphii responsum Spengelius pertinere putavit: sed Buechelerus intellexit in Fleckeis. ann. t. CV (a. 1872) p. 572 inde ab hoc versu dittographiam extare, qua versibus 272—279 obsoletis ac sordis plenis urbaniores mollioresque versiculos substitutum iverit novicius poeta (porro cf. v. 286 cum v. 267, 281 cum 267 et 258). terminum cum non amplius quam ad v. 295 proferendum esse Buechelerus statuat, mihi v. 291 aptius v. 276—279 respondere posse visus est, quam v. 290. praeterea moneo versum 284 sq. pugnare cum v. 694*
280. RUSTUMIKIOPPROBRAS *A, Camerarius.* Rustum (Rustũ *B*) iodbras (iod bras *C*) *BCD.* Rus tu improbas *LZ* NANCTAEST *A.* nacta ee (esse *C*) *BCD.* nacta es *LZ* hominẽ quẽ pudeat ꝑbri *BCD* 281. AD *A (cf. v. 304)* nr̃as *BD* NEGOTI *A.* negotii *BCD.* negocii *LZ* mulierest *B* ędis *D*

Quíd tu hoc occursás, in urbem quótiens quomque aduénimus?

ASTAPHIVM

Múlieres uolo cónuenire uóstras.

STRATVLAX

Quas tu múlieres
Míhi narras, ubi músca nulla féminast in aédibus?

ASTAPHIVM

Núllan istic múlier habitat?

STRATVLAX

Rús abierunt, ínquam: abi!

ASTAPHIVM

Quíd clamas, insáne?

STRATVLAX

Abire hinc ní properas grandí gradu, 31
Iam hércle ego istos fíctos comptos críspos cincinnós tuos
Vnguentatos úsque ex cerebro exuéllam!

ASTAPHIVM

Quanam grátia?

---

282. hoc occursas *Camerarius.* KUCOCCURSAS *A.* hoc (huc *LZ.* Quidtuhoc *C*) occurras *ceteri* inurbem *C* QUOTIENSCUMQ· *A.* quotienscũq; *B.* quotiens cumque *CD.* quotienscunque *LZ* 283. UOLOCONUENIRE *A, Gruterus.* conuenire uolo *ceteri* uostras *libri cum A* quastu *B.* quos tu *C* *Post* mulieres *ras. in D, ubi olim* mihi narras *bis scriptum erat* 284. ubimusca *B* ubimuscanulla *C* FEMINAST *A.* femina est (ẽ *BD*) *ceteri* inẹdibus *B.* inẹdibꝰ *C.* in ẹdib; *D.* in edibus *L* 285. Nullane istic mulier *Camerarius.* NULLANMULIERISTIC *A.* Nullã istinc mulier *B.* nulla ịstinc Mulier *CDLZ* habitatrus *B* ABIERUNTINQUAM *A.* in quã abier̃ *B.* inquam abierunt *CDLZ* ABI *A cum LZ.* pabi *BCD.* papae *Bothius* 286. quid *CD* Abire *CD* NIPROPERAS *A, Camerarius.* ni propera *BZ.* mippera *C.* mi propera *D.* ni properes *L* GRANDIGRADU *A, Camerarius.* grandi gras *BC.* grandigras *DLZ* 287. Iã *B.* iam *CD* KERCLEEGO *A.* ego *ceteri probante Fleckeiseno in ann. phil. t. CIII (a. 1871) p. 811* ISTOS *A cum L.* istoc *BCDZ* comptos *Buechelerus l. s. s. p. 570.* COMPOSITOS *A.* conpositos (*ex* conpositus) *B.* Compositos *CDLZ* cinnos *CDLZ* 288. UNGUENTATOS *A cum* D^3*LZ.* Vni (uni *C*) uentatos *BC.* uniuentatos *D* USQ· *A* ex cerebro *LZ.* excerebro *BC*D^2. excerbro D^1. ECEREBRO *A* exuellam *Scaliger.* EUELLAM *A, Saracenus.* expellam (Expellã *CD*) *ceteri* qua nã *B.* quanã *CD* GRATIA *A cum LZ.* grat *B.* gratias *C.* grãs *D*

STRATVLAX

Quía ad foris nostrás unguentis úncta's ausa accédere
Quíaque bucculás tam belle púrporissatás habes.]

ASTAPHIVM

Érubui mecástor misera própter clamorém tuom. 36

STRATVLAX

Ítane? erubuistí? quasi uero córpori relíqueris
Tuó potestatém coloris últi capiendí, mala.
Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi.
Péssumae estis!

ASTAPHIVM

Quíd est quod uobis péssumae haec malefécerint?

---

293. *Priscianus VI p. 227, 17 = 266, 13 H.:* ('ulli' pro 'ullius') Plautus in Truculento 'quasi uero .... capiendi mala'

---

289. quia *CD* ADFORES *A.* adeo foras *BCD.* adeo fores *LZ, unde* fores *om. Goellerus,* nostras *Bothius* nr̃as *B* UNGUENTISUNCTAESAUSA *A, Camerarius.* unguant iuncta (Iuncta *CD*) ēē (esse *C*) audes *BCD.* iunctas audes *LZ* 290. QUIAQ·BUCCULAS *A.* Quia que (quia quę *CD.* que *L*) istas buccas *ceteri* tã *B* Belle *CD* PURPURISSATASKABES *A cum LZ* (porporissatas *Fleckeisenus in ann. phil. t. XCIII [a. 1866] p. 11).* purporis satis habeost (satishabeost *C*) *BCD* 291. Eruibuime castor *B.* erubuimecastor *C.* erubu (erubui *D*²) me castor *D* ꝓpter *B.* Propter *C.* ꝓpter *D* olamorē *B* tuum *libri cum A* 292. itane *CD* (t *ex corr. D*) Ita ne erubuit sti *B* *De distinctione cf. Langenus l. s. s. p. 330 sq.* quasiuerocorpori *C* (uere *ante corr.*) Reliqueris *CD* 293. tuo *CD. om. Priscianus* potestatē *B.* potestatis *D*¹ (potestatem *D*²) capiendim *B* 294. *An:* Bucculas rubrica creta corpus? (*cf. v. 290*). *de* Nam buccas *Buechelerus l. s. s. cogitavit, nisi* rūbrica *quoque mensura ad retractatorem pertineat (cf. ad v. 280), quam Ritschelius in Opusc. phil. t. II p. 587 ex ipsa antiquitate repetere non dubitaverat* RUBRICACRETA *A, Pareus in Lexico Plautino.* rubrice ceta *B.* rubriceta *CDLZ.* rubricae cera *Camerarius.* rubrica cera *Scaliger* intinxti tibi *Scaliger.* intinxit tibi *BDZ et sic cum proximo vocabulo iunctum* intinxittibipessumę *C.* intinxisti tibi *L.* INTEAITIBI *A, ubi* IE *pro* TE *extare potest, vix probabile est extare* IXT *pro* EAI 295. PESSIMAE *A.* Pessume *B.* pessumę *C.* pessume *DL* Quid *D* Quidest *C* nobis *L* PESSIMAE *A.* pessume *BDLZ.* pessumę *C* KAEMALEFECERINT *A.* hec ma *B.* haec *cum spatio C.* hęc *DZ.* est *L. cf. ad v. 275* *Operam in versu supplendo perdiderant Lambinus, Acidalius, Bothius, alii*

STRATVLAX

Scío ego plus quam tu árbitrare scíre me.

ASTAPHIVM

Quid id óbsecrost,

Quód scias?

STRATVLAX

Erílis noster fílius apud nós Strabax

Ѷt pereat, ut eum ínleciatis ín malam fraudem ét probrum.

ASTAPHIVM

Sánus si uideáre, dicam: 'dícis contuméliam'.

Némo homo hic apud nós solet perire: res perdúnt suas;

Ѷbi res perdidére, abire hinc sí uolunt saluís licet.

Ego istunc non noui ádulescentem uóstrum.

STRATVLAX

Veron?

ASTAPHIVM

Sério.

---

296. ego o *B* TUARBITRARESCIREME *A*. me arbitrarier scire *BCD, unde* arbitreris *L*, arbitraris *Z*, arbitrare *Camerarius correxerunt* QUIDIDOBSECROST *A*. quid id est (id ẽ *D*. idè *B*) obsecro *ceteri* 297. ERILIS *A*, *Camerarius*. heriis *B*. erus *D*. herus *CL* nr̃ *B* APUT *A* UOSSTRABAX *A*, *Camerarius*. uostrã pax *B*. uostram pax *CD*. uostram perit *LZ* Str. er. n. a. u. f. *transponit Buechelerus* 298. UTPEREATUT *A*, *Camerarius*. Ѵt p ex tut (tute *CD*) *BCD*. ut perastute *LZ* cum *Z* INLECIATIS (*corr.* ILLECIATIS) *A*. illiciatis *Camerarius*. iniciatis *BCD*. iniiciatis *LZ* inmalam *C* PROBRU͂ *A*. premium *BLZ*. p̄mium *CD* in damnum et fraudem malam *Guyetus* 299. si uideare dicam *Camerarius*. si uidear edicam (edicã *D*) *BDLZ*. siuidear edicam *spatio interposito C*. SIUIDEARISDICAM *A*. *aberrarunt Scaliger, Lambinus, alii: cf. Spengelius TMP. p. 19* 300. NEMOKOMO *A*. Nemo (nemo *D*) hominem *BD*. nemohominẽ *C*. nemo hominum *LZ* KIC *A cum LZ*. hec *B*. Hęc *D*. Haec *C* apud nos solet perire 𝔖. SOLETPERIREAPUTNOS *A*. perire solet apud nos (apudnos *C*) *ceteri*. *de* solet perbitere apud nos *cogitavit Muellerus l. s. s. p. 589* re^s^pdunt *B* 301. ubi *CD* RESPERDIDERE *A*, *Goellerus*. p diderĩ res *B*. perdiderunt Res *CDLZ*. periere res *Scaliger* ABIERE *A* siuolunt *C* SALUIS *A*. ut uis *BC*. ut[1] uis *C*. uti uis *L*. uti ius *Z*. tum illis *Camerarius*. nudis *Pareus*. uiuis *Bothius* 302. EGOISTUNCNONNOUIADULESCENTEM *A*, *Bricius epist. p. 10*. Ego (ego *D*) nunc noui adulescentẽ *BDZ*. egonunc nouiadulescentẽ *C*. ego hunc noui adolescentem *L*, *unde* non *ante* hunc *Camerarius*, *ante* noui *Lambinus inseruit* UOSTRUM *A*. urm̃ *B*. Vestrum *CDLZ* UERONSERIO *A* (*etiam ante* UERON *nullum aut perparvum extat spatium*) serion *B et cum spatio CD*, *corr. LZ cum A*

STRATVLAX

Quín maceria illa aít in horto quaést, quae in noctes síngulas
Látere fit minor, quá is hoc ad uos dámni permensúst uiam.

ASTAPHIVM

Níl mirum — uetus ést maceria — láteres si ueterés ruont.

STRATVLAX

Aín tu uero? uéteres lateres rúere? nunquam edepól mihi 51
Quísquam homo mortális post hac duárum nucerum créduit,

304—306. *Priscianus V p. 189 H.:* . . . alia in quibus unus (*scil.* obliquus inuenitur), ut 'sponte', 'laterem', quamuis et ablatiuus eius et nominatiuus et accusatiuus plurales inueniuntur. Plautus in Truculento 'Quid maceria . . . . lateres ruere'

---

303. Quin *Camerarius.* Qui in *B L.* qui in *C D.* QUID *A cum Prisciano et Z* AIT *A cum C Z et Prisciano.* aut *B D. om. L* inhorto *C* QUAEESTQUAE *A cum Prisciano et Z.* queẽ que *B.* Que est (ẽ *D*) que *C D L* innoctes *C D* 304. LATERE *A cum L Z et Prisciano.* Lateri *B.* lateri *C D* minor *D* (*sed* me *vel* mo *vel* mc *incoharerat*) qua is hoc ad uos *Priscianus.* QUAISAPUTUOS *A.* qua isti uos (nos *L*) *B D L.* quaistiuos *C.* qua is ad uos *Z.* qua isto ad uos *Seyffertus in 'Stud. Plaut.' (ed. Berol. a. 1874) p. 28* damni *Priscianus cum L Z.* dãni *B.* Dãpni *D.* Dampni *C.* DAMNIS *A: cf. Boeckelius l. s. s. p. 11 sq.* PERMENSUSTUIA͠ *A, Camerarius.* ꝑ mensus tuum *B.* permensus tuam *C D L.* permensus uiam est *Z cum Prisciano* 305. NIKILMIRUM *A cum Prisciano.* Non (non *D*) mirum *B D L.* nomirũ *C* ETUSEST *A* macere *B C D* ueteres si lateres *Priscianus* Si *D* Siue te res *C* ruunt *libri cum A et Prisciano* 306. AINTUUERO *A.* Aintu male *B L.* ain tu male *D.* amtumale *C.* antu *Prisciani R A D H* (ainitu *L.* aintus *K.* Nam tu *B*). Ain tu *Z.* Ain tu, mala, *Camerarius* UETERESLATERES *A cum Prisciano.* lateres ueteres *ceteri* ruere *Priscianus cum L Z.* RURE *A.* uere *B C D* NUMQUAM *A.* nũquã *B C D.* nunquam *L* Edepol *D.* Ede pol *C* 307. quisquam *C D* (*in D* quisq; *principio scripserat librarius*) tomo *B C D* post hac *B.* ꝑhac *C.* posthac *D L Z.* POSTQUAM *A* duarum nucerum 𝕾 *coll. Charisio p. 54, 25 K. Desideratur autem talis omnino locutio, quales olim permultas extitisse consentaneum est, eaque rustico conveniens, ut vix sufficiat* duorum nummum *(cf. Men. v. 541) vel tale quid.* duarum rerum *libri cum A.* suarum rerum *Camerarius, quod mireris iterum protulisse et Bergkium l. s. s. p. 36 adn. et Muellerum l. s. s. p. 270* duarũrerũcreduit *C*

Ní ego ero maióri uostra fácta denarráuero.

ASTAPHIVM

Éstne item uioléntus ut tu?

STRATVLAX

Nón enim illic meretrículis
Moéniendis rém coegit, uérum parsimónia
Dúritiaque, quaé nunc ad uos clam éxportatur, péssumae.
Vós eam exestis éxunguimini exbíbitis: egone haec mússitem?
Iám quidem hercle ibo ád forum atque haec fácta narrabó seni;
Néque is duci se géstit: ergo cóget examén mali.

---

308. NIEGOEROMAIORIUOSTRAFACTA *A*. Ni ẽe ego ur̄a ero amari facta *BD*. Ni esse ego uestraero amarifacta *C*. Ni ego uestro ero amata facta *L*. Ni ego uostra hero amara facta *Z*. Ni ista ego uestra (nostro *Goellerus*) hero maiori facta *Camerarius* 309. ESTNEITEM *A*. Est ne ille *BLZ*. est neille *D*. est ne il le *C*. Estne illic *Bothius* Violentus *CD* UTTU *A*. suū *B*. suum *CD*. *om*. *L*. Strat. suam *Z* nonenì *C*. noenum *Fleckeisenus in ann. phil. t. CI (a. 1870) p. 618* illic *Bothius*. ille *libri cum A* meretriculus *C* 310. Moeniendis *Pareus cum Palmerio et Scioppio*. Moniendis *B*. moniendis *CD*. muniendis *LZ*. MUNERANDIS *A*. moenerandis *Spengelius*. molliendis *Camerarius*, *ineptiora alii* REMCOEGIT *A*, *Camerarius*. re cogi *B*. rem Cogi (Cogit *Z*) *ceteri* PARSIMONIA *A*, *Lambinus*. parsimonie *BL*. parsimonię *CDZ* 311. DURITIAQ·QUAE *A*, *Lambinus*. Duri e queque *B*. durieque que *C*. duri ęque que *D*. ruri eque que *L*. duritię ęque quę *Z* ADUOSCLAM *A*, *Bothius*. duo sciam *ceteri*. ad uos iam *Camerarius* Exportatur *CD*. EXPORTANTUR *A*, *Saracenus* pessumae *Camerarius*: PESSIMAE *A*. pessumū *BCD* 312. Vos eam exestis *Kochius in Fleckeis. ann. t. CV (a. 1872) p. 366*. EAUOSẸSTIS *A*. Em ([h]em *D*. hem *CLZ*) tuos *ceteri*. Eam uos estis *Kiesslingius cens. p. 629* EXUNGUIMINỊEBỊBITIS *A*. exungula (ex ungula *B*) male niuitis *ceteri*. *nihil extorquere poterant Scaliger*, *Palmerius*, *Guyetus*, *alii* EGONEKAECMUSSITE *A*. ego ne hic (Egone hic *D*. Ego nehic [c *ex* s] *C*) musitem *ceteri* 313. IAMQUIDEMERCLE *A*. Iā enĩ (iamenim *C*. iam enim *D*) exercere *ceteri*. Iam enim eccere *Camerarius*, *alii alia* IBOADFORUM *A cum Z* (ibo in forum *Camerarius*). ibi forū *B*. ibi forum *CD*. forum *L* atq; *B*. ADQ· *A* hec *BL*. hęc *C* Facta *CD* 314. Neque is duci se gestit ergo coget *S coll. Mostell. v. 715. 832 al.* NEQ·ISTUCINSEGESTITERGOCOGET *A cum ceteris* (Neque *B*. neque *CD* inse *BCD* cog& *B*). Ne qua is istuc in segastro cogat *Scaliger*. neque ego istuc meo gestio tergo cogere (*et similia*) *Acidalius*. Namque istuc ipse gestit, ergo coget *Lipsius Lect. ant. IV, 5*. *Improbabiliora etiam Palmerius Spicil.*

ASTAPHIVM

Si écastor hic hómo senapi uíctitet, non cénseam
Tám esse tristem pósse: at pol ero béneuolens uisúst suo. 61
Vérum ego illum, quamquám uiolentust, spéro inmutarí pote
Blándimentis, óramentis, céteris meretríciis:
Vídi equidem elephantum Índum domitum fíeri atque alias béluas.

---

p. 613, Boxhornius, Gronovius, denique nuper Inowroclawer 'de metaph ap. Pl. usu' (ed. Rostoch. 1876) p. 65 sq. Neque istuc in se gestit tergum cogere *Goellerus.* Neque istic in se gestat, tergo coget *vel* neque is tuo repercet t., c. *Spengelius.* Ne iste tuo, scelesta, tergo coget *Kiesslingius l. s. s.* Ne istuc, quod (Ne istic qui *Buggius Philol. t. XXXI [a. 1871] p. 259*) in te gestit, tergo coget *Dombartus l. s. s. p. 734.* Namque is tuo ipse gestit tergo cogere *Kochius in 'Emend. Plaut.' ed. Numb. a. 1872 p. 18. Haec omnia cur displiceant non est quod dicam: nam Dombarti Buggiique commenta vel contra linguam peccant, Lipsii Kochiique aperte pugnant cum sententiarum conexu. Ceterum vix dubito quin Plautus scripserit* corgo coget: *cf. Fleckeisenus in ann. phil. t. CI (a. 1870) p. 783 sq.* EXAMEN *A, Scaliger.* exanimen *B.* exanimem *CLZ.* exanimē *D* MALI *A.* Mali *CD*

315. Si e castor *B.* si ecastor *D.* siecastor *C* hichomo *C* senapi *BCD.* SINAPI *A cum LZ: cf. Pseud. v. 817* noncenseam *C.* non ceseam (n *sup.*) *B* 316. tam *CD* Tristem *CD* posse at (atq' *ante ras.*) *D.* posseat *B.* posse ad *CLZ.* POSSEAD *A* polerro *B* bene uolens *BD* UISUSTSUO *A.* ut is (utis *CD*) est suos *BCD.* Uti estis uos *LZ.* ut is est suo *Camerarius.* uiuit suo *Acidalius* 317. uerum *CD* Illum *CD* QUAMQUAM *A.* quam quam *C.* quāquam *BD.* quanquam *L* uiolentust *BCDZ.* uiolentus est *L.* UIOLENTUMEST *A* SPERO *A cum LZ.* pero *BCD* INMUTARI *A.* imutari *CD.* imitari *B.* immutari *LZ.* mutari *Camerarius* pote *Kampmannus 'de* AB *praepos. usu Plaut.' (Vratisl. ed. a. 1842) p. 11 adn.* potest *libri cum A (in D prius* t *ex* s*), quod post alios inepte defendit Bockschius 'de cas. attract. apud Pl. et Ter.' (Vratisl. ed. a. 1865) p. 35 sq.* 318. blandimentis *D et sic iunctum* imutaripotestblandimentis *C* oramentis *Meursius cum Goldasto.* ornamentis *BLZ.* Ornamentis *CD.* KORTAMENTIS *A: cf. 'Anal. Plaut.' p. 6 sq.* ceteres *B.* cęteris *DZ.* illecebris *Kiesslingius cens. p. 629 (cf. Boeckelius l. s. s. p. 12 sqq.). de* centeris (*cf.* κέντροις ἔρωτος) *et* cantharis *(cf. v. 43. Pers. 775. Pseud. 1262) vel* creterris *cogitari; sed certa est corruptela, incerta emendatio. dubito an aliquis usus sit glossae Osberni in Maii Class. auct. t. VIII (Nov. Thes. Latin.) p. 150:* centrices meretrices, lupae multiuirae, diobolares, nonariae MERETRICIIS *A cum LZ.* meretrices *BCD* 319. uidiequidē *CL.* uidē (uidi D^2) equidē *D.* uidi ecquidem *Z* elephantum Indum domitum *𝔖: cf. Mil. glor. v. 25. Ter. Eun. v. 413. Ovid. Trist. IV 6, 7.* exinemintu domito *B.* exinē intum (intū *D*) Domito *CD.* ex indomito *L.* iumentum (iuuencum *Aldina*)

Núnc ad eram reuidébo — sed odium éccum progreditúr meum:
Trístis exit — haúd conuenit étiam hic dum Phronésium. 66

DINIARCHVS. ASTAPHIVM

DINIARCHVS

Piscís ego credo, qui úsque dum uiuónt lauant,

322 *sq. Varro de l. l. IX § 105 sqq.:* Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse 'sacrifico' et 'sacrificor', 'lauat' et 'lauatur', quod sit an non nihil commouet analogian, dum 'sacrifico' qui dicat, seruet 'sacrificabo' et sic per totam formam, nec dicat 'sacrificatur' aut 'sacrificatus sum': haec enim inter se non conueniunt. apud Plautum cum dicit 'piscis ego (*Flor. corr. ex* dicit ego) .... lauari quam haec lauat Phronesium', ad 'lauant' 'lauari' non conuenit, ut I (T *Flor.*) sit postremum, sed E: ad 'lauantur' analogia 'lauari' reddit. quod Plauti aut librarii mendum si est, non ideo analogia, sed qui scripsit est reprehendendus. omnino et 'lauant' et 'lauantur' (lauatur *Flor., unde antea* lauat *A. Groth scripsit*) dicitur separatim recte in rebus certis, quod puerum nutrix lauat, puer a nutrice lauatur, nos in balneis et lauamus et lauamur. sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet, in toto corpore potius utitur 'lauamur', in partibus 'lauamus', quod dicimus lauo manus, sic pedes et cetera; quare e balneis non recte dicunt: laui; laui manus recte. sed quoniam in balneis 'lauor lauatus sum', sequitur *cet. Cf. Ritschelius Exc. n. Pl. p. 111*

ex indomito domitum *Z.* ex iumentis (iumenta *Lambinus*) domita *Camerarius.* ex indomitis domitas *Goellerus* Vidi equum ex indomito domitum *Weisius, alii alia* atq; *B.* aeque *Bothius* uelbas *B*
320. nunc *CD* ad eram (a *e corr.*) *D.* aderam *C et fortasse B.* ad heram *LZ* re uidebo *C.* reuibebo *D.* re iubebo *B.* ire iubeo *L.* ire uidebo *Z* sed odium eccum *Bothius.* & cū (eccum *LZ*) odium (Odium *CD*) *libri.* sed eccum odium *Camerarius.* sed eccum huc odium *Muellerus l. s. s. p. 569, quod non respondet usui* procreditur *BCD* 321. tristis *CD* haud *Camerarius.* ad *libri.* auet *Colvius cum Pio* conuenit *Gulielmius.* conuenire *libri* hicdum *LZ.* hicbū *B.* Hic bum *CD.* hic uelim *Camerarius* pronesium *B*

Act. II Sc. 3. DIMARCVS ANCILLA ASTAPNIVM (*sic*) DV · *B.* DIMARCVS ANCILLA ASTAPHIVM · *C.* ASTA PHIV̄ AN CILA (*sic*) *add. D*³. Dinarchus Ascaphium *L* 322. iscis *D* (*in marg. interiore neque in eadem prorsus linea* PD *D*³, *initialem* P *praefixit alia manus*) qui usque *LZ cum Varrone.* quit usq; *B.* quidusq' *C.* quid usq' *D* uiuont *CDZ.* uiuunt *BL cum Varrone*

Minus diú lauare quam haéc lauat Phronésium.
Si proínde ametur múlieres diu quám lauant,
Omnés amantes bálneatorés sient.

ASTAPHIVM

Non quís parumper dúrare opperírier?

DINIARCHVS

Quin hércle lassus iám sum durandó miser.
Mihi quóque prae lassitúdine opus est út lauem.
Sed óbsecro hercle, Astáphium, tu i intro ac núntia
Me adésse: properet náue, iam ut satis láuerit.

---

323. *Charisius p. 104, 2 K.:* Leontion et Chrysion et Phanion ex neutris Graecis feminina nostri fecere, ut (et *cod., quod correxi*) Plautus quod dixit 'haec Phronesium' (fronesium *cod.*)

---

323. Minus (minus *CD*) diu *libri.* Diu minus *Varro* Lauare *C, casu (cf. ad v. 577) cum LZ eam formam servans, quam post Turnebum aliosque vindicarunt Seyffertus 'Stud. Plaut.' p. 6 sq. et Langenus l. s. s. p. 297.* Lauere *D.* lauere *B.* lauari *Varro. quid* lauarei *scriptura iuvemur a Muellero Pros. Plaut. p. 171 prolata non expedio* hec *BL.* hȩc *D* phronesium *LZ cum Varrone.* pneshium *B.* prones chium *C.* pneschium *D* 324. si *D* siproinde *C* ametur 𝔖. amentur *libri. de* ament nos *cogitavit Langenus. post* amentur *distingui iussit Brixius epist. p. 10, quod non satis tollit vitiosam ambiguitatem* Mulieres *CD* lauant *LZ.* iuuant *B.* uiuant *CD* 325. oms̃ *CD* amantes *B.* amatores *ceteri* *Ceterum de* balneatores *forma cf. Ritschelius Opusc. phil. IV p. 176* Sient *C cum LZ.* Stent *D.* stent *B* 326. non *D* nonquis *C* parumper durare *Camerarius.* parum perdurare *L.* parum perdurari *BCDZ* (per durari *D*). parumper durans *Guyetus* opperirier *C.* operirier *DL.* opperimer *B* 327. Quinercle *B.* quinhercle *C.* quin hercle *D* Lassus *CD* iamsũ *C* *Versum 328 cum aliis Astaphio tribuit Meursius p. 252, Diniarcho Goellerus reddidit itemque Bothius ceteroqui satis violenter verba immutans. pro spurio habet Boeckelius l. s. s. p. 29. cf. Beckerus 'de com. Rom. fab.' (ed. Lips. a. 1837) p. 9* 328. mihi *D* mihiquoqꝫ *C* prelassitudine *BL.* p̄ lassitudine *CD* Opus *CD* ut lauem *Camerarius.* laue *BCD.* lauere *Z.* lauare *L.* ipsi opus est lauem *Muellerus l. s. s. p. 539. cf. Boeckelius l. s. s. p. 29* 329. sed *CD* astaphium *BCD.* ascaphium *L* tu i intro *Muellerus l. s. p. 524 sq. coll. v. 330.* intro *BCDZ.* i intro *L* hac *Z.* huic *Saracenus* acnuntia *C* nuncia *D* 330. properet *Fleckeisenus ann. philol. t. CI (a. 1870) p. 617.* tui pperet *BD.* tuiproper& *C.* cui properet *LZ.* tu i prae et *Acidalius p. 539.* i propere et *Guyetus.* propera et *Spengelius.* ut properet *Kiesslingius cens. p. 629* naue iam 𝔖 *(cf. Festus s. v.).* suaue iam *CD.* su a ueiam *B.* suauium *LZ.*

ASTAPHIVM

Licet.

DINIARCHVS

Aúdin etiam?

ASTAPHIVM

Quíd uis?

DINIARCHVS

Di me pérduint,
Si té reuocaui! nón tibi dicebam; í modo.

ASTAPHIVM

Quem iám reuocabas, ínprobe nihilíque homo?
Tibi mílle passum péperisti moré moram.

DINIARCHVS

Sed quíd hic haec autem tám diu ante aedís stetit?
Nescío quem praestolátast: credo mílitem.
Illúm student iam; quási uolturii tríduo

---

suade iam *Camerarius.* si lauet (!) iam *Buggius in Philol. t. XXXI (a. 1871) p. 260.* (ut pr.,) saltem iam *Buechelerus* 331. audin etiã *D.* audi netiã *B.* aitd metiam *C* quiduis dime *C* per duint. (*sic*) *C.* perdiunt *L.* perdunt *Z* *Post* perduint *pers. spatium D* 332. Si te reuocaui *Seyffertus in Philol. t. XXIX (a. 1870) p. 391 cum Bothio.* Qui te reuocabi *B.* quite Reuocaui *C.* qui Tereuocaui *D* nontibi *C.* tibi non *Kiesslingius l. s.: cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 126 sq.* imodo *BCD* 333. quem iam 𝕾. quid iam *CD.* Quidiam me *B.* quid me *Spengelius.* quid? me *Seyffertus l. s.* quid iam reuocabas me *Bothius* inprobe *B.* Inprobe *CD.* improbus *LZ prave haec verba cum versu 334 Diniarcho attribuentes; de* inprobus *vocativo cogitavit Spengelius et Luchsius in Studem. Stud. t. I p. 17: at cf. Brixius ad Mil. glor. v. 27* 334. Tibi 𝕾. Que tibi *B.* quę tibi *CD.* qui tibi *LZ.* quae uox tibi *Geppertus.* qui tibimet *Spengelius in adn.* millepassum *C* passũ *BD.* passus *Z.* passuum *male Camerarius* peperisti *Spengelius in adnot.* peperit *BCD.* peperi *LZ* more moram 𝕾 *cum Boxhornio, nisi quod ille perperam* more *vocativum voluit.* more *libri.* morae (moras *vel* moram *alii*) mora *Camerarius.* moram *Geppertus Spengeliusque* *Versum proscripsit Guyetus* 335. hęc (hec *BL*) hic *libri, transposuit Muellerus l. s. s. p. 392. 394* tã diu *B.* tamdiu *CD* ędis *CD* 336. nescio *CD* pręstolata est *LZ.* presto ita lata est *B.* p̄sto Italataest *C.* p̄sto Id alata ẽ *D.* ea praestolatast *Buggius in Opusc. phil. ad Madvig. a disc. missis p. 187* credomilitẽ *D* 337. Illũ *B.* illũ *CD* Illud est (Illud *Acidalius p. 540.* illuc sis *Goellerus*) uide ut iam *Camerarius* student: iam *Z* *In* quasi *prima litt. ex* u *vel* i *D* uulturii triduo *Z.* uolo turiceri duo *B.* uolturi heri Duo *CD.* uolturi duo *L*

Prius praédiuinant quíd comessurí sient.
Illum ínhiant omnes, íllist animus ómnibus:
Me némo magis respíciet, ubi iste huc uénerit,
Quasi abhínc ducentos ánnos fuerim mórtuos.
Vt rém seruare suáuest! uae miseró mihi!
Post fáctum adflictor, qui ántepertum pérdidi.
Verúm nunc si qua mi óbtigerit heréditas
Magna átque luculénta, nunc postquám scio
Dulce átque amarum quíd sit ex pecúnia:
Ita ego édepol seruem illam ítaque parce uíctitem,
Vt — núlla faxim cís dies paucós siet.
Ego istós qui nunc me cúlpant confutáuerim.

---

338. prius *CD* pre diuinant *B.* p̄diuinant *C* quid comessuri *S.* quo die (quodie *BC*) euri (esuri *Z*) *libri.* de quoio (quo loco *Loewius*) essuri *Bergkius l. s. s. p. 60* eurisient *B* . 339. illum *CD* iniant *libri* oms̃ *D* illi est *BLZ.* Illi est *D.* Illiest *C.* ille est *Camerarius cum Italis, merito improbatum Kiesslingio cens. p. 630* 340. me *CD* nemo *Pylades.* nimo *B.* nimio *CDZ.* nihilo *L, quod redintegravit Buggius in Fleckeis. ann. phil. t. CVII p. 40.* noenu (magis respicient) *Fleckeisenus in ann. philol. t. CI (a. 1870) p. 617, quod reiecit Vahlenus in act. gymn. Austr. t. XXII (a. 1871) p. 27* ubi is (iste *Camerarius*) huc *LZ.* ubiisē huc *B.* ubi is est huc *C.* ubi is ē huc *D.* ubi istic *Bothius* 341. Quasi abhinc *Fleckeisenus l. s.* Quam si hinc (Quã sihinc *C*) *libri* mortuus *libri* 342. Vt rem seruare *Studemundus.* Vtrũ seure *B.* Vtrum seruire *CDL.* Verum seruire *Z.* Vt rei seruire *Camerarius* suaue est *Camerarius.* salue est (ē *D*) *libri* Rusum rem saluam ut uellem *Buggius l. s. s. p. 187, quod versibus 344 sqq. refellitur* uae *Z.* ue ue *BL.* ueue *CD* miseromihi *C* 343. Post factũ *B.* post factum *CD: cf. Lachmannus in Lucret. p. 63 sq.* Postpartum *Spengelius cum Muellero l. s. s. p. 289 ex v. 62 prorsus alieno* adflictor *S.* flector *B.* Flector *CD.* plector *LZ.* flictor *Scaliger.* specto *Spengelius.* sector *Muellerus l. s.* adfector *Buechelerus: cf. Diom. p. 382 K.* qui *Bothius.* quia *libri* antepertum *Kiesslingius l. s. conl. Trin. v. 643.* ante partum *libri* per didi *C* 344. uerum *CD* siqua *C* mihi *libri* obtigerit *LZ.* obtegerit *B.* Obtegerit *CD* 345. magna *CD* luculenta *prioris* l *pede corr., altera* l *ex* i *D* post quam *BC.* postq *D* Scio *CD* 346. dulce *CD* (Sciodulce *C*) quidsit *C.* quid fit *L* expecunia *C* 347. *Ante hunc v. Goellerus v. 349 collocavit probante Brixio ad Trin. v. 723* ita *CD* edepol seruem illam *Geppertus.* illam edepol (Edepol *CD.* aedepol *L*) seruem *libri.* illam pol seruem *Spengelius assentiente Brugmano l. s. s. p. 37* itaq *D.* ita que *B* 348. ut *CD* faximcis *B.* faxinicis *D* Dies *CD* fiet *L* 349. *cf. ad v. 347* ego *D* egoistos *C.* Eo istos *Guyetus*

Sed aéstuosas séntio aperirí fores,
Quae obsórbent quicquid uénit intra péssulos.

PHRONESIVM. DINIARCHVS

PHRONESIVM

Num tíbi nam amabo iánuast mordáx mea,
Quo intro íre metuas, méa uoluptas?

DINIARCHVS

Vér uide:
Vt tóta floret, út olet, ut nitidé nitet!

PHRONESIVM

Qui tam ínfacetu's, Lémno adueniens quí tuae
Non dés amicae, Díniarche, sáuium?

---

quinunc me *C.* quinuncine *B* confutauerim *Camerarius.* confutauerunt (confutauer̀ *CD*) *BCD.* confutauero *LZ* 350. ·aestuosas sentio *Bothius.* est uos adsentio *BCD.* adsentio *Z.* assentio *L.* est uocis sat. sentio *Camerarius* 351. Que *BL.* quę *CD* obsor bent *C.* absorbent *Z ex Bacch. v. 471* quid quid *B.* quicquid *ceteri* Venit *CD* infra *libri, sed in D ab altera manu ex* intra pes sulos *C*

Act. II Sc. 4. PRONESTVM DINARCVS DV · *B.* PRO NES TVM DINARCVS *C.* *unius versus spatium relictum est in D,* FRONESIV̄ DINARČ *in fine versus praecedentis add. D^3.* Phronesium Dinarchus *L* 352. um *cum spatio initiali D* Numtibi *C* nā *CD* ianua est *libri* 353. quo *D* quointroire *C* Metuas *CD* UOLUPTAS *A cum LZ.* uoluntas *BCD* UERUIDE *A cum B.* feruide *CDL.* ferude *Z.* uer *cum* floret *coniungit coll. Cist. versu in 'emend. Plaut.' (ed. Gryphisw. a. 1871) p. 13 restituto Studemundus apud Beckerum in Stud. v. I p. 290 adn.* 354 ut *D* uttota *C* FLORE (T above) *A* (T *ab alia manu ut videtur*) UTOLETUT *A, Camerarius.* utole lui *B.* ut ole ui *C.* ut oleui *D.* ut oleum *LZ* Nitide *CD* 355. Qui tā *B.* qui tam *D.* quitam *C.* QUIDTAM *A cum* [illegible] *Z* infacetus *LZ.* inficetus *BCD.* FACETUS *A* leno *L.* lemno *ceteri* QUITUAE *A, Camerarius.* quid ue *BZ.* quidue *CD.* que tue *L* 356. Nondes *C* AMICAE *A cum Z.* amice *BCD^3L.* amices D^1 DINIARCKESAUIUM *A.* dinarche sauium (suauium *L*) *LZ.* dini archis auiuium *B.* dini ar^chis auiuum *C.* dinarchis (dimarchis *ante ras.*) auiuum *D.* Dinarchi saliuium *Gruterus*

DINIARCHVS

Vah, uápulo hercle egó nunc atque adeó male.

PHRONESIVM

Quor te áuortisti?

DINIARCHVS

Sálua sis, Phronésium.

PHRONESIVM

Salue! hícine hodie cénas, saluos quom áduenis?

DINIARCHVS

Promísi.

PHRONESIVM

Vbi cenábis?

DINIARCHVS

Vbi tu iússeris.

PHRONESIVM

Hic: mé lubente fácies.

DINIARCHVS

Edepol mé magis.
Nempe tú eris hodie mécum, mea Phronésium?

---

